This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

WIDENER LIBRARY
HX Q4G4 E

Lit 55.145

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

THUCYDIDIS
DE BELLO PELOPONNESIACO
LIBRI OCTO.

DE ARTE HUIUS SCRIPTORIS HISTORICA EXPOSUIT; EIUS VITAS A VETERIBUS GRAMMATICIS CONSCRIPTAS ADDIDIT; CODICUM RATIONEM ATQUE AUCTORITATEM EXAMINAVIT; GRAECA EX IIS EMENDAVIT; SCRIPTURAE DIVERSITATES OMNES, COMMENTARIOS RERUM GEOGRAPHICARUM, SCHOLIA GRAECA ET NOTAS TUM DUKERI OMNES ATQUE ALIORUM SELECTAS TUM SUAS; DENIQUE INDICES RERUM ET VERBORUM LOCUPLETISSIMOS

SUBIECIT

ERNESTUS FRIDERICUS POPPO

GUBENENSIS.

PARS I.

PROLEGOMENA

COMPLECTENS.

VOLUMEN I.

DE THUCYDIDIS HISTORIA IUDICIUM.

LIPSIAE, APUD GERHARDUM FLEISCHERUM.

MDCCCXXI.

Gt55,145

Thucydidem — velim legat studiosa iuventus assidue. Credite mihi, adolescentes φιλομαθεῖς, sive eloquentiam quaeritis, sive scientiam civilem, sive historiae cognitionem, non potestis in alio auctore operam melius collocare.

CASAUBONUS.

2081
44-139
G-44

VIRO

ILLUSTRI DOCTISSIMO PLURIMUM

COLENDO

SÜVERN

QUI EST

REGIS BORUSSORUM POTENTISSIMI

A CONSILIIS INTIMIS

IN CIVITATE REGENDA

SUMMISQUE

DE ANTIQUITATIS STUDIIS ATQUE RE SCHOLASTICA

MERITIS

CONSPICUUS

HUNC LIBRUM

SUMMAE VENERATIONIS ET GRATISSIMI ANIMI

TESTEM

ESSE VOLUIT

AUCTOR.

Miraberis haud dubie, VIR ILLUSTRIS, audaciam meam, quod TIBI, literarum studiis in tota patria nostra prospicienti et ob tot tantaque gravissima negotia fere nunquam fruenti otio, librum minutis quaestionibus refertum, quae mihi ipsi inter scribendum saepe taedium parabant, atque iis solum, qui vel Grammaticam Graecam vel sermonem Thucydidis accurate cognoscere cupiant, aliquantum profuturae sint, haud veritus sum consecrare. Speravi tamen, fore, ut, quod libro ipsi deesset, et TUA insignis humanitas suppleret et praestantia scriptoris, quem defendere et illustrare sum conatus. Nam ut haec, quoniam ipsa maxima est, etiam res leves, sed ei, qui Thucydidis ingenium et dicendi genus plane perspicere studet, cognitu necessarias non sinet prorsus contemni; ita illa, etiamsi alias in hoc libro virtutes nullas invenerit, tamen operosi studii causa, quod in eo

collocavi, voluntatem meam laudabit, imbecillitatem excusabit. Quod quum cogitarem, simul pietas, TIBI ut hunc qualemcunque librum offerrem, iterum atque iterum flagitavit. Quippe me, iuvenem, quem Hermanni disciplina foverat atque aluerat, quum ab huius carissimi praeceptoris atque amici consuetudine temporum tristitia et mearum ipsius rerum angustia abegisset, idque ego graviter dolerem, TUA comitas benevole excepit, erexit, et ut huius Gymnasii moderamen mihi committeretur, paulo post effecit. Cui muneri recte administrando quum et per iuvenilem aetatem atque exiguam rei scholasticae peritiam et per ludi ipsius, cui praeesse iussus eram, iniquam, quae diu fuerat et tunc adhuc erat, conditionem vererer ne impar essem, ne ibi quidem animum me abiicere passus es; sed non aegre ferens querimonias, quibus saepe molestus TIBI eram, verum earum

causis removendis intentus et auctoritate TUA gravissima adiuvans omnia, quae huic ludo laetiorem sortem promittere videbantur, rem eo perduxisti, ut nunc multum mutata sit huius scholae conditio. Iam enim, ut taceam alia, me plurium, quam qui prius fuerant, eorumque doctissimorum, gnavissimorum et amicitiae vinculo mecum coniunctorum collegarum adiuvant studia. Quae quidem, quum etiam plurimorum discipulorum magna assiduitas atque erga nos amor accederet, effecerunt, ut non tantum iis, quae munus postularet, plerumque ego satisfacere possem, verum etiam aliquantum mihi superesset otii. Hoc autem quod in Thucydide consumendum existimavi, TIBI quidem, VIR ILLUSTRIS, non mirum videbitur. Nam et scriptorem eum iudicabis, qui facile legentis animum retineat, commoveat, delectet, et meministi fortasse, iam ante aliquot annos, quum Observationes criti-

cas in Thucydidem emitterem, agitasse me consilium novae editionis huius scriptoris parandae, si primum studiorum, quae in eum contuleram, specimen non displiceret viris doctis. Cuius voti quum damnatus essem, simulatque vacabam, ad Thucydidem reverti, eumque lectitavi et perscrutatus sum, quotiescunque poteram. In quo multum me adiuverunt nonnulli egregii viri, qui me vel admonebant eorum, quae male disserueram, vel etiam novis instruebant praesidiis, quibus ad genuina praestantissimi rerum scriptoris verba restituenda uterer. Illud ab Hermanno potissimum factum, hoc partim a Creuzero et Frommelio; quorum opera et humanitate, quum hic illius precibus motus molestum codicis Palatini e Gallia in patriam relati conferendi negotium in se recepisset, diligentissimam huius optimi libri collationem accepi; partim a Göllero, qui codicum Monacensium, quos ipse

cum Lipsiensi exemplari comparaverat, scripturae discrepantiam benevole mecum communicavit. Sic igitur vel ea, quae iam in Observationibus scripseram, retractanda et aliquoties mutanda erant, atque tum hanc ob causam tum ne nimis multis in locis dispersa legerentur, quae de Thucydide exposuissem, omnia, quae in Observationibus disputata adhuc probabam, in hanc novam scriptoris editionem, plerumque tamen novis argumentis stabilita, recipienda putavi, ita ut iam in hoc primo volumine nonnulla ex his reperiantur.

Verum haec, quae modo dixi, non ad TE solum, VIR ILLUSTRIS, sed ad quemvis libri lectorem pertinere video. Nolo igitur TE diutius morari, sed potius quod tam multus fui, eius rei venia a TE petenda est. Quam dum imploro, simul et hunc librum ea, qua soles, lenitate atque

humanitate accipias, ac si multum ibi desideres, auctoris animi sensus et consilia potius quam literas scriptas intuearis, oro atque obsecro, et res tam meas quam huius Gymnasii TUAE fidei et tutelae permitto et mando.

Scrib. in ipso Gymnasio Fridericiano quod est Francofurti ad Viadrum, mense Iunio a. CIↃIↃↃↃXX.

ERN. FRID. POPPO,

PH. DR.

DE
THUCYDIDIS HISTORIA
IUDICIUM.

Ὦ ξένε, εἰ μύθων πολυδαίδαλα ψεύδεα δίζῃ,
Τῶνδ' ἐγὼ οὐδὲν ἔχω· ἐς χέρα μή με λάβε.
Εἰ μαλακοῖς φθόγγοισι τεαὶ χαίρουσιν ἀκουαὶ,
Οὐδὲν ἐμοὶ καὶ σοί· ἐς χέρα μή με λάβε.
Σύντομον εἰ φῄσιν στυγέεις, ξένε, κωνοπρεπῆ τε
Ἠᾶν τε τὸ δυσξύνετον, ἐς χέρα μή με λάβε.
Εἰ δέ σε ἱστορίης παναληθέος ἵμερος αἱρεῖ,
Γράμμα τὸ Θουκυδίδου ἐς χέρα, ξεῖνε, λάβε.
Εἰ σὺ βαρυφθόγγου τέρπῃ σάλπιγγος ἀυτῇ,
Σαλπίζοντι ἔοικ'· ἐς χέρα, ξεῖνε, λάβε.
Σύντομον εἰ φιλέεις λόγου ἀτραπὸν ἠδ' ἀπάτητον,
Κἄν που ἔῃ χαλεπὴ, ἐς χέρα, ξεῖνε, λάβε.

Epigr. *H. Stephani* in Thucyd.

INDEX CAPITUM

HUIUS VOLUMINIS.

I. DE RATIONE, QUA THUCYDIDES ARGUMENTUM SUUM TRACTAVIT.

Cap. I. De virtutibus historici in hoc genere omnino. Accedit brevis adumbratio eorum, quae ante Thucydidem praestiterunt Graeci historici.

Cap. II. Thucydides quatenus his virtutibus praeditus fuerit, inquiritur, et primum quidem de eius veritatis studio ita disputatur, ut vera dicere et potuisse et voluisse vita atque moribus declaretur.

Cap. III. Dixisse Thucydidem vera tum ex rebus ipsis, quas narrat, tum ex aliorum scriptorum testimoniis apparere ostenditur. Simul refutantur ea, quae contra moneri possint, et maxime de mythis et orationibus hujus historici atque de Diodori ab eo dissensu disputatur.

Cap. IV. Thucydidem et dignum argumentum historiae elegisse, et in eo explicando ea tantum, quae ad rem pertinebant atque memorabilia erant, attulisse, neque nimis alte orsum esse, neque digressiones inutiles addidisse, finire autem librum, ubi decebat, non potuisse.

Cap. V. De ordine, quem Thucydides in historia sua tenuit, deque eius descriptione in aestates et hiemes, libros et capita.

Cap. VI. Postquam de Thucydidis historiae consilio atque utilitate disputatum est, ex praecedentibus, qualis sit eius indoles, paucis repetitur, et quid per eam profecerit ars historica, inquiritur; simul vero etiam quibus rebus adiutus scriptor ille eo usque pervenerit, explicatur.

II. DE ELOCUTIONE THUCYDIDIS.

A. De Thucydide, quatenus omnino Graecus et quidem Atticus scriptor est.

Cap. VII. De Thucydidis sermonis *A*) puritate, ac 1) quidem quatenus in observata indole Graecae linguae omnino cernitur. Examinantur quae huic rei repugnare videntur, et a) quidem enallage *α*) numeri singularis et pluralis.

Cap. VIII. *β*) Generis masculini, feminini, neutrius.

Cap. IX. *γ*) Casuum, et aa) quidem nominativi usus pro aliis casibus.

Cap. X. bb) Genitivi et dativi.

Cap. XI. cc) Accusativi.

Cap. XII. *δ*) Enallage modorum.

Cap. XIII. *ε*) Temporum, *ζ*) personarum. Subiicitur b) hypallage.

Cap. XIV. c) Antimeria seu ipsarum orationis partium earumque generum permutatio. Pars prior, in qua substantiva, adiectiva, pronomina et particulae considerantur.

Cap. XV. Pars posterior. Verborum genera permutata.

Cap. XVI. Additur d) locus de Ellipsi et Plenasmo, cui annectitur Periphrasis, Verbositas, Epexegesis. Subiiciuntur pauca de Hebraeorum linguae imita-

tione, quam in Thucydide deprehendisse sibi visi sunt nonnulli priorum temporum viri docti.

Cap. XVII. De puritate sermonis Thucydidis, quatenus α) in servatis proprietatibus dialecti Atticae cernitur. Considerantur primum singulae literae, accentus, spiritus, crases, hiatus, apostrophus.

Cap. XVIII. Sequuntur flexiones nominum et verborum. Expenduntur etiam vestigia aliarum dialectorum, quae in Thucydide reperta sunt, maxime dialectus Dorica in foederibus Argivorum et Lacedaemoniorum.

Cap. XIX. Thucydidis sermonis β) perspicuitas, quatenus inest in vocabulorum affinis significationis servato discrimine et obsoletorum, novatorum, ambiguorum atque omnino obscurorum non temere admisso usu. Adduntur pauca de sermonis γ) urbanitate.

B. De Thucydide, quatenus historicus ac belli quidem Peloponnesiaci scriptor est.

Cap. XX. Num poeticae et solutae orationis discrimen Thucydides servaverit. Examinantur poetica vocabula, formae, significationes, structurae; item figurae orationis, ut metonymia, usus abstractorum pro concretis, paronomasia, parisoses, atque antitheses.

Cap. XXI. E pedestris sermonis generibus historicum expenditur, et quae eius sint virtutes praecipuae, primum generatim ex natura historiae eruitur, et quatenus in Thucydidis libris inveniantur, quaeritur. Consideratur maxime alacritas et vigor sermonis (τὸ παθητικὸν καὶ τὸ γραφικόν) cum praesentis temporis usu pro praeterito atque structura πρὸς τὸ σημαινόμενον, item oratio variata atque inaequalis.

*

Cap. XXII. Diversa historici sermonis genera distinguuntur, et Thucydides severo genere usus esse ostenditur, cui brevitas et sublimitas etiam cum asperitate quadam iuncta convenit. De brevitatis studio Thucydidis deinceps exponitur pluribus, et res, in quibus cernitur, singulatim recensentur.

Cap. XXIII. Finit quaestionem Thucydidis sublimitas et iuncta ei asperitas; et ibi quidem oratio maxime in insolentioris verborum ordinis contemplatione subsistit.

ADDITAMENTA.

I. Graecae vitae Thucydidis ab antiquis Grammaticis conscriptae.

II. Thucydidis sententiarum tam moralium quam politicarum collectio.

III. Thucydidis sermonis imitatores.

A. Graeci, e quibus maxime commemorantur Philistus, Dionysius Halicarnassensis, Dio Cassius, sed etiam Arrianus, Appianus aliique. Inserta sunt quae Stephanus de Dionysii imitatione Thucydidis exposuit.

B. Latini, Salustius et Tacitus. Inserta est Rothii comparatio Thucydidis et Taciti.

IV. Farrago discrepantis scripturae.

Thucydides historicus tam perverse saepe vel a doctis viris iudicatus est, ut eius, qui huius historiae denuo edendae consilium ceperit, primum officium esse videatur, de indole horum librorum explicare, eosque dignos ostendere, in quibus operam loces. Quod quum faciemus, longe nobis recedendum erit a Dionysio Halicarnassensi, qui in tribus libris, qui inscribuntur: De praecipuis historicis, De iis, quae Thucydidi propria sunt, et De Thucydidis historia iudicium, ita de hoc scriptore disseruit, ut gravissimorum in eum criminum auctor fieret. Et fuerunt quidem qui ei contradicerent. Sed horum ut parvus fuit numerus, ita vel pauca modo atque generatim monuerunt (ut Creuzer. Herodot. et Thucydid. p. 86. sqq.), vel non totam disputationem amplexi sunt, sed tantum unam alteramve partem elegerunt, et ne in ea quidem, ut par erat, versati sunt (ut Heilmann. Critische Gedanken von dem Charakter und der Schreibart des Thucydides in eius Opusculis a Danovio editis vol. II. p. 92. sqq. Schlosser. Nov. Mus. German. 1790. fasc. 2. Levesque Excursion sur le jugement que Dénys d'Halicarnasse a porté sur Thucydide in Interpret. Gall. t. IV. p. 519. sqq. Gail Mémoire sur Thucydide p. 93. sqq.). Plerique vero tam veteres quam recentiores Dionysii opinionibus tantum tribuerunt, ut, quae ab eo decantata erant, magna cum socordia repeterent, neque novi quid adderent; unde cum Dionysio potissimum nobis pugnandum erit.

Qui quidem recte descripsit omnem quaestionem in duas partes, quarum prior agit de rebus seu argumenti tractatione, altera de verbis seu sermone; illa τὸ πραγματικὸν μέρος, haec τὸ λεκτικόν appellatur a Dionysio. Cf. Gerard. Ioa. Voss. Ars historica c. VIII.

I. De ratione, qua Thucydides argumentum suum tractavit.

Cap. I. De virtutibus historici in hoc genere omnino. Accedit brevis adumbratio eorum, quae ante Thucydidem praestiterunt Graeci historici.

Omnis disputatio ut recte procedat, ante omnia videndum est, partim quid a perfecto historico iure postuletur, partim quantum his praeceptis ii, qui ante Thucydidem vixerunt, Graeci scriptores iam satisfecerint.

Illud optime ex ipsius historiae notione eruetur. Historia est autem *bene nexa verarum earumque memorabilium rerum gestarum expositio.* Ex quo sequitur, primo cuique historico spectandam esse eorum, quae narrat, veritatem, ideoque criticam, quae vocatur, historicam ei adhibendam esse. Veritas enim historiam a poesi maxime distinguit. Vera autem ut quis dicat, et ipsius ingenio alacrem veri amorem, qui omne partium studium impediat, inesse, et facultatem vera dicendi accedere oportet. Ea autem rursus duplex est, et in rebus externis et in scriptoris animi dotibus sita, quum quis aut vi ab aliis ipsi vario modo illata, vel etiam quod subsidiis, quae ad verum cognoscendum necessaria sunt, non satis instructus est, aut inscitia et superstitione illorum rectum usum prohibentibus, detineri possit, quo minus vera dicat. Ea omnia igitur in historico consideranda sunt; res enim tales, quales gestae sunt, narrare voluerit, id ei licuerit, atque ad hanc rem ipse aptus fuerit necesse est. Tum vero res, quae narrantur, volumus etiam memoratu dignas esse vel per se vel ob nexum cum aliis atque vim, quam in eas habent; alioqui enim oblivioni essent tradendae. In utroque autem, ut res verae sint atque memorabiles, cernitur inventio atque electio historica, eaque quum ad totum argumentum spectat tum ad singulas eius

partes. Videndum igitur iam in ipso argumento, ut et rem vere gestam contineat, et sit tale, quod cognoscere plurimorum interest; deinde vero singulae res ponderandae, verae a falsis discernendae, gravissimae plenius exponendae, quae minoris momenti sunt, obiter commemorandae, scitu inutiles praetereundae, quo pertinet etiam, ut narratio iustis limitibus circumscribatur; ideoque, ubi convenit, et ordiatur et finem habeat.

Sed quoniam historiam non aliquam quocunque modo iunctam, sed bene nexam rerum gestarum expositionem diximus, in narratione aptum requirimus ordinem, ut quidque loco maxime idoneo dictum sit, nec singulas modo res cognoscamus, sed facile etiam omnes animo complectamur, quo clara earum imago menti obversetur. In his igitur bona compositio atque descriptio historiae cernitur.

Verum et haec et inventio atque electio magnam partem pendet ex fine rei. Quaeritur igitur, quid spectet historia. Iam vero ut multarum rerum cognitio sola *non* multum prodest, nisi inde vel animi sensus emendatur vel commoda quaedam in vitam nostram redundant; ita iure historia non modo aures titillari et memoriam hominum, numerorum et factorum notitiis obrui et referciri, sed etiam maiorem finem ei esse volumus, qui qualis sit, non difficile est dictu. Nam quum res gestae narrentur, atque harum similes etiam postero tempore *rursus* evenire soleant, historiam optime cum Polybio (I, 35.) et Cicerone vitae magistram considerabimus, atque eius ope cognoscere studebimus, quomodo, si talia tempora redeant, nobis agendum sit. Unde ipsi historiae definitioni hoc addidit Gerard. Ioa. Vossius (Ars histor. cap. IV.), qui eam, quatenus in nobis inest, dicit *cognitionem singularium, quorum memoriam conservare utile sit, ad bene beateque vivendum.* Hactenus igitur historiam pragmaticam vocamus, in qua

non solum quid gestum sit et quomodo, sed etiam quibus de causis et occasionibus actum, et quid inde effectum sit, explicandum est (Cic. de Orat. II, 18.), quum ita demum ea, quam significavimus, utilitas percipi possit.

Haec igitur sunt, quae in quavis historia flagitamus, dicimus enim *verum narratarum veritatem, gravitatem atque magnitudinem, aptum ordinem, diuturnam utilitatem.* Ex his quae secundo et tertio loco commemorata sunt, virtutibus historicorum librorum annumerat etiam Dionysius p. 767. sqq., ubi τῆς ἱστορικῆς πραγματείας ἔργα dicit ὑπόθεσιν ἐκλέξασθαι καλήν, γνῶναι, πόθεν τ' ἄρξασθαι καὶ μέχρι τοῦ προελθεῖν δεῖ, τίνα τε δεῖ παραλαβεῖν ἐπὶ τὴν γραφὴν πράγματα, καὶ τίνα παραλιπεῖν, quae nos fere omnia ad secundum locum retulimus, et διελέσθαι τε καὶ τάξαι τῶν δηλουμένων ἕκαστον ἐν ᾧ δεῖ τόπῳ. De veritate ibi quidem tacet; sed ne in hac quidem eum nobis adversaturum esse, possumus confidenter pronuntiare, quum p. 824. scribat: Τῆς ἀληθείας ἱερὰν (ἱέρειαν) εἶναι τὴν ἱστορίαν βουλόμεθα. Verum postremum, utilem etiam debere esse historiam, non ex mente Dionysii dictum videatur, qui, ut alii etiam Graeci, potius iucundam tantum eam esse vult. Nam utilitatem plane praeterit, verum ubi historicum iussit ὑπόθεσιν ἐκλέξασθαι καλήν, hoc quid sit, statim explicat verbis καὶ πεχαρισμένην τοῖς ἀναγνωσομένοις; et reprehendit Thucydidem, quod bellum Graecis infaustum narraverit, quod oblivioni tradi satius esset. Hoc quam indignum sit de historia iudicium, hodie non eget longa demonstratione. Nam qui historiam ita scribit, ut auribus tantum et cupiditatibus hominum serviat, is aut non posse se iis utilitatem parare significat, aut nolle, quorum illud imperiti est, hoc socordis atque de hominum commodis parum solliciti. Itaque ne Creuzero quidem obtemperamus, quamquam magnae auctoritatis viro,

si hunc finem historiae, ut doceat, ideo negat (in Arte histor. Graecor. p. 232.) proponi posse, quia is poscat, ut ratio habeatur cuiusdam hominis, qui instituatur. Quod si sit, cur non cogitemus scriptoris animo, dum scripsit, obversatos esse non lectores qualescunque, plane rudes literarum atque stultos pariter atque doctos et intelligentes, sed eorum quaedam genera. Nam etiam oblectatio alii alio modo paratur, ut, etiamsi haec spectaretur in historia, vel sic lectorum ingenii diversitas respicienda esset. Sed vere Lucianus De conscrib. histor. §. 9. (seu §. 17. ed. Wolf.) "Ὅσοι δὲ οἴονται καλῶς διαιρεῖν εἰς δύο τὴν ἱστορίαν, εἰς τὸ τερπνὸν καὶ χρήσιμον, — ὁρᾷς, ὅσον τἀληθοῦς ἡμαρτήκασι; πρῶτον μὲν, παρδήλῳ τῇ διαιρέσει χρώμενοι· ἓν γὰρ ἔργον ἱστορίας καὶ τέλος τὸ χρήσιμον, ὅπερ ἐκ τοῦ ἀληθοῦς μόνον συνάγεται· τὸ τερπνὸν δὲ ἅμεινον μὲν, εἰ καὶ αὐτὸ παρακολουθήσειεν, ὅσπερ καὶ πάλλος ἀθλητῇ. (quam voluptatem et delectationem secundarium historiae finem iudicat Gerard. Io. Voss. l. l. c. V., et ridiculos eos appellat, qui non alio consilio historias legunt, quam ut animum oblectent.) ἄχρι δ' ἂν καὶ μόνον ἔχῃ τὸ ἴδιον ἐντελὲς, λέγω δὲ τὴν τῆς ἀληθείας δήλωσιν, ὀλίγου τοῦ κάλλους φροντιεῖ. Atque utilitatem a lectoribus percipiendam se spectasse, quum libros suos conscriberent, affirmant plures historici, quorum unum nunc nominamus Diodorum, in cuius praefatione multa de his dicuntur. Alii vero saltem maximam historiae commendationem inde petunt, quod, quid suscipiendum, quidve evitandum sit, doceat. Vid. Polyb. l. III. c. 31. (add. l. I. c. 1.), cuius iudicium haud pauci Graecorum historici secuti sunt. Vid. Creuzer. Ars histor. Gr. p. 215. sqq. Neque aliter Romani. Nam Livius in Praefatione: „Hoc illud est," inquit, „praecipue in cognitione rerum salubre et frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri, inde tibi tuaeque reipublicae, quod imitere, capias; inde foedum inceptu, foedum exitu,

quod vites." Add. Quintil. X. 1. Plin. Ep. V, 8. Quid? quod Dionysius ipse in Archaeologia, ut solet hic vir inconstans in historicis scriptis aliter atque in rhetoricis versari, his (vol. II. p. 978. et 1027.) utilitatem historiae et pulchra exempla, quae legislatoribus et aliis, qui rem publicam administrent, ibi suppeditentur, spectasse se affirmat! In rhetoricis igitur libris apparet eum iam in fundamento totius disputationis lapsum esse, e quo eius errore multae pravae, quas de Thucydide alit, fluxerunt opiniones; quas quidem infra cognoscemus.

Hoc tempore alius rei mentio iniicienda, quam criticus Halicarnassensis non minus praecedentibus in quavis historia requiri dicit, p. 774., nos vero plane omisimus. Ea posita est in animo scriptoris, quo utitur in res, de quibus scribit (*ἡ αὐτοῦ τοῦ συγγραφέως διάθεσις, ἣ κέχρηται πρὸς τὰ πράγματα, περὶ ὧν γράφει*); hunc Dionysius lenem esse cupit et mansuetum, de bonis laetari, de malis dolere, et quae his similia sunt. Nos vero proprie nihil ex his omnibus fieri deberé iudicamus. Ea omnia enim partium quoddam studium declarant, a quo historicum decet quam maxime alienum esse, et rebus ipsis scriptoris sensus subiiciunt, quibus lectores facile decipiuntur. Perfectum potius historicum eum dixerim, qui gaudio et tristitia, laudibus et cavillationibus, omnino omnibus, quibus se suumque animum prodat, ita abstinet, ut qua patria natus, quibus partibus ipse addictus fuerit, nisi ab ipso palam declaretur vel aliunde constet, ex ipsa quidem narratione non appareat. Egregie enim Lucianus §. 41. (§. 77. W.) l. l. *Τοιοῦτός μοι*, inquit, *ὁ συγγραφεὺς ἔστω — οὐ μίσει, οὐδὲ φιλῇ νέμων, οὐδὲ φειδόμενος ἢ ἐλεῶν ἢ αἰσχυνόμενος ἢ δυσωπούμενος, ἴσος δικαστὴς, σύνους ἅπασιν, ἄχρι τοῦ μὴ θατέρῳ τι ἀπονεῖμαι πλεῖον τοῦ δέοντος, ξένος ἐν τοῖς βιβλίοις, καὶ ἄπολις, αὐτόνομος, ἀβασίλευτος κ. τ. λ.* Neque aliter praecipit Polyb. I. 14. Quod assequi sane difficile est, verum fieri tamen potest: qua-

tenus autem a Thucydide factum sit, in eo loco commode exponi videbatur, ubi de rerum ab eo narratarum veritate, quatenus ipsius indole et externa conditione nitatur, agemus.

Nunc autem verae historiae indoli quatenus a scriptoribus Thucydidem praecedentibus satisfactum sit, videamus. Dixerunt hac de re Dionys. p. 817. sqq. Ger. Ioa. Voss. de histor. Gr. l. I. c. I. II. Creuzer. Ars histor. Graec. pluribus locis. Omnem Graecorum historiam a poesi epica profectam esse, praesertim postquam haec per cyclicos poetas propius ad veritatem traducta erat, atque mythos (quo Graeco verbo uti placet, quum Latini careant vocabulo eiusdem plane significationis) plene et ex temporum aliquo ordine narrare inceperant, hodie neminem fugit. Postquam deinde oratio metri vinculis liberata erat, secuti sunt (Olymp. XX.—LXX.) logographi qui dicuntur, sive hi primi prosa oratione usi sunt, si quidem primi huius scriptores Cadmus atque Hecataeus Milesii fuerunt, sive iam ante eos Pherecydes Syrius de rebus philosophicis pedestri sermone scripserat. Vid. Creuzer. Historic. Graec. antiquiss. Fragment. p. 16. sq. Hi logographi antiquissimum historicorum genus apud Graecos constituerunt, de eorumque librorum conditione breviter explicandum; de qua, quanquam nullus eorum integer ad nostra tempora pervenit, iudicare tamen possumus, quum et alii Graeci scriptores eos descripserint, nec exigua eorum fragmenta servata et recentius tum a Creuzero tum a Sturzio collecta sint, quorum ille Hecataei atque Charonis Lampsaceni, hic Acusilai accuratius cognoscendorum facultatem dedit.

Logographi igitur (de cuius nominis variis significationibus vid. Creuzer. Herodot. et Thucyd. p. 29. sqq. et Ars histor. p. 178. sqq.), poeseos indolem in plerisque retinuerunt, et, si veritatem rerum ab iis narratarum primum spectamus, eius nequaquam studiosi reperiuntur.

Omnia enim, quae fama atque rumoribus vulgi acceperant, et quae vel nobilium gentium vanitas, vel sacerdotum, qui plurimorum inter populos mendaciorum auctores sunt, imperandi cupido finxerat, plebis inscitia rerum naturalium atque superstitio, viatorum credulorum seque iactantium narratiunculae, poetarum ornate et per figuras loquentium carmina aliaeque causae auxerant, et mirabiliora reddiderant, in libros suos recipiebant. Nihil igitur nisi mythos, quos magnum, imo maximum in historia malum dicit Lucianus de historia conscr., §. 8. (§. 16. W.), eosque saepe ineptissimos (*Λαμίας τινὰς ἱστοροῦντες ἐν ὕλαις καὶ νάπαις ἐκ γῆς ἀνιεμένας καὶ Ναΐδας ἀμφιβίους ἐκ ταρτάρων ἐξιούσας κ. τ. λ.* Dion. p. 822.) suppeditant; neque de eorum fide dubitant, nec explorant, in iis utrum aliquid veri lateat, et quale et quantum hoc sit. In quibus vix unus alterve horum scriptorum paulo melius non tam versatus est, quam se acturum promisit, ut Hecataeus, cuius prooemium ab iis, quae vere fecit, longe discrepat. Vid. Creuzer. Ars histor. p. 86. sq. Non meliorem electionem iidem ostendebant, ubi res maioris momenti a reliquis discernendae erant. Quo factum est, ut, dum multa vilia atque inutilia diligenter consignabant, maiora vel praetermitterent vel negligentius tractarent. Aptus autem omnium ordo atque artificiosa compositio prorsus deerat. Neque temporum verae rationes neque rerum ipsarum talis nexus, ex quo e causis suis derivantur (nexus causalis), in aliquo numero erant, sed omnia separatim enumerabantur, et modo secundum urbes atque populos scripta erant. (*Οὗτοι προαιρέσει ὁμοίᾳ ἐχρήσαντο περὶ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὑποθέσεων — τὰς ἱστορίας — οὐ συνάπτοντες ἀλλήλαις, ἀλλὰ κατ' ἔθνη καὶ κατὰ πόλεις διαιροῦντες, καὶ χωρὶς ἀλλήλων ἐκφέροντες.* Dion. p. 819.) Melioris ordinis necessitatem solus Dionysius Milesius aliquo modo sensisse videtur. Vid. Creuz. l. l. p. 124. sqq. Utilitatem autem, quae ad res publicas atque privatas ante admini-

strandas spectaverit, ab eiusmodi fabulosis narrationibus non admodum exspectabis. Iucundae quidem esse poterant istius aevi hominibus (quamquam ne hoc quidem plane concedit Lucianus l. l. §. 10. s. 19. W. scribens; *Οὐδὲ τερπνὸν τὸ κομιδῇ μυθῶδες τοῖς ἀκούουσιν, εἰ μὴ τὸν συρφετὸν καὶ τὸν πολὺν δῆμον ἐπινοήσαις*); sed utilitas ea, quam supra descripsimus, e veritate sola procedit. (*τὸ χρήσιμον ἐκ τοῦ ἀληθοῦς μόνου συνάγεται.* Lucian. §. 9. s. 18. W.) Intelligimus igitur, imbecilla atque humilia fuisse artis historicae initia. Quod sane non mirandum, neque ad illos scriptores accusandos a nobis dictum est, quos per temporum illorum conditionem aliter scribere vix potuisse, vere monet Dionysius p. 823; sed ut appareat, quantum historia Thucydidi debeat, necessario explicandum erat.

Excepit logographos Herodotus scriptor laudibus quidem dignissimus, sed quem tamen iis, quae supra de modo, quo deceat historiam conscribere, disputata sunt, ne ipsum quidem omni ex parte satisfecisse declaraturi sumus. Nam de veritate eius narrationum si quaeris, negari quidem non potest, magis, quam qui antecesserant, ei consuluisse. Quo melius enim omnia cognosceret et iudicaret, magna itinera fecit. Quare etiam geographiae, quae maximo historiae est subsidio, plurimum utilitatis attulit, et quo magis recentius remotarum terrarum notitia crevit, eo maior lux Herodoti libris accensa est, eo magis aucta eorum admiratio, atque eo plura, quae antea fabulae esse videbantur, vera reperta sunt. Aliis vero in locis, ubi res aperte fictae narrantur, hic scriptor se iis non multum auctoritatis tribuere, aut plane diffidere, ipse significat, addens verba *aiunt*, *dicitur* et similia, et interdum subiungens, sibi vero haec non veri similia videri. Nihilominus veritati non satis prospexisse, sed fabulosis narratiunculis indulsisse iure arguitur iam a multis veteribus, quos commemorat Voss. Historic. Graec.

l. I. c. III. et accuratius Harles. Bibl. Gr. t. II. p. 331. III. Non quasi voluntas vera dicendi ei defuisset; sed haec voluntas non adiuta erat iis vel animi dotibus vel temporibus, quae ad hoc faciendum solae idoneum eum reddere poterant. Narrabat enim res, quae vel iam pridem evenerant, vel, si ea, qua ipse vivebat, aetate gestae erant, ad bellum Graecorum atque barbarorum pertinebant. Illae, quae mythis continebantur, qui diu ore tantum et rudibus quibusdam signis servati erant, multis additamentis conquinatae et ipsa vetustate obscurae atque simul sacrae et augustae redditae erant. In *iis* qui antiquiora a recentius additis, vera a falsis discernere volebat, ei opus erat subtili atque subacto iudicio et animo philosophiae et physices luce a superstitionis tenebris liberato. Talis vero non erat Herodotus, qui quum pio quodam sensu regeretur, omnibus iis, quae religione sancita, et eius ministrorum deorumque interpretum auctoritate confirmata erant, fidem facile habuit. Unde neque a vatibus in iis quidem rebus, quae ad deos pertinere aliquo modo videbantur, recessit, et sacerdotum mendaciis atque fraudibus in iis, quas invisit, regionibus decipi se passus est; denique quaecunque praeter consuetum rerum ordinem atque hominum exspectationem evenissent, neglectis proximis causis, non aliunde quam a coelestibus ipsis repetiit. Hinc frequens vaticiniorum et oraculorum commemoratio et plane omnis eius orationis color explicandus est. Ubi vero de Graecorum et Persarum bellis loquitur, et patriae atque libertatis amoris tam plenus, et malorum, quae barbari popularibus eius inflixerant, ita memor, tum ab hominibus eodem modo animatis ita circumdatus, et denique facultate etiam hostium narrationes cognoscendi ita destitutus erat, ut vel imprudens nonnulla in maius auxisse existimandus sit. Quo ducebat eum etiam omnis historiae adornatio, quae plane epica est. Cf. Creuzer. Ars histor. Graec. p. 135 sqq. Nam

imi-

initio operis se res a Graecis atque barbaris gestas atque causas, unde eorum bella orta sint, expositurum narrat. Vix vero pauca de his causis monuit, quum Croesi, qui primus Graecos in Asia degentes subegit, mentione facta historiam Lydorum et veteres quasdam Graecorum res pertractat. Tum ad Medos atque Persas deducitur, et vix in Cyri historia primarii argumenti aliquantisper reminiscitur, quae hic contra Graecos molitus sit, describens. Sed paulo post aliorum populorum Asiae, ut Babyloniorum, instituta et facta recensentur; per totum librum secundum de Aegypto disputatur; libro tertio Africae aliquot populos et Indos, atque Cambysis vitam, Smerdis fraudem, rationem, qua Darius imperium Persarum nactus est, et Babyloniorum seditionem cognoscimus, et vix semel in Democedis historia audimus, de bello Graecia inferendo cogitatum esse. Quod ne quarto quidem libro sequitur, sed ibi, dum Darii expeditio in Scythas narratur, de his, Cimmeriis et Thracibus certiores reddimur et quae his subiiciuntur narrationes de Africae nationibus, ex iis esse solum, quae ad bellum Cyrenaeorum atque Persarum pertinent, argumenti summam quodammodo attingunt. Denique a quinto libro minus evagatur scriptor, sed tamen ne ibi quidem semper in proposito manet. Talis vero historiae compositio plane poetica, neque ut omnia accurate narrentur, neque ut omittantur, quae quanquam per se cognitu utilia, tamen ab hoc tempore et loco aliena sunt, postulare potest. Artificiosa igitur quidem est haec operis descriptio, quum singulae partes, quantumvis diversae, arctissime cohaereant, atque unum corpus efficiant; eoque plurimum praestat narratiunculis laxe copulatis, quibus logographi utuntur, et omnino talis est, qualis in carmine heroico nihil vituperii admittat; sed historiae naturae consentanea non videtur. In hac enim degressiones (de quarum usu in historia

disputavit Vossius Ars histor. c. XXII.) eae tantum laudari possunt, quae ad illud ipsum, quod modo narratur, recte intelligendum necessariae sunt; ut si locus is, quo res gestae sunt, depingitur, vel temporum computatio ea, quam scriptor secutus est, defenditur, vel rei publicae instituta, per quae aliquid evenerit, explicantur: sed minus necessariae digressiones, et maxime tam procul recedentes, tam longae tamque frequentes, ut inveniuntur apud Herodotum, non decent historicum scriptorem, si id consilium sequitur, quod qui esse debet, nec oblectationi hominum potissimum studet. Quod sane voluit Herodotus, quem constat libros suos in publicis ludis Graecorum recitasse. Ubi si volebat popularium plerosque, qui his certaminibus aderant, delectare et sibi conciliare, sane debebat sic neque aliter scribere; et tanquam ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν (Thucyd. I, 22) egregie composita est eius historia. Nam si cogitamus homines Graeciae laudis studiosissimos, rerum novarum atque mirabilium cupidos, mobiles nec libenter continuae orationi aures praebentes; his neutiquam opus erat historia, in qua omnes res, etiam levissimae, veritate comprobatae atque ex causis suis illustratae essent. Talia plerique Graeci non curabant, qui historiam pro poesi quadam habentes, quo etiam nomine eam saepe vocant (Dion. p. 777.), ut ea, quae narrarentur, patriae honorem conciliarent, ut apte connexa, ut digressionibus ad relaxationem animo parandam idoneis distincta, ut eleganti sermone composita essent, magis postulabant, quam ut certis testimoniis niterentur. Haec sentiendi ratio, quae etiam panegyricas orationes apud Athenienses effecit, Herodoti temporibus magis etiam quam serius inter Graecos vigebat. Nam tunc splendidas illas de barbaris victorias modo reportaverant, quae tam admirabiles et poeticae tractationi tam consentaneae erant, ut, qui eas populo com-

motioris animi, et in quo pauci demum prosae orationis scriptores prodierant, accurata et subtili ratione perpensas proposuisset, nemini probatus esset. Sed quum Herodotus Graecorum virtutis et barbarorum ignaviae praeco existeret, recitans *τὴν ποικίλην, τὴν τὰ θαυμαστὰ ἔργα δηλοῦσαν Ἑλλήνων τε καὶ τῶν βαρβάρων ἱστορίαν*, universa Graecia eum magna cum admiratione excepit et plurimum coluit. Cf. Lucian. Herodot. et Aëtion. Verum non aequalium et vulgi auram historico captandam, sed posteritatem etiam et iudices severos atque omnia diligenter explorantes spectandos esse dicit Lucianus §. 10. 61. 65. (§. 19. 97. 99. W.). Quem si vere scripsisse putamus, *Χρὴ τὴν ἱστορίαν γράφεσθαι σὺν τῷ ἀληθεῖ μᾶλλον πρὸς τὴν μέλλουσαν ἐλπίδα, ἥπερ σὺν κολακείᾳ πρὸς τὸ ἡδὺ τοῖς νῦν ἐπαινουμένοις· οὗτος κανὼν καὶ στάθμη ἱστορίας δικαίας:* Herodoti libros aliorum exemplar esse posse negabimus.

Quod magis etiam dici potest de aequalibus Herodoti atque iis historicis, qui inter bellum Persicum atque Peloponnesiacum vixerunt, quales fuerunt Hellanicus Lesbius, Xanthus Lydius aliique. Vid. Dion. p. 818. Hi enim fere in omnibus logographorum simillimi erant; nam Dionysius postquam utrosque l. l. commemoravit, *οὗτοι*, inquit, *προαιρέσει τε ὁμοίᾳ ἐχρήσαντο περὶ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὑποθέσεων, καὶ δυνάμεις οὐ πολύ τι διαφερούσας ἔσχον ἀλλήλων.* Etiamsi vero unus alteri praestiterit, ut sunt qui Hellanicum prae reliquis laudent, tamen vel meliores ex iis parum probari possunt; nam Hellanicum quidem ipsum Thucydides I. 97. dicit *βραχέως καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς* scripsisse.

Quae omnia si complectimur, intelligimus, eundem Thucydidem I, 21. de omnibus, qui ante eum Graecis fuerunt, historicis iure hoc tuliase iudicium: *Λογογράφους ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον τῇ ἀκροάσει ἢ ἀληθέστερον, ὄντα ἀνεξέλεγκτα καὶ τὰ πολλὰ ὑπὸ χρόνου αὐτῶν ἀπίστως ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκνενικηκότα.* Λογογράφων enim nomine non

eos modo significat, qui a nobis supra ita appellati sunt, sed, ut iam oppositum ποιηταί docet, omnes, qui tum de rebus gestis pedestri sermone scripserant (cf. ibi Bauer. et Maussac. ad Harpocrat. s. v. λογοποιός), etiam Herodotum, cuius alicubi a Thucydide errores refutantur, quanquam nomen eius non additur. Ita I, 20. cl. Herodot. VI, 57. et IX, 53. — II, 8. cl. I, 23. et Herodot. VI, 98. — II, 97. cl. Herodot. V, 3. Vide hoc plenius expositum et confirmatum a Creuzero Herodot. et Thuc. p. 4. sqq. 18. sqq.

Cap. II. Thucydides quatenus his virtutibus praeditus fuerit, inquiritur, et primum quidem de eius veritatis studio ita disputatur, ut vera dicere et potuisse et voluisse vita atque moribus declaretur.

Quum vero, ut notum e proverbio, facilius aliquem reprehendas, quam ipse rem melius instituas, explorémus, Thucydides ipse utrum talem historicum se exhibuerit, qualem desiderandum esse animadvertimus. Primum igitur rerum ab eo narratarum veritatem considerémus. Ea vero partim rebus ipsis nititur partim scriptoris conditione libera atque animi indole; hae ei facultatem atque voluntatem vera dicendi suppeditant, ut iam supra monitum, illae vero his opportunitatibus eum recte usum esse declarant. Fuisse autem ei quas diximus opportunitates quum ex vita atque moribus eius optime intelligatur, de Thucydidis vita proxime explicare visum est.

Conscripsisse eam inter veteres traditur Marcellinus, de quo haec annotavit Hudsonus: „Quis fuerit aut qua aetate vixerit hic Marcellinus, non ita facile est coniicere. Scriptorum, qui eius meminerunt, primus, quod sciam, et antiquissimus est Suidas in v. ἀπήλαυσε et v. ἀπολαύειν. Verum an is sit, quem in v. Μαρκελλῖνος Salluatio philo-

sopho familiarem fuisse narrat, pronuntiare non ausim. Eum ad Valentiniani, Valentis et Gratiani tempora referri debere, existimat Vossius, eundemque esse arbitratur, cuius in Hermogenem de statibus commentarios una cum Syriano et Sopatro excudit Aldus. Quin et Gesneri suspicio est, non alium esse ab Ammiano Marcellino, cuius ex XXXI. Historiarum libris exstant hodie libri XVIII. nempe quia Ammianus ille Graecum se fuisse dicit extremis libri XXXI. verbis, et phrasis ipsa satis hoc prodit; ad quam coniecturam firmandam non leve accedit argumentum, quod Am. Marcellinus (ut notavit Valesius) plurimis in locis imitatus est Thucydidem, et nonnulla ab ipso mutuari solet." Accuratius in haec inquirere eo minus opus est, quod, quem nos sub Marcellini nomine habemus libellum, eum ex diversis atque a pluribus viris conscriptis, postea vero leviter iunctis partibus constare, vel ei, qui modo semel hanc vitam perlegerit, atque perversum ordinem, turbatum saepe nexum, repetitionem earundem rerum saepius et aliis modis institutam deprehenderit, non potest dubium videri. Monuerunt hoc iam alii (vid. Fabric. Bibl. Gr. t. II. p. 721.), et tres partes huius vitae distinxerunt; nos vero quatuor esse putamus, atque secundam incipimus a *Ζηλωτὴς δὲ γέγονεν ὁ Θουκυδίδης* §. 35., quod, quanquam hoc iudicium de Thucydidis librorum indole bene potuit praecedentibus annecti, tamen non licebat infra §. 45. subiicere *Ἀπέθανε δὲ μετὰ τὸν πόλεμον* etc., quum de morte eius iam supra uberius actum sit. Tertiam partem ordimur ab *Ἰσοκράτους δὲ ὅτι στρατηγήσας* §. 46., quartam vel a *Φαίνεται δὲ ἐπὶ τῶν Ἡροδότου χρόνων* §. 54., vel, ut viro cuidam docto placuit, ab *Ἔστι δὲ τὴν ἰδέαν* §. 56.

Haec de Marcellino, quae abunde docent, non magnam huius vitae auctoritatem esse posse, quum quonam tempore et a quibusnam viris ea composita, et quinam fontes ad eam rem adhibiti sint, non pateat. Praeter

hanc vitam autem habemus quidem etiam aliam, quae in Thucydidis codicibus nonnullis legitur; sed eius auctor non magis notus est, et continentur ea res quaedam aperte falsae. Qui tertius historici nostri vitam exhibuit Suidas, breviter negotio defunctus est, et brevius etiam Eudocia in Viol. p. 233. t. I. Anecdd. Villois. E scholiis Thucydidis unus huc pertinet locus I, 20. Alii scriptores Graeci, qui passim obiter nostri mentionem fecerunt, singulis in locis commemorabuntur. Optime autem factum, quod Thucydides de se ipse aliquot in locis dixit. Vid. I, 1. 23. II, 48. IV, 104. 105. 106. 107. V, 26. Quos locos si inter ipsos coniungimus atque cum aliorum narrationibus comparamus, non omnia quidem, quae cognoscere cupimus, intelligemus, sed tamen, utrum idoneus fuerit ad bellum Peloponnesiacum literis consignandum, poterimus diiudicare. Conferri autem possunt cum iis, quae expositurі sumus, recentiores scriptores, qui Thucydidis vitam narrarunt, et quorum plerosque, ut Dodwellum, nominatos invenies in Fabricii Bibl. Gr. l. l. Add. Heilm. Opusce. vol. II. p. 110. sqq. et Praef. ad interpret. vernac. atque Gail. Mémoire sur Thuc. p. sqq.

Thucydides igitur Atheniensis, ex Alimusio populo seu pago (ut docet inscriptio in eius sepulcro a Didymo et Antyllo apud Marcell. §. 16. et 55. servata,) teste Pamphila, Graeca, quae Neronis temporibus in Aegypto vixit, apud Gell. Noctt. Att. XV. c. 23., initio belli Peloponnesiaci quadragesimum aetatis annum attigerat. Quod bellum quum ortum sit Olymp. LXXXVII. a. 2. sive 525. urb. cond. et 431. a. Chr. n., Thucydides natus est Olymp. LXXVII. a. 2. sive a. 471. a. Chr. n. Aequales eius a Praxiphane (ap. Marcell. §. 29.) nominantur Plato comicus, Agatho tragicus et alii scriptores, quorum numerum facile augeas. Herodotus (teste Pamphila) tredecim, Hellanicus viginti quinque annis natu maior erat Thucydide. Pater eius fuit Olorus. Nam ita hoc nomen scribitur non

solum in titulis singulorum librorum, quibus non magna fides est, sed etiam IV, 104. in omnibus codicibus. Eodem modo patrem eius vocant alii scriptores haud pauci, qui in nota v. ad Marcellini vitam §. 17. ab Hudsono laudati sunt (unde etiam nomen interdum *Ὀλουρος* scribi a librariis cognosces) atque hoc nomen inter reges Thracum, a quibus Thucydidis pater genus suum ducebat, non infrequens erat. Non audiendi igitur sunt Didymus (qui num sit is qui *Χαλκέντερος* appellatur an Didymus Claudius, dubitat Hudsonus) et alter grammaticus in vita Marcell. §. 16., qui patrem Thucydidis Orolum dici malunt, nitentes eius monumenti inscriptione, quae haec fuisse fertur, *Θουκυδίδης Ὀρόλου Ἀλιμούσιος [ἐνθάδε κεῖται]*. Sed praeterquam quod non constat, utrum Didymus hunc titulum ipse viderit an aliunde cognoverit, et quod ab Antyllo ex eodem titulo *Ὀλόρου* affertur, in eiusmodi monumentis et ipsis non raro peccatum esse, postquam plura in lucem protracta sunt, hodie non ignoramus. Additum patris nomen nostrum Thucydidem distinguit ab aliis viris eiusdem nominis. Vulgo quatuor nominant. Marcell. §. 28. et schol. Aristoph. ibi in nota h. laudatus. E quibus duo a nostro scriptore ipso commemorantur: alter, Milesiae filius et Periclis in civitate administranda adversarius, I, 117. cf. ibi Intpp. et Gottl. ad I, 1; alter Pharsalius, Menonis filius (teste Polemone apud Marcell.) et publicus Atheniensium hospes, VIII, 92. Quartus denique, cuius mentio fit, est Thucydides poeta, qui a Marcellino Acherdusius, a scholiaste Aristophanis (si quidem is eundem significat, ut putat Hudsonus) Gargettius vocatur. Ex his praeter historicum notissimus Milesiae filius, cum quo ille aliquoties confusus est. Quod accidit procul dubio etiam incerto scriptori, qui Olori filii vitam narravit. Qui quum dicit §. 6. Thucydidem aliquando Pyrilampen quendam, quem Pericles accusasset, publice defendisse, et victoria repor-

tata ducem creatum esse atque praefuisse populo, sed ob nimiam divitiarum cupiditatem mox reum factum atque ostracismo in decem annos patria Aeginam expulsum esse, haec nullo modo conveniunt in Olori filium; sed Periclis adversarius ostracismo in exsilium electus est. Vid. schol. Arist. Nostri Thucydidis iam etiam matrem nominare placet, quae vocabatur Hegesipyle, si fides est grammatico in Marcell. vit. §. 2., neque hoc nomen ex ea, quae statim appellabitur, Hegesipyle confictum est. Nobili enim stirpe natus erat (*οὐ τῶν ἀπεῤῥιμμένων, ἀλλ' ὢν ἐν πρώτοις ἦγον Ἀθηναῖοι.* Dion. H. p. 770. *τῶν πάνυ κατὰ γένος Ἀθήνῃσι δοξαζομένων.* Auct. incert. vit. Thuc. §. 6.), atque paternum (non maternum, ut Suidas dicit, quem in nota ibi refutat Hudson.) genus referebat ad Cimonem, Miltiadis, qui ad Marathonem vicit, atque Hegesipylae filium; et quum Miltiades originem ab Aiace atque Aeaco repeteret, Hegesipyle autem Olori, Thracum regis, filia esset, hic maiorum splendor etiam ad nostrum Olorum eiusque filium pertinuit. Cf. Plutarch. Cimon c. 4. Marcell. §. 2. sqq. et incerti script. vit. §. 1. ac schol. Pind. ad Nem. II, 19. Quod autem Hermippus apud Marcell. §. 18. et schol. ad I, 20. eum a Pisistratidis originem duxisse contendunt, id fortasse ideo tantum excogitarunt, ut, cur de Hippia et Hipparcho bis disseruit, explicarent; nam Miltiadis atque Pisistrati genus neque sanguine neque affinitate coniuncta fuisse videntur.

De pueritia Thucydidis nihil fere innotuit. Nam quod puer Herodotum in Olympiis ludis historiam suam recitantem audivisse, eoque ita commotus esse traditur, ut lacrimas effunderet, quo facto Herodotum Oloro gratulatum esse dicunt, quod filium haberet, cui animus esset literarum cupidissimus (*φύσις s. ψυχὴ ὀργῶσα πρὸς μαθήματα*, Marcell. §. 54. Phot. Bibl. cod. 60. Suid. s. *Θουκυδίδης* et *ὀργᾶν*); hanc narrationem fabulosam videri, quod Thucydide puero Herodotus, modo tredecim annos natu

maior, libros suos demum multis terris peragratis scriptos recitare haud facile potuisset, in vita interpretationi Heilmanni praefixa monitum. Res vero iam per se incredibilis; repugnat enim ingenio Thucydidis, qui vulgi iudicii contemptorem se ostendit, neque ullam unquam Herodoti historiae, ab iis, quae ipse in historia spectanda putabat, alienissimae, admirationem prodit. Talis vir ut evaderet, id certe ex parte fecerunt eius magistri. Usus est enim praeceptore Antiphonte Rhamnusio rhetore (Marcell. §. 22. incert. script. vit. Thuc. §. 2. et vit. Antiph. in Reisk. Oratt. Grr. vol. VII. p. 605. sq. it. Hermog. περὶ ἰδεῶν l. II. fin. Suid. Eudoc.), quem ipse propter eloquentiam, qua excelluerit, egregie laudat VIII, 68. Cf. Eudoc. de Antiph. p. 59. Neque nobis eius eloquentiae cognoscendae facultas prorsus erepta est, quum aliquot eius orationes adhuc superstites esse constet. Oratt. Grr. p. 604. sqq. cum Spaanii diss. hist. de Antiph. ib. p. 795. sqq. Plutarchus tamen in Antiph. et Photius cod. CCCIX. Caecilio teste usi hunc non praeceptorem, sed discipulum Thucydidis vocant. Verum in Plutarchi libris pro μαθητήν legi διδάσκαλον, monet Spaanius, secutus Taylorum; quanquam ob Photii verba μαθητήν retinendum et errorem ipsi Caecilio tribuendum iudicat Gottleb. ad Plat. Menex. c. 3. Utcunque est, Thucydidem discipulum quidem, verum non doctorem Antiphontis esse posse, docent temporis rationes; ut etiam ipsa historiae eius indoles declarat, fuisse magistrum dicendi artis peritissimum. Eundem vero philosophi alicuius docti et liberaliter sentientis scholas frequentasse, pariter ex eius libris apparet, neque sperni licet eam sententiam, quae eum, ut Periclem et Euripidem, Anaxagorae auditorem facit. „De quo“ [quanquam a Tzetze argumentis quibusdam chronologicis, sed iis vanis, impugnato] „ut Marcellini [§. 22.] exstat auctoritas, ita verisimilis ducitur coniectura ab exemplo Periclis; qui ab Anaxagora item

repletus rerum divinarum humanarumque cognitione eandem ad dicendi usum exercitationemque transtulit. Atqui Thucydides ita se ad Periclis imitationem composuisse videtur, ut, quum scriptum viri nullum exstet, eius eloquentiae formam effigiemque per totum historiae opus expressam posteritati servaret." Wyttenb. Praef. ad Anal. Gr. Cum Pericle ei consuetudinem intercessisse et fuisse eos condiscipulos testantur etiam Aristides et eius scholiasta. De iis, quae praeterea ante bellum Peloponnesiacum ei acciderunt, nihil innotuit. Nam quod idem scriptor incertus, qui etiam de eius contentione cum Pericle atque exsilio testarum suffragiis effecto locutus est, eum iam ante hoc exsilium aliquando Sybarin concessisse dicit §. 7., quum omnia alia hac de re testimonia desint, ex permutatione cum Herodoto explicandum videtur, et fide nequaquam dignum est. Uxorem duxit Thressam, ex urbe Sciaptesula (de qua urbe vid. not. ad Marcell. §. 19. et 25.), valde divitem et metallorum fodinas in Thracia possidentem. (Marcell. §. 19.) Quod matrimonium, si non iam ante bellum Peloponnesiacum, certe primis eius annis iniisse existimandus est; nam quum Brasidas Lacedaemonius in Thraciam veniret, Thucydides inter eius incolas auctoritate plurimum valebat eique ius erat auri metalla ibi exercendi. IV, 105.

Filium teste Suida habuit Timotheum. Secundo anno belli Peloponnesiaci Athenis commoratus, ibique pestilentia correptus est II, 48. Octavo autem eiusdem belli anno alter Atheniensium dux erat in regionibus Thraciae vicinis (τὰ ἐπὶ Θράκης), et cum classe apud Thasum insulam versabatur. Iam quum Brasidas Amphipolin urbem, ad quam dimidio die navi vectus Thaso pervenias, oppugnaret, ab Amphipolitanis auxilio vocatus est. Sed antequam adveniret, Brasidas urbem ceperat. Eionem tamen, quam, si naves Thaso non advenissent, postera nocte Lacedaemonii expugnassent, Thucydides ser-

vavit. IV, 104—107. Nihilominus patriam fugere coactus est V, 26., cuius calamitatis, si Marcellino §. 46. fides, Cleon demagogus ei auctor fuit. Apud eundem Marcellinum §. 24. primo Aeginam se contulisse legitur, ibique maximam pecuniae partem foenori dedisse. Quod tamen credi vix potest, quum neque ipse quicquam ea de re dicat, et, qui praeterea eam commemoravit, ignotus vitae eius scriptor §. 7., statim adiungat illi narrationi, in qua Thucydidem contendit ostracismo in exsilium eiectum esse, quod ad Milesiae filium pertinere intelleximus. Multo minus Timaeo fides haberi potest, si scriptorem nostrum in Italiam putat abiisse, quod rursus ex Herodoti historia huc retractum videtur. Potius in Thraciam secessit vel statim ibi mansit, atque exsul vixit Scaptesulae (Marcellin. §. 25.), et otio, quod ei contigerat, ita usus est, ut de bello Peloponnesiaco, quod conscribere statim eo motu constituerat I, 1., et Athenienses et Peloponnesios percontaretur, atque omnes res in eo gestas quam accuratissime et verissime cognoscere studeret I, 22. V, 26. VII, 44. Quae tamen comperit, eum illo tempore nondum elaborasse atque in historiae formam redegisse (*συντάξαι μετὰ κάλλους*) contra Marcellinum §. 47. infra demonstrabimus. Nam quod Cicero dicit de Orat. II, 13. „Hos libros tum scripsisse dicitur, quum a re publica remotus, atque, id quod optimo cuique Athenis accidere solitum est, in exsilium pulsus esset," si de brevi rerum consignatione et prima librorum adumbratione intelligi voluit, recte monitum. Eandemque interpretationem admittunt verba Plutarchi in libro de Exsilio p. 588. Reisk. Thucydides autem, quum se viginti annos exsulem fuisse scribat V, 26., hoc tempore praeterito in patriam rediisse recte colligitur. Adde Plin. Hist. Nat. VII, 53. Cuius beneficii auctorem Pausanias Attic. cap. 23. §. 11. appellat Oenobium. (*Οἰνοβίου ἔργον ἐστὶν εἰς Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου χορηγοῦ· ψήφισμα*

γὰρ ἐνίκησεν Οἰνόβιος κατελθεῖν ἐς Ἀθήνας Θουκυδίδην.] Quod factum videtur Ol. XCIV. a. 2. (a. Chr. 403), quum archonte Euclide impunitas omniam eorum, quae in rem publicam peccata essent, ab Atheniensium populo decreta esset, vel etiam iam anno praecedente, quum Lysander Athenas cepisset, atque exsules in patriam redirent (vid. Xenoph. Hellen. I. II, c. 2. §. 23.). In quo ipso reditu Thucydidem occubuisse insidiis sublatum, colligas ex Pausaniae verbis καὶ οἱ δολοφονηθέντι, ὡς κατῆλθε. In quibus ὡς κατῆλθε non significare *quum rediret*, sed *quum redisset*, nuper nonnemo multis, sed vanis verbis demonstrare studuit. Imo Pausanias ipse erravit, et si quid in hac narratione verum est, sane Zopyrus apud Marcellin. §. 32. Thucydidem melius dixit ἐλθόντα seu ἥκοντα ἀποθανεῖν βίᾳ. Nam multis annis post in vivis fuisse Thucydidem, et infra aliis argumentis probabimus, et ex eo patet, quod finito exsilio suo demum historiam suam in ordinem redigere coepit. Quod inde intelligimus, quia in ea et quam diu hoc exsilium duraverit indicat, et alicubi finiti belli mentionem facit. Hoc primum fit in prooemio I, 13. 18, unde hoc post reliquam historiam compositum esse collegit incertus Thucydidis vitae auctor §. 8. Ad eandem rem probandam aliqui usi sunt aoristis ξυνέγραψα I, 1. et προέγραψα I, 23. Sed quemadmodum hi nihil probant, ut cap. XIII. dd) εε) demonstrabimus, ita argumentum ab isto scriptore usurpatum refutatur eo, quod Thucydides etiam V, 26. eversum Atheniensium imperium et captos longos muros ac Piraeum commemorat, atque hoc bellum per viginti septem annos durasse scribit. Ibidem se per omne bellum integris per aetatem sensibus fruentem (αἰσθανόμενον τῇ ἡλικίᾳ) atque attentum, ut id accurate cognosceret, vixisse dicit. Cf. Dion. p. 821. Ἕνα προχειρισάμενος πόλεμον — — τοῦτον ἐσπούδασεν ἀναγράψαι, ἐρρωμένος τε τὸ σῶμα, καὶ τὴν διάνοιαν

ὑγιαίνων καὶ μέχρι παντὸς αὐτοῦ βιάσας. Habuit autem, ut eodem loco significat, consilium totius belli describendi, quod tamen exsequi non potuit; nam nonnisi ad annum usque vicesimum primum pervenit, atque substetit in pugna ad *Κνιδος σῆμα* commissa. Praeter hos autem libros de bello Peloponnesiaco nihil literis consignavit, nisi quod a nonnullis etiam vetus epigramma in Euripidem confecisse perhibetur, quod huius celeberrimi Tragici sepulcro inscriptum erat. Legnntur hi versiculi in Anthol. Brunck. tom. I. pag. 102. Lips.

Μνῆμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου· ὀστέα δ' ἴσχει
γῆ Μακεδών. ἡ (ἡ) γὰρ δέξατο τέρμα βίου.
πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλὰς, Ἀθῆναι· πλεῖστα δὲ Μούσαις
(*Μούσας*)
τέρψας, ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει.

Sed praeterquam quod etiam poeta Thucydides memoratur, hoc epigramma alii Timotheo, alii Theophilo comico tribuunt. Cf. Thom. M. in vit. Eurip. et Barnes. in eod. t. I. p. 54. Lips. Quam autem Thucydides imperfectam reliquit historiam, eam Cratippus (vid. Dion. H. pag. 647.), Theopompus et Xenophon continuarunt (vid. Marcell. §. 45. et. ibi not. Huds.); quarum librorum modo unum, Xenophontis Hellenica, superesse constat. Quod autem Thucydides ipse historiam non perfecit, non alia de causa accidisse iudicamus, quam quod in scribendo morte abreptus est. Eum enim voluisse usque ad finem belli progredi, supra vidimus. E quo rem adeo vere factam, et a Xenophonte, qui Diogene Laertio (l. II.) teste absconditos Thucydidis libros in lucem protulit, partem eorum oppressam esse, nuper nonnemo suspicatus est. Sed quid magis temerarium esse potest, quam quod ex voluntate rei perfectio non solum contra omnium codicum auctoritatem, sed etiam totius antiquitatis, ut Dionysii Halic.,

Diodori aliorumque fidem deducitur, et ob dubiam scriptoris parum diligentis narrationem vir probus, et ab illo ipso scriptore laudatus maximae iniustitiae accusatur! Tam temere iudicare nobis non placet, sed experientia ducti Thucydidem historiam imperfectam reliquisse credimus, iamque quaerimus, quum per tantam annorum seriem huic rei unice operam dedisset, quamnam aliam, nisi quam diximus, causam satis gravem esse putemus, quae eum deterruerit, quominus id absolveret, quod tam praeclare instituerat? Nonne, si non inopinato decessisset, certe aliquo modo libris suis aptum finem dedisset, qui nunc ita desinunt, ut nemo id divinare possit? Atque etiam posterior pars eorum multo minus elimata est, quam prior. Non solum enim, quod iam ab aliis observatum est, ultimus liber omnibus caret orationibus, quas tamen habendi saepe erat opportunitas; sed quum in prioribus quinque libris raro loci reperiantur, qui non, quemadmodum in codicibus scripti leguntur, bene confermati dicantur, iam in sexto, et multo magis in sequentibus libris satis magnus est eorum locorum numerus, qui correctione egere videntur, et in quibus tamen codices etiam ii, quibus plurimum tribuere auctoritatis prius consuevimus, in scriptura parum apta consentiunt. Quod quomodo aliter explicare possumus, quam si haec ex parte ipsius scriptoris vitia esse, atque hunc postrema vel aegrotantem (cf. Marcell. §. 44.) scripsisse, vel non iterum diligenter perlegisse, omnino igitur manum ultimam operi non admovisse statuimus? Quando autem mortuus sit, ignoramus, sed si eum sexaginta septem vel octo annos natum ad historiam vere componendam accessisse, ad eam autem perficiendam haud exiguo tempore opus habuisse reputaverimus: si praeterea non neglexerimus, quod Marcell. §. 30. e Praxiphane docet, eum post Archelai, quem Macedonum regem, doctorum hominum patronum,

ab ipso Thucydide II, 100. commemoratum, esse nemo dubitat, demum mortem, quam Diodorus l. XIV. c. 37. ad Olymp. XCV. a. 1. a. a. 400. a. Chr. refert, sui admirationem excitasse (ut nihil dicamus de argumentis haud contemnendis, quibus Dodwellus cum Aetnae eruptioni, quae Ol. XCVI, 1. fuit, superstitem fuisse ex III, 116. demonstrare studuit): non multum repugnabimus iis viris doctis, qui eum octoginta fere annos vixisse statuunt. Negligentius igitur Marcellinus §. 54. dicit, eum ultra quinquaginta annos natum vitam finiisse. De loco, quo occubuit, inter veteres erat contentio. Alii enim eum Athenis, alii in Thracia, alii in Aeolia (ita Apollod. Chron. teste Stephan. Byz. s. v. *Παρπάρων*), alii in Italia, vel decessisse, vel sepultum esse contenderunt. Cf. Marcell. §. 31. sqq. Italiam et Aeoliam plane reiiciendam esse patet. Thraciam praetulerunt plerique recentiores propter auctoritatem Zopyri et Cratippi, Thucydidis aequalium (Dionys. pag. 847.), qui hanc sententiam proposuissent. Sed locus Marcell. §. 55. depravatus est; nam paulo ante §. 52. Didymum Zopyro nixum narravit contendisse, Thucydidem Athenis violenta morte sublatum esse: unde etiam in altero loco pro *ἐν Θρᾴκῃ* legendum videtur *ἐν Ἀττικῇ*. De modo et causis mortis praeter ea, quae e verbis *βιαίῳ θανάτῳ* seu *βίᾳ ἀποθανεῖν* (Marcell. l. l.) atque *δολοφονεῖσθαι* (Pausan.) coniici possunt, nihil scimus. Sepultum eum esse in patria e Pausaniae quoque verbis colligeris, nisi *μνῆμα* etiam *κενοτάφιον* significare posset. Sed etiamsi Pausaniae nihil probet, tamen tum ob testes antea dictos, tum quia causa non affertur, cur Thucydides in Thraciam reversus esse existimandus sit, probabilior nobis quidem ea videtur sententia, quae in patria eum mortuum statuit. Sepulcrum saltem eius sive verum sive *κενοτάφιον* ostendebatur Athenis prope portas, quae a Pausania et incerto Thucydidis vitae scriptore §. vel

Melitides, a Marcellino, vel potius eius librariis, quorum hic error videtur §. 17., Melirides appellantur, in Coele, eique insculpta erant verba supra laudata.

Statura atque vultus Thucydidis nobis ex scriptis veterum non nota sunt, nisi quod apud Marcellinum §. 34. legimus fuisse eum vultu cogitabundo, capite vero et capillis in acutum desinentibus; sed vel verba proxime addita, quae eius etiam reliquum corporis habitum scriptis, quae reliquit, convenientem fuisse significant, satis docere possunt, haec e coniectura magis, quam e certis testimoniis prodiisse. Atque ita etiam de imagine eius, quae superest, iudicamus.

Pariter de ingenio et moribus eius scriptores non multa tradunt, et quae monent, item magis ex vita atque scriptis eius, quam ex aliis fontibus repetita videntur, excepto avaritiae (φιλοχρηματίας, φιλαργυρίας) crimine, quod ignotus vitae eius auctor §. 7. in eum confert, quia Aeginetas foenore oppressisset. Sed ut taceamus, Marcellinum, qui ipse Thucydidem Aeginae commoratum esse ibique pecuniam foenore collocasse dicit §. 24., tamen hoc ei vitio non dare, imo opes ab eo longe melius impensas esse alibi (§. 20.) significari; ut taceamus etiam, Aphthonium (Progymnasm. in exemplo laudationis) non iniustas putare eius divitias: omnem hanc narrationem ad Olori filium non pertinere iam supra vidimus. Neque alii scriptores hanc eius auri cupiditatem norunt, imo uno ore cuncti mores laudant, et Marcellini, τὰ ἤθη μέτριον eum appellantis §. 26., confirmant iudicium. Sed de singulis eius virtutibus suo loco; nunc temporum ratio atque fortunae vicissitudines paulo ante descriptae quatenus eum ad historiam belli Peloponnesiaci conscribendam maxime idoneum reddiderint, patefaciamus.

Et multarum quidem rerum gestarum fuisse eum testem oculatum, statim apparet. Nam quum bellum inciperet, non puer erat publica parum curans aut iuvenis

ad

ad cupide iudicandum proclivis, sed vir; tum vitam perduxit per omne hoc bellum, et quidem mentis compos et vegetus; neque in remotis regionibus degebat, sed in iis ipsis, in quibus certabatur, in Attica atque Thracia; neque ob imperitiam vel ignobilitatem atque paupertatem a rebus bellicis alienus, sed partim ipse dux exercituum, partim cum iis, qui rebus Graecorum tunc praecerant, vel genere vel aliis necessitudinibus coniunctus; neque ob civitatis statum vel victus inopiam simulare atque dissimulare et tyrannis atque opulentioribus adulari coactus, sed liber in libera republica, et ob opes, quas possidebat, ad alios beneficiis sibi devinciendos et nuntios undecunque accipiendos aptissimus. (Marcell. §. 20. *Παρεῖχε πολλὰ τοῖς Ἀθηναίων στρατιώταις καὶ τοῖς Λακεδαιμονίων καὶ πολλοῖς ἄλλοις, ἵνα ἀπαγγέλλοιεν αὐτῷ βουλομένῳ συγγράφειν τὰ γενόμενα.*) Idem res neque multo demum tempore interiecto consignavit, ne memoriam eius fugerent, neque quae annotaverat, statim elaboravit atque in ordinem redegit; sed plures annos praeterire, bellum ipsum componi, atque omnium animos sedatiores et factorum causas atque eventus apertiora fieri voluit, priusquam ultimam manum operi admoveret. Maxime autem profuit ei exsilium, idque duobus modis: primum quia sic facultas ei erat, etiam ea, quae Peloponnesii de rebus gestis earumque causis narrabant, cognoscendi, quum multi eorum in Thraciam venirent eorumque consuetudine libere uti posset, quod Athenis versanti non contigisset; tum quia facilius omne partium studium exuere poterat, quum patriae amor iniuria, quam passus, atque haec memoria beneficiorum, quibus prius per cives affectus erat, temperaretur, Lacedaemoniorum autem unus exsilii, alter reditus in patriam auctor, quanquam invitus, ei esset.

Sed ut haec temporum opportunitas, ita etiam animi dotes eum adiuverunt, ut vera dicere et posset et vellet. Erat enim veritatis amantissimus (*φιλαλήθης* Marcell.

§. 26.), atque mentem ita excultam habebat, ut, per quos et quibus de causis res fingerentur, et quomodo vera a falsis discernenda essent, bene nosset, atque ab omni superstitione caveret. Sibi enim hoc consilium fuisse affirmat, ut non, quae e quolibet audivisset, neque prout ipse de iis iudicasset, sed quibus ipse interfuisset, et quae ex aliis comperta post accuratam disquisitionem vera esse intellexisset, ea consignaret. I, 21. Cf. Dion. H. p. 827. (*Οὐκ ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀπουσμάτων τὰς πράξεις συντιθεὶς, ἀλλ' οἷς μὲν αὐτὸς παρῆν, ἐξ ἐμπειρίας, ὧν δ' ἀπελείφθη διὰ τὴν φυγὴν, παρὰ τῶν ἄριστα γιγνωσκόντων πυνθανόμενος.*) Ibi vero multis cum difficultatibus dimicandum esse animadvertit, quum, qui rebus interfuissent, non eadem de iis dicerent, sed sicut quisque eorum recordaretur, vel etiam alterutri factioni faveret. I, 22. Eo magis sibi religioni duxit, non solum Athenienses, sed etiam Peloponnesios de rebus gestis consulere. V, 26. (Add. Marcell. §. 21. *Ζητητέον δὲ, διὰ τί καὶ Λακεδαιμονίοις παρεῖχε χρήματα καὶ ἄλλοις, ἐξὸν Ἀθηναίοις μόνοις διδόναι, καὶ παρ' ἐκείνων μανθάνειν; καὶ λέγομεν, ὅτι οὐκ ἀσκόπως καὶ τοῖς ἄλλοις παρεῖχε· σκοπὸς γὰρ ἦν αὐτῷ, τὴν ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων συγγράψαι* etc.) Neque vulgi sermonibus neque poetis magnam fidem esse iudicat: illum enim non explorare, quae narrarentur (*οἱ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων ἀβασανίστως παρ' ἀλλήλων δέχονται*, et *ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπὶ τὰ ἕτοιμα μᾶλλον τρέπονται* I, 20.), vetera admirari (I, 21.) et fabulis delectari (I, 22.); hos omnia maiora et splendidiora reddere (*ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμεῖν* I, 21.). Hoc tribuit etiam Homero (I, 10.), atque omnino huius scriptoris, quem alii tantopere colebant, auctoritatem in historia sibi non magnam videri satis innuit (*Ὅμηρος εἰ τῷ ἱκανὸς τεκμηριῶσθαι* I, 9. add. II, 41.). Ita ne Herodoti quidem et logographorum vitia eum latuisse, iam supra perspeximus. Potius igitur res ipsas sive facta quaedam (*αὐτὰ τὰ ἔργα*)

quam eiusmodi scriptorum testimonia in priscis rebus consideranda censet (cf. Creuz. Ars hist. p. 264.); atque ita egit in scribendo prooemio, recordans tamen, etiam ea, quibus ipse usus sit, indicia aliquid dubitationis hic illic relinquere (ἐκ τῶν ἐκφανεστάτων σημείων, ὡς παλαιὰ εἶναι, *quatenus quidem vetera esse possunt* I, 21), et ex praesenti urbium statu si quis de praeteritis temporibus coniecturam faciat, pronum ei esse errorem (I, 10.). Eiusmodi igitur scriptorem quis non videt crisin historicam exercuisse, eiusque antiquissimum non solum apud Graecos, sed etiam si reliquos populos contemplamur, exemplar esse? Idemque eo magis laudandus est, quo magis haec cogitandi ratio iis, quibus vixit, temporibus contraria erat; unde neque ante eum quisquam ita scripsit, neque qui per longum temporis spatium secuti sunt, satis eum aestimarunt vel imitari ausi sunt. Cf. Creuzer, l. l. p. 208. Talem scriptorem ab ira et studio in alterutros alienum fuisse, facile exspectabimus. Sed ea re ita excelluit, ut pauci eum aequent, nullus superet. Cujus rei manifestum indicium habemus statim in prooemio. Nam quum alii omnes Graeci scriptores antiquissimas res popularium suorum mirum in modum auxissent atque ornassent, Thucydides solus non dubitavit profiteri, Graecos olim piraticam fecisse et a barbaris omnino nihil discrepasse, eorumque res omnes, etiam bella a poetis multum decantata, tenuia atque vilia fuisse. Ita haec pauca capita antiquissimum Graeciae statum melius depingunt, quam quae reliqui scriptores integris voluminibus de eo exposuerunt. Quod quanti faciendum sit, et quantopere hoc conatu Thucydides omnibus aequalibus superiorem se ostenderit, facile intelligemus, si non solum in rebus diu praeteritis et fabulose narratis vera difficilius cognosci quam in praesentibus, sed hoc etiam plerisque Graecis, res olim a se gestas semper gloriantibus, valde displicuisse et huic scriptori nomen φιλοβαρβάρου apud nonnul-

los conciliasse meminerimus. Sed ideo etiam ex hoc prooemio praestantissimum Thucydidis ingenium maxime elucere iure iudicatur. Cf. Evers de Prooem. Thuc. p. 10. Quemadmodum autem in iis, quae ante eius tempora evenerant, Graecos prae barbaris non extollit, ita in bello Peloponnesiaco neque Atheniensium neque Peloponnesiorum cupidus est. Quanquam enim illi in exsilium eum miserant, quod alios multos movit, ut contra patriam adeo arma caperent, ipse ne scribendo quidem eorum honorem laedere voluit. Repugnat quidem quodammodo incertus vitae eius scriptor §. 4., dicens: *Δοκεῖ πολλὰ χαρίζεσθαι μὲν Λακεδαιμονίοις, κατηγορεῖν δὲ Ἀθηναίων τὴν τυραννίδα καὶ πλεονεξίαν. Κορινθίων (γὰρ) κατηγορούντων, ἢ Λακεδαιμονίων μεμφομένων, ἢ Μιτυληναίων αἰτιωμένων, πολὺς ἐν τοῖς ἐγκλήμασι τοῖς Ἀττικοῖς ἐρρύη· καὶ τὰς μὲν νίκας τὰς Λακωνικὰς ἐξῆρε τῷ λόγῳ, τὰς δὲ ξυμφορὰς ηὔξησε τὰς Ἀττικὰς, ὅπου καὶ τὰς ἐν Σικελίᾳ.* Sed haec omnia plane ficta. Nam si Atheniensium iniustum in socios imperium et avaritiam reprehendit, et iure hoc facit; nec tacet eorum virtutes, imo has in oratione funebri Periclis, atque in orationibus legatorum Atheniensium l. I. et l. VI. splendide exornat; nec Lacedaemoniis magis parcit, sed hos appellat socordes, lentos, imperitos, priscarum rerum nimis studiosos I, 69—71., difficiles accessu atque inhospitales I, 77. 144., suspiciosos II, 39., morosos atque civibus molestos II, 37., superstitiosos (III, 89.), aliaque eorum vitia et peccata, ut nefandam Helotarum caedem IV, 80., passim recenset. Quod si vel minus saepe vel minus aperte fit, causa in eo quaerenda est, quod tempore belli Peloponnesiaci Lacedaemonii minus quam Athenienses corrupti erant, et in socios plerumque moderationem atque aequitatem probabant. Cf. Gail. Mémoire p. 17. sqq. Extulisse autem Thucydidem Lacedaemoniorum victorias, demonstrare nemo possit; sed mala, quae passi sunt, ut cladem ad

Sphacteriam insulam, aeque diligenter describit. Atheniensium vero calamitatem, quam in Sicilia acceperunt, non exaggeratam ab eo esse, aliorum scriptorum docet consensus. Ut autem huic incerto vitae Thucydidis auctori fides haberi non potest, quum de eius in Athenienses iracundia loquitur, minus etiam hanc fidem postulabit Dionysius, si p. 774. memorat Thucydidis διάθεσιν τῇ πατρίδι τῆς φυγῆς μνησικακοῦσαν et p. 920. similia repetit. Hic enim non solum argumenta non protulit, sed sibi ipse repugnat, quum p. 824. sq. omni invidia et adulatione Thucydidem abstinuisse dicat, idque pluribus persequatur atque exemplis illustret. Quorum tamen id, quod maxime perspicuum erat, praetermisit. Exsilium enim suum Thucydides breviter, et ita ut nullam in quemquam accusationem addat, innuit; imo qui eius auctores fuerant, Cleon apud Athenienses et Brasidas inter Lacedaemonios, ex iis hunc praeclare laudat IV, 81., et ubique virum fortissimum et strenuissimum nobis proponit; illum autem quum et verbis III, 36. et rebus, quas de eo narrat, minus commendat, si odii causa factum dicit Marcellinus §. 46., iniuriosus profecto in Thucydidem nostrum est, qui nihil aliud fecit, quam quod res ipsa postulabat, ut ex Aristophane et aliis scriptoribus notissimum est. Quamobrem alibi §. 26. apud ipsum Marcell. exstant verba: *Ἔργαφε δ' οὐδ' οὕτω μνησικακῶν τοῖς Ἀθηναίοις — εἴγε οὔτε Κλέων παρ' αὐτῷ, οὔτε Βρασίδας ὁ τῆς συμφορᾶς αἴτιος, ἀπέλαυσε λοιδορίας, ὡς ἂν τοῦ συγγραφέως ὀργιζομένου.* Sed rursus fundamento destitutum quod apud Marcell. §. 18. tradit Hermippus, quoniam a Pisistratidis genus duxerit Thucydides, invidere eum Harmodio atque Aristogitoni, dicentem, non fuisse eos tyrannicidas. Sed etiam Herodotus l. VI. c. 123. scribit: *Τὰς Ἀθήνας οὗτοι (οἱ Ἀλκμαιωνίδαι) ἔσαν οἱ ἐλευθερώσαντες πολλῷ μᾶλλον ἤπερ Ἁρμόδιός τε καὶ Ἀριστογείτων, ὡς ἐγὼ κρίνω· οἱ μὲν γὰρ ἐξηγρίωσαν τοὺς λοιποὺς Πεισιστρατιδέων Ἵππαρχον*

ἀποκτείναντες, οὐδέ τι μᾶλλον ἔπαυσαν τοὺς λοιποὺς τυραννεύοντας. Ἀλκμαιωνίδαι δὲ etc. Et quod Thucydides Pisistratidis cognatus fuisse dicitur, ne verisimile quidem esse, iam supra monitum est. Hic vero etiam commemorandum, fuisse, qui Thucydidem libentius de malis atque tristibus rebus, quam de laetis et bonis agere contenderent. Sed quomodo res laetas describere potest, si nihil fere evenit, de quo admodum laeteris? Num volumus eum talia confingere? Nam si cogitas bellum atrocissimum, in quo Graeci contra Graecos pugnabant, barbari ad utrosque paulatim opprimendos adducebantur, pulcherrimae urbes funditus evertebantur, seditionibus in civitatibus ortis parentes a liberis occidebantur (III, 81.), supplices ab aris deorum ad mortem rapiebantur, omnino omnes divinae atque humanae leges contemnebantur (III, 82. II, 53.): quid ibi vides, quod exhilaret virum patriae et virtutis amantem? Culpa igitur temporum istorum est, non Thucydidis, si in eius historia non multae res iucundae reperiuntur. Nam ipse severus quidem fuit, ut decet viros probos tam miseris temporibus viventes, neque tamen iniquus in homines. Nam si III, 82. scribit, Καὶ ἐπέπεσε πολλὰ καὶ χαλεπὰ κατὰ στάσιν ταῖς πόλεσι, γιγνόμενα μὲν καὶ ἀεὶ ἐσόμενα, ἕως ἂν ἡ αὐτὴ φύσις ἀνθρώπων ᾖ, μᾶλλον δὲ καὶ ἡσυχαίτερα καὶ ταῖς ἰδέαις διηλλαγμένα, ὡς ἂν ἕκασται αἱ μεταβολαὶ τῶν ξυντυχιῶν ἐφιστῶνται κ. τ. λ., num forte dixit, quod non verum sit?

Stat igitur sententia, neque gratiam in alterutros neque odium aut acerbiam cadere in nostrum scriptorem. Sed hic veritatis amor ita demum id, quod vult, efficiet, si eum iudicii acumen, variarum rerum cognitio, et liberalior quidam sensus adiuvant. Quae fuerunt sane in Thucydide. Nam ut ratio, qua veterem Graecorum historiam perscrutatus est, qua causas belli Peloponnesiaci exponit, qua de populis et viris principibus iudicat, qua tumultus apud Corcyraeos et seditionum omnium indolem

describit, atque alia sexcenta, acre atque subtile indicium produnt: ita eadem illa, quae de antiquis Graecorum rebus et in prooemio et passim libro primo atque etiam secundo et sexto tradit. eum Graecae antiquitatis maxime gnarum fuisse, atque praecipuorum poetarum et aliorum scriptorum, ut Homeri, aliorum poetarum (II, 29.), Herodoti, Hellanici, quos vel nominat vel alio modo innuit, fortassis etiam Antiochi Syracusani (vid. Goeller. de situ et origine Syrac. p. IX. sqq.), libros legisse; ita quae de Thraciae, Aetoliae atque Acarnaniae et Siciliae populis (l. II. f. III. f. VI. init.) scribit, eum situm et naturam terrarum investigare studuisse; quae de obsidione Plataearum (l. II.) et pugnis in Sicilia aliisque rebus bellicis narrat, artis militaris peritissimum fuisse; quae de pestilentia Atticam vastante atque iis rebus, quae tunc plerisque deorum singulare numen portendere videbantur, sentit, corporis humani structuram, animi indolem et rerum naturam, quantum quidem tum licebat, inquisivisse docent. In postremo, quoniam superstitionis, rectum iudicium maxime impedientis, crimen ab eo propulsat, eiusque liberaliorem sensum declarat, paulo diutius subsistendum. Consideranda igitur, quae de oraculis, vaticiniis atque rebus insolitis scribit. Illorum quamquam multa edebantur II, 8., tamen et raro mentionem facit, et aliquoties non sine reprehensionis nota. Nam II, 54. postquam versum apposuit, *Ἥξει Δωριακὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ*, ostendit ambiguitatem oraculorum eo, quod alii non *λοιμόν*, sed *λιμόν* a veteribus dictum esse putaverint, atque tum pergit: *Ἐνίκησε δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰκότως λοιμὸν εἰρῆσθαι· οἱ γὰρ ἄνθρωποι πρὸς ἃ ἔπασχον τὴν μνήμην ἐποιοῦντο· ἢν δέ γε, οἶμαι, ποτὲ ἄλλος πόλεμος καταλάβῃ Δωριακὸς τοῦδε ὕστερος, καὶ ξυμβῇ γενέσθαι λιμόν, κατὰ τὸ εἰκὸς οὕτως ᾄσονται.* Cf. II, 21. Quam ambigua sint oracula, iam I, 126. luculento exemplo declaravit. Quum autem deus Pythicus effatus

esset, *Τὸ Πελασγικὸν ἀργὸν ἄμεινον*, atque Athenienses ideo, quod nihilominus hoc templum inhabitaverant, calamitates urbi accidisse putarent, Thucydides, *Ἐμοί*, inquit, *δοκεῖ τὸ μαντεῖον τοὐναντίον ξυμβῆναι ἢ προσεδέχοντο· οὐ γὰρ διὰ τὴν παράνομον ἐνοίκησιν αἱ ξυμφοραὶ γενέσθαι τῇ πόλει, ἀλλὰ διὰ τὸν πόλεμον ἡ ἀνάγκη τῆς οἰκήσεως.* II, 17. Et V, 26. iis, qui ex vaticiniis aliquid affirmassent, unum hoc, quod bellum Peloponnesiacum septem et viginti annos durasset, certo evenisse (*τοῖς ἀπὸ χρησμῶν τι ἰσχυρισαμένοις μόνον δὴ τοῦτο ἐχυρῶς ξυμβάν*) pronuntiat. Tum *μαντικήν τε καὶ χρησμοὺς μετ' ἐλπίδων λυμαίνεσθαι* ait V, 103. Denique VIII, 1. vates atque augures (*χρησμολόγους καὶ μάντεις*) Athenienses faustum expeditionis Siciliam susceptae exitum sperare iussisse, ideoque re infeliciter gesta invisos fuisse scribit populo. Quum autem pestilentia Athenas invasisset, fuerunt, qui eam ab Apolline immissam arbitrarentur, qui quidem ineunte bello Lacedaemoniis se adiutorem fore promisisset I, 118. II, 54.; sed Thucydides de causis huius morbi non audet quidem certam sententiam ferre, sed ortum eum in Aethiopia credit II, 48. Quae autem ex antiquis temporibus de eiusmodi morbis, de terrae motibus, solis defectibus atque similibus eventis perhiberentur, ea raro re ipsa comprobata (*ἔργῳ σπανιώτερον βεβαιούμενα*) I, 23. putat. Quanquam vero ibidem has res una cum bello Peloponn. invasisse scribit, eo non vult arctum quendam et internum earum cum hoc bello nexum probare, sed modo admonere lectores, quod tempus ob res bellicas atque rerum publicarum commutationes, idem etiam ob insolita naturae eventa forte fortuna memorabile fuisse. Docent hoc ea, quae alibi iudicat, quum non assentitur iis, qui rerum futurarum prodigia ibi reperiebant II, 8., sed ipse haud obscure ea ex constantibus naturae legibus repetit, atque solem novae lunae solum tempore deficere posse II, 28. et maris inundationem ex terrae motu ex-

plicandam esse III, 89. statuit. Adde etiam locum de lunae deliquio VII, 50., maxime memorabilem ob ea, quae Plutarchus scribit Nic. c. 23.; item quae de tonitribus VII, 79. exponuntur. Ita etiam rebus bellicis et civilibus deos non immiscet, nec loquitur de eorum vel invidia vel favore, ut Herodotus, sed omnia ex hominum ipsorum voluntate atque consiliis derivat. Add. Creuz. Thuc. et Herod. p. 45. sqq. Non abhorret igitur a verisimilitudine, quod Marcellinus §. 22. scribit, Antyllo teste usum, Thucydidem, pariter atque praeceptorem eius Anaxagoram, habitum esse θεῖον. Quod eo sensu, quo Athenis dicebatur, apud nos non crimini ei esse potest, sed tantum laudi, eumque a superstitione alienum fuisse testatur. Cf. Gail. Mémoire p. 4. Cum qua virtute si coniungimus eas, quae antea expositae sunt, eum vera dicere et potuisse et voluisse intelligimus.

Cap. III. Dixisse Thucydidem vera tum ex rebus ipsis, quas narrat, tum ex aliorum scriptorum testimoniis apparere ostenditur. Simul refutantur ea, quae contra moneri possint, et maxime de mythis et orationibus huius historici atque de Diodori ab eo dissensu disputatur.

Dixisse autem eum vera ut per se, siquidem hoc facere et voluit et potuit, naturae consentaneum est, ita tum ex rebus, quas descripsit, tum ex aliorum scriptorum testimoniis declarari potest.

Incipiamus ab his, quoniam minimum operae postulant. Num ipse Dionysius, cuius testimonium hic eo maioris momenti est, quo acriorem adversarium Thucydidis alias se exhibet, *Μαρτυρεῖται τῷ ἀνδρί*, inquit p. 824., *τάχα μὲν ὑπὸ πάντων φιλοσόφων τε καὶ ῥητόρων, εἰ δὲ μή, τῶν γε πλείστων, ὅτι τῆς ἀληθείας — πλείστην ἐπεσήσατο πρόνοιαν, οὔτε προχειθεὶς τοῖς πράγμασιν οὐδὲν, ὃ μὴ δίκαιον,*

οὔτε ἀφαιρῶν, οὐδὲ ἐνεξουσιάζων τῇ γραφῇ κ. τ. λ. Consentiunt passim Lucianus, scriptores, qui Marcellini nomen gerunt, aliique, ut Cicero in Bruto c. 83., a quo *rerum gestarum pronunciator sincerus* appellatur; et Aphthonius in Progymnasm. l. l., simul ad Herodotum respiciens, Τίς αὐτῷ, quaerit, παραβαλεῖ τὸν Ἡρόδοτον; Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἥσσηται πρὸς ἡδονήν, ὁ δὲ ἀλήθειαν ἅπαντα φθάγγεται· ὅσον δὴ τὸ πρὸς χάριν τοῦ πρὸς ἀλήθειαν ἕκαστον, τοσοῦτον Ἡρόδοτος τῶν Θουκυδίδου καλῶν ἀπολείπεται. Et quum diversae de rebus Themistoclis exstarent narrationes, Cornelius Nepos *Thucydidi potissimum credendum* putavit. Vid. Nep. Themist. c. 9. cf. Alcib. c. 11. et Plut. Themist. c. 27. Nihili igitur faciendum, quod Iosephus contra Apionem vel Thucydidem, quamquam maxima cum diligentia historiam conscripsisse videatur, mendacii a nonnullis accusari contendit. (Πολλὰ δὲ καὶ Θουκυδίδης ὡς ψευδόμενος ὑπό τινων κατηγορεῖται, καίτοι δοκῶν ἀκριβεστάτην καθ' αὑτὸν ἱστορίαν συγγράφειν.) Nam Iosephus iste omnibus Graecis scriptoribus obtrectat, et veram historiam solum apud Iudaeos suos, homines mendaces, vanissimos et stupidissimos, quaerendam esse statuit. Ut autem hic fidem non meretur, ita quae a nonnullis de malevolo Thucydidis in patriam vel in Cleonem aliosque animo dicta atque inde collecta erant, iam praecedente capite refutavimus.

Licet igitur iam contemplari res ipsas, quas narrat Thucydides, ut, hae an vera ab eo dictа esse probent, intelligamus. Ibi vero partim ad *eorum naturam*, partim ad aliorum scriptorum de iisdem narrationes respiciendum est. Nam si res, quae describuntur, tales sunt, quales et potuerunt fieri, et factas esse propter temporum conditionem atque ea, quae deinceps secuta sunt, verisimile est, nisi aliunde suspiciones oriuntur, de scriptoris fide non est quod dubitemus. Sed ea augetur etiam, si eaedem res ab aliis eodem modo narrantur.

Quanquam hic magna cautione opus est. Nam si serius hi vixerunt, neque ipsi rerum, quas referunt, spectatores fuerunt, quaeritur, e quibusnam fontibus narrationem suam repetierint. Quod si forte eundem modo scriptorem, de cuius fide agitur, consuluerunt, possunt tantum testari, huius libros a se eodem modo, quo nunc, lectos, iisque auctoritatem quandam tributam esse; sed quo pluribus et gravioribus nulla inter ipsos necessitudine iunctis rerum auctoribus et testibus usi sunt, eo magis singulorum, ubi consentiunt, fidem crescere manifestum est. Sed tunc etiam qualis ille consensus esse debeat, facile patet. Quem ut in gravissimis quibusque desiderari non patiemur, ita si in rebus minutis, ut in numero militum in expeditiones profectorum vel caesorum in proeliis, in modo, quo pugna commissa dicitur, et similibus, alicubi deest et in his discrepant narrationes, hoc tantum abest ut fidem scriptorum infringat, ut eam etiam augeat; nam nimius in omnibus his, vel levissimis, rebus consensus semper dubitationem iniicit, eas ex uno fonte omnes prodiisse, quum de iis tam varia sint hominum eiusdem temporis iudicia, ut, si inde plures semper plane eadem eruant, miraculi instar habendum sit. Ubi autem dissentiunt, nova oritur quaestio, cuiusnam eorum narratio maxime sequenda sit; quod ex maiore minoreve singulorum et facultate et voluntate vera dicendi tum ibi tum alibi probata atque ex ipsarum narrationum natura patet definiendum esse.

Haec igitur omnia iam transferenda in Thucydidem. In cuius historia primum nihil quisquam poterit reperire, quod per se improbabile sit. Huic tamen iudicio quum obstare videatur, quod nonnulli ne Thucydidem quidem omnibus *mythis* abstinuisse dicunt, hoc quo iure perhibeatur, exploremus. Res autem iam per se nullo modo verisimilis, quum Thucydides ubique mythis quam maxime adverserur. (Marcell. §. 48. *Ἐστι δὲ τοῖς μύθοις ἐναν-*

τίος κ. τ. λ.) Hinc in expositione veteris Graecorum historiae in prooemio, ubi toties mythorum proferendorum occasio erat, eos omnes sprevit, atque aliquoties τὸ μυθῶδες aliorum scriptorum reprehendit (I, 21. 22.). Sic etiam in oratione funebri quum liber ei pateret campus, in quo per mythos Atticos late vagaretur, atque de Erechtheo et Eumolpo, Amazonibus, Scythis et Thracibus per Athenienses devictis magnifice exponeret, ut fecerunt Lysias, Plato, Isocrates, et fieri voluit plebs Attica, haec omnia praetermisit. At, inquiunt, commemoravit Phaeaces (I, 25.), Procnen, Pandionis filiam, Tereum atque Ityn (II, 29.), Amphilochum (II, 68.) atque Alcmaeonem (II, 102.), Amphiarai filios, et adeo Vulcanum fabrum (III, 88.) atque Cyclopes et Laestrygones (VI, 2.) et Charybdin (IV, 24.). Gravis sane haec esse videtur accusatio, sed videtur modo. Nam etiam mythos afferre et potest et debet historicus, si hi vim quandam habuerunt in animos hominum, vel etiam si agit de antiquissimis temporibus, ubi saepe vera historia in mythis recondita est. Sed ibi maxime cernitur, an quis sit historicus suo nomine dignus; hic enim et parce atque ibi demum, ubi necessitas rei adest, mythis utetur, et eos vel simpliciter ut tales afferet (Lucian. de conscrib. histor. §. 60.), vel quis sit eorum sensus, quid veri, quid falsi contineant, inquiret. Et talem se exhibuit Thucydides. (Ἂν ἀναμνησθῇ τινος περιττοῦ, διὰ μὲν τὴν ἀνάγκην λέγει, διηγεῖται δὲ μόνον εἰς γνῶσιν τῶν ἀκουόντων. Marcellin. §. 49.) Nam ut in his paucis solum locis mythicam historiam attigit, ita de Phaeacibus nihil aliud commemorat, quam Corcyraeos re navali excellere gloriatos esse κατὰ τὴν τῶν Φαιάκων προνοίκησιν τῆς Κερκύρας πλέος ἐχόντων τὰ περὶ τὰς ναῦς. Vides, cur Phaeacum mentio facta sit; vides etiam, hoc fieri potuisse, etiamsi nulli unquam Phaeaces fuerint, quum de Corcyraeorum opinione hic agatur. Quare

scholiastes notat: Ὡς τῶν Κερκυραίων οὕτω δοξαζόντων λέγω, καὶ οὐχὶ ἀφ' ἑαυτοῦ· ἀεὶ γὰρ τὸ μυθῶδες φεύγει. Quanquam quid impedit, quominus priores Corcyrae incolae Phaeaces nominati sint, et rei navali operam dederint? At Procnen saltem, ais, in lusciniam mutatam non debebat proferre. Hoc si factum dixisset, sane ineptus esset; sed a poetis narratum esse tam obscure significat, ut, qui huius fabulae non iam gnarus sit, e Thucydidis quidem verbis, Πολλοῖς δὲ καὶ τῶν ποιητῶν ἐν ἀηδόνος μνήμῃ Δαυλιὰς ἡ ὄρνις ἐπωνόμασται, eam non discat. Ipse nihil aliud narrat, quam quod evenisse facile credi potest, Procnen, Pandionis filiam, nupsisse Tereo, Dauliam, Phocidis urbem, tum a Thracibus occupatam, tenenti. Cur autem hoc narret, in promtu est. Athenienses enim quum tempore belli Peloponnesiaci Sitalcem, Teris filium, Thracem, sibi conciliare admodum cuperent, iam unum ex maioribus eius, cui idem nomen fuisset, cum ipsis affinitatem iunxisse commenti sunt. Quod refellens scriptor noster statim incipit: Τηρεῖ δὲ τῷ Πρόκνην τὴν Πανδίονος ἐπ' Ἀθηναῖων σχόντι γυναῖκα προσχήκει ὁ Τήρης οὗτος οὐδέν, οὐδὲ τῆς αὐτῆς Θρᾴκης ἐγένοντο· — — Τήρης δὲ, οὗτα τὸ αὐτὸ ὄνομα ἦεν etc. Ad Amphilochum porro deducitur expeditionis ab Ambracioti in Amphilochos suscepta, cuius causam a veteribus inimicitiis utriusque populi repetit, quarum origo exponenda videbatur. Et potuit facile Amphilochus ea uti sorte, quam ei fuisse non solum Thucydides sed etiam alii scriptores (vid. ibi not.) dicunt. Verum narrationem de Alcmaeone melius silentio praeteriisset: nam quanquam per se non absurda est, atque eam, uti accepit, refert neque ipse assensu comprobat (λέγεται — φασὶ — τὰ μὲν οὖν περὶ Ἀλκμαίωνα τοιαῦτα λέγομεν, ἃ παρειλάβομεν); tamen nihil ad praesentem rem pertinet, et si deesset, a nemine desideraretur. Videtur enim eam modo ideo, quod prius Alcmaeonis fratrem memoraverat, nunc subiecisse. Quando vero monet,

incolas insularum, quae ab Aeolo nomen acceperunt, putare, Vulcano in Hiera insula esse officinam, hanc vulgi opinionem cur paucis indicaverit, ipse significat, addens verba, ὅτι τὴν νύκτα φαίνεται (ἡ νῆσος) πῦρ ἀναδιδοῦσα πολὺ καὶ τὴν ἡμέραν καπνόν; voluit igitur patefacere, quid hoc sit, sicubi Vulcanus opus facere perhibeatur. Cyclopes porro non appellat huius dei operas fabriles uno oculo praeditos, sed modo eos partis cuiusdam Siciliae antiquissimos incolas existimari, sibi tamen neque eorum genus, neque unde illuc immigraverint aut quo abierint, notum esse, ideoque cuique liberum de iis relinqui iudicium scribit. (Παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι· ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν, οὔτε ὁπόθεν ἐξῆλθον, ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν· ἀρκείτω δὲ, ὡς ποιηταῖς τε εἴρηται, καὶ ὡς ἕκαστός πῃ γνώσκει περὶ αὐτῶν.) Hoc vero antiquitatem Siciliae tractanti non licebat plane praeterire. Idem denique poterat etiam Charybdin memorare, atque eam dicere a poetis in freto Siculo collocari, si quidem addebat, *quoniam hoc propter angustias et duorum marium concursum periculosum esset.*

Haec de mythis; sequuntur *orationes*, quae quo plures sunt et quo longiores, eo magis hic in censum veniunt. Nam inseruit quidem iam ante Thucydidem Herodotus historiae suae orationes. Sed hae ut breviores sunt, ita omnibus oratoriis carent ornamentis et artificiis, atque confabulationum et narratiunculorum potius nomine dignae sunt. Cf. Creuzer. Ars histor. p. 165. Verum conciones accuratas et perfectas noster historicus primus exhibuit. Cf. Marcell. §. 38. Eas autem non ita plane, ut a Thucydide scriptae sunt, sive verba sive res ipsas respicimus, habitas esse, quemadmodum iam e comparatione earum orationum, quae apud alios historicos exstant, probabile fit: ita tum e dicendi genere, quod idem in omnibus est, atque Thucydidis ubique indolem refert;

tam ex eo, quod nulla facultas ei fuit multas harum orationum calamo excipiendi; denique ex eo, quod e Periclis oratione funebri ab Aristotele alia nonnulla verba laudantur (vid. Duk. ad II, 35.), clare patet. (Cf. Meierotto de Thucydide in Commentt. Reg. Soc. Berolin. vernacc. a. 1788., quae commentatio fere tota Thucydidem oratorem depingit. Huc pertinet p. 184. sqq.) Quomodo igitur Thucydides, quomodo tot alii veteres historici, qui veritatis studiosissimi iudicantur, fictas orationes libris suis inserere potuerunt? Res salva est, modo harum orationum sententiam contemplemur. (Meierotto l. l. p. 186. sqq.) Continent enim eae aut descriptionem civitatum formae atque commodorum et incommodorum ex ea orientium, aut adumbrationem ingenii atque morum celeberrimorum ducum, aut expositionem, cur aliquid suscipiendum et cur et quomodo laetus eius eventus sperandus, vel vicissim cur aliquid male gestum sit; omnino igitur meditationes quasdam de rerum rationibus hominumque consiliis. Tales meditationes nostri historici tanquam suas solent proferre. Quod aliquoties facit etiam Thucydides, ut quum Themistoclis I, 138., Periclis II, 65., Alcibiadis VI, 15. ingenium describit et de causis exponit, cur belli exitus Atheniensibus infaustus fuit II, 65., cur tot seditiones inter Graecos tunc ortae sunt III, 82. sqq., item de vi, quam Brasidae mores in Graecorum benevolentiam Lacedaemoniis conciliandam habuerunt IV. 81., et de rebus, quae Lacedaemoniis et Atheniensibus pacis amorem iniecerunt V, 16. sqq. Plerumque tamen, ut alii veteres, de his omnibus ipsos homines, quorum facta narrantur, loquentes introducit. Et bene quidem utrique, tam veteres quam recentiores, pro temporum diversitate. Hodie enim, dum civitates e cubiculis principum eorumque uxorum, amicorum amicarumve reguntur, atque omnia modo per literas transiguntur, ridiculum esset, si

quis de secretis rerum causis in concionibus actum fingeret, quoniam hoc omni careret verisimilitudine: nam si quae hodie a principibus eorumque familiaribus orationes publice habentur, hoc non fit, ut vera doceatur populus, sed ut caligo ei offundatur, atque de rebus ita iudicare consuescat, ut placet regibus; tales autem fraudulentae orationes aeternae oblivioni sunt tradendae. Aliter res se habebat apud veteres, in quorum liberis rebus publicis libere et palam quisque sententiam suam profiteri potuit. Ibi de rebus gravissimis coram populo verba faciebant oratores, nec quicquam erat, quod quidem omnium civium interesset, de quo, si non publice disputatum esset, non posset certe disputari. Facile igitur illius temporis historici omnes suas meditationes de rerum causis atque eventibus orationibus commendare poterant. Commendatio enim sane haec est, quod hac ratione scribendi historia dramaticae poesi similior redditur, quum personas agentes quasi oculis cernere eorumque verba auribus percipere nobis videamur; et quod in orationibus plura dicendi artificia et praecipue maior sermonis vis et splendor admittuntur: quo fit, ut non ieiunae atque languidae sint veterum, ut saepe nostratium, meditationes, sed animum commoveant atque delectent. Simul ita longe facilius atque etiam clarius copiosis disputationibus natura concionum et summa, quae tunc iis erat, via depinguntur. Mirum esset igitur, Trogum Pompeium ob has insertas orationes plerosque antiquitatis historicos reprehendisse, nisi hic iam tempore evanescentis libertatis publicae vixisset. Dolenda potius tempora, quae hanc in historia scribenda mutationem postularunt. Quod si iam Cratippus, Thucydidis aequalis, eius conciones vituperavit (Dion. p. 847.), huic tantum modus, quo scriptae erant, et nimium studium in iis positum displicuisse putandum est. Nam si ex altera parte veritas, quam in historia primo loco spectandam diximus, laedi his orationi-

tionibus videtur, etiam huic uni incommodo satis mederi poterant historici, si partim ipsi significabant, quomodo eae iudicandae essent, partim eas ad argumentum earum, quae vere habitae erant, quam proxime conformabant. Sermonem vero singulorum oratorum iis imitandum fuisse ne dixeris; hoc enim ut difficillimum erat, ita lectoribus propter nimiam dialectorum et totius dicendi generis diversitatem parum probatum esset. Sed iis temporibus, locis atque hominibus orationes tribui possunt, ubi et per quos habitae sunt; atque etiam ea dici, quae et cuique homini atque tempori apta sunt (Lucian. de conscrib. histor. §. 58.), et cum iis, quae vere dicta esse scimus, consentiunt. Quas cautiones neglexerunt quidem alii nonnulli historici, sed adhibuit Thucydides, ut docent eius orationes, si comparantur cum hoc testimonio, quod ipse de se edit, I, 22. *Καὶ ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον ἕκαστοι, ἢ μέλλοντες πολεμήσειν, ἢ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, χαλεπὸν τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν τῶν λεχθέντων διαμνημονεῦσαι ἦν· — ὡς δ' ἂν ἐδόκουν μοι ἕκαστοι περὶ τῶν ἀεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιστα εἰπεῖν, ἐχομένῳ ὅτι ἐγγύτατα τῆς ξυμπάσης γνώμης τῶν ἀληθῶς λεχθέντων, οὕτως εἴρηται.* Add. de omni hac quaestione Creuzer. Ars histor. p. 275. sqq. Mally la manière d'écrire l'histoire p. 452. sqq. et Voss. Ars histor. c. XX. XXI.

Quod tamen Thucydides affirmat, se quam proxime ad sententiam vere dictorum accessisse, et congruam cuique loquenti indolem servasse, in dubium vocat Dionysius p. 925. sqq., ubi vitia orationis, qua Pericles civium iram sedare studet II, 60. sqq., percenset. Nam ita ordiri, *Καὶ προσδεχομένῳ μοι τὰ τῆς ὀργῆς ὑμῶν ἔς με γεγενημένα* etc. et deinde se ipsum laudare, *Ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ ὀργίζεσθε, ὃς οὐδενὸς οἶομαι ἧσσων εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα* etc. non licuisse inquit viro plebi offensae se purgaturo. Si ageretur de uno eorum virorum, qui post mortem Periclis praefuerunt rei publicae

Atheniensium, bene haec monita essent. Sed Periclem, qui οὐκ ἤγετο μᾶλλον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἢ αὐτὸς ἦγε, qui, ὁπότε αἴσθοιτό τι αὐτοὺς παρὰ καιρὸν ὕβρει θαρσοῦντας, λόγων κατέπλησσεν ἐπὶ τὸ φοβεῖσθαι· καὶ δεδιότας αὖ ἀλόγως ἀντικαθίστη πάλιν ἐπὶ τὸ θαρσεῖν, omnino quo imperante λόγῳ μὲν δημοκρατία ἐγίγνετο, ἔργῳ δὲ ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή, ad populum, quem ob praesentia mala animum abiecisse videbat, ut eum confirmaret, quis non sentit paulo confidentius et superbius dicere et potuisse et debuisse? Tali viro quid magis indignum, omnino quid magis ridiculum cogitari potest, quam si Thucydides, ut fieri iubet Dionysius, Periclem cum frequentibus (μυρίαις) lacrimis et eiulationibus ad iudices verba facientem introduxisset! Quomodo miseratio movenda esset, probe sciebat, ut oratione Plataeensium declaravit; ita igitur etiam Periclem loquentem nobis proponeret, si vel hic ita locutus esset vel convenire ei talem sermonem scriptor ipse iudicasset. Add. Levesque Excurs. t. IV. p. 337. Aeque vana sunt caetera, quae in adornatione huius orationis reprehendit, et quae singula refutare longum est. Conferri potest Acacius ad Dion. p. 923. et 926. Non magis in Hermocratis oratione ad Camarinaeos VI, 76. sqq. subsistendum. Unum modo commemoramus. Hermocrates postquam hortatus est Camarinaeos, ne propterea, quod proprie soli Syracusani ab Atheniensibus bello vexentur, hoc nihil ad se pertinere existiment, addit, λόγῳ μὲν γὰρ τὴν ἡμετέραν δύναμιν σώζοι τις ἄν, ἔργῳ δὲ τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν. Hoc quid simplicius, quid usitatius? Dionysio autem (p. 957.) οὐδὲ μειρακίῳ προσῆκον ἐπιφώνημα videtur! Contemplandum etiam paucis Meliorum et Atheniensium colloquium l. V. fin., quod semel continuis orationibus substituere ausus est Thucydides, ut viros civitatis principes etiam ad hoc dicendi genus excolendum, cui his temporibus, quibus tragica poesis maxime florebat, insignis haud dubie vis erat, tali

exemplo monitos perduceret. In quo colloquio quum multa perstringat Dionysius, summa eorum, quae scribit, haec est, non decere Athenienses iustitiae inter pares solum studere, et ut infirmiores potentioribus pareant, postulare, atque violentiae et avaritiae legem invehere; nam si parvae civitatis incolae, quales Melii fuerunt, honesti studiosi fuissent, de Atheniensibus, qui optimis legibus usi essent, idem haud dubie statuendum esse. O virum Atheniensium suorum adeo cupidum, ut non meminerit superbiae, qua omnes socios tractarunt, non meminerit saevitiae, qua mox in ipsos Melios, qua prius in Scionaeos animadverterunt, eorumque omnium scelerum, ad quae committenda dominationis et divitiarum cupido etiam mitia ingenia permovit. Haec sane ne ipsa quidem decebant Graecos atque Athenienses, et tamen facta, ut illa dicta sunt, simulatque opportunitas rei aderat. Vid. Acac. ad Dion. p. 910. sqq. Si autem, quod ipsum crimini vertit Thucydidi Dionysius, pugnare videtur cum Atheniensium ingenio, quod homines aperta spe destitutos dicunt ad divinationem et oracula se conferre, quae facile spe peirdant (c. 103.); plebem quidem non ita sensisse recte putat censor iste. Fuisse tamen inter Athenienses praeter Thucydidem etiam alios, qui sic iudicarent, cur neges? Quod si fuit, in colloquio, quod a quibusnam viris institutum sit, non significat, facile licebat ei talem sententiam addere, iis, quae ipse cogitabat, sane pariter convenientem. Non igitur persuadebit nobis Dionysius, ut Thucydidem orationes non aptas viris, a quibus habentur, composuisse largiamur. Potius cum Marcellino §. 56. eum personis, de quibus verba facit, dignas et congruas orationes conficientem servare etiam in his arbitramur decorum et artis praecepta.

Superest, *ut rerum ipsarum expositio*, quam Thucydides exhibuit, *comparetur cum ea, quam alii scriptores suppeditant.* Horum princeps est Diodorus Sicu-

lus, quoniam solus paulo ampliorem atque continuam narrationem rerum in Graecia inde a pugna ad Plataeas usque ad finem belli Peloponnesiaci gestarum dedit, atque etiam alios scriptores antiquiores ac Thucydidi paene aequales consuluit, ex quibus ipse nominat Ephorum l. XII. c. 41. et Philistum l. XIII. c. 103. Vid. Heynius De fide Diodori et De fontibus et auctoribus historiarum Diodori. Nam Iustinus narrationem nimis contraxit, et dubiae fidei scriptor est. Eaedem atque aliae quoque rationes Cornelii Nepotis auctoritatem valde exiguam esse docent. Plutarchus autem, cuius Themistocles, Aristides, Cimon, Pericles et Nicias magis minusve huc pertinent, neque perpetuam historiam scripsit, et magis mores quam res gestas, magis vitam privatam quam publicam horum virorum depinxit; tamen proxime a Diodoro spectandus. Alii enim modo obiter hic illic res quasdam a Thucydide narratas attingunt.

Iam hi scriptores, Thucydides, Diodorus, Plutarchus, in maximi momenti rebus consentiunt. Nam impetu a Thebanis in Plataeas facto bellum ortum, sed primis annis excursiones solum in agrum hostilem mutuo factas esse; mox pestilentiam, quae in Athenas inciderat, vires huius civitatis attrivisse, et Periclem ipsum absumpsisse; Plataeas a Lacedaemoniis, Mitylenen ab Atheniensibus dirutas; Corcyrae et deinde paene per omnem Graeciam seditiones inter plebem et nobiles agitatas; mox Lacedaemonios mala fortuna usos, donec Brasidas bellum in Macedoniam et Thraciam transtulisset; hoc vero et Cleone, qui Athenis maxima auctoritate pollebat, mortuis pacem aliquamdiu restitutam esse: haec et similia omnia conveniunt inter scriptores. Discrepant vero in rebus minutis hic illic praecipue Thucydides et Diodorus. Quorum dissensio ut singulis locis in notis annotabitur, ita nunc, quam levibus rebus insit, ut statim intelligatur, conspectum diversitatis exhibebimus, quae in de-

scriptione trium primorum belli annorum librum secundum Thucydidis complectentium reperitur.

Cap. 1—6. Thebani Plataeas improviso invadunt. Diod. XII, 41. 42. Hic rem factam dicit archonte Euthydemo, ille *Πυθοδώρου*, qui huius antecessor fuit, *ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις*, quod verum esse docent quae praeterea de tempore adiiciuntur. Tum impressionem in Thebanos factam uterque quidem scriptor inde deducit, quod Plataearum incolae paucos modo intrasse animadverterint; sed hoc, quum nox praeteriisset, Diodorus, et iam ante eum Demosthenes t. II. p. 1378., ipsa nocte, dum conditiones pacis agitatae essent, Thucydides evenisse narrat, ideoque apud hunc Plataeenses adoriuntur *φυλάξαντες ἔτι νύκτα καὶ αὐτὸ τὸ περιορθρον*. Denique captivos, quos Thebani in agris, atque Plataeenses in ipsa urbe fecerant, permutatos scribit Diodorus; verum teste Thucydide actum quidem est hac de re inter utrumque populum, sed Plataeenses Thebanos captos interfecerunt. In quo consentit cum Thucydide Demosthenes l. l.

C. 7—9. Belli apparatus et socii utrorumque. Vid. Diod. c. 41. 42. Secundum Thucydidem Peloponnesii missuri erant legatos ad regem Persiae, quod apud Diod. factum dicitur. Socii Lacedaemoniorum apud illum vocantur omnes Peloponnesii praeter Argivos et Achaeos; hic posteriores omittit, haud dubie quod Thucydides pergit, *Πελληνεῖς δὲ Ἀχαιῶν μόνοι ξυνεπολέμουν τὸ πρῶτον, ἔπειτα δὲ ὕστερον καὶ ἅπαντες*.

C. 13. De Atheniensium opibus ineunte bello Peloponnesiaco. Diod. c. 40. quotannis CCCCLX. talenta ex sociorum tributis rediisse scribit, Thucydides DC.; nam eo usque auxisse hanc pecuniam ipsum Periclem, satis constat. Diodorus decem millia talentorum aliquando in arce reposita esse tradit; alter accuratius, decem millia minus trecentis. Statua Minervae illi habet pondus

quadraginta talentorum auri, huic quinquaginta; sed Thucydidis iudicium confirmant alii scriptores, quos laudavit Wessel.

Gravis armaturae militum uterque numerat viginti novem millia, sed ex his Thucydides sedecim, Diodorus septemdecim in castellis et urbis moenibus fuisse contendit.

C. 25. Expeditio Atheniensium in Eleam. Diod. c. 43. urbem, quam *Φειά* nominat Thucydides, *Φεῖα* vel *Φεραί* appellat. Male. Vid. not. Palmer.

C. 69. Thuc. *Ἀθηναῖοι δισχιλίοις ὁπλίταις ἑαυτῶν καὶ ἱππεῦσι διακοσίοις ἐστράτευσαν ἐπὶ Χαλκιδέας.* Diodor. c. 47. tantum mille milites commemorat.

C. 94. *Βούδορον φρούριον.* Diod. c. 49. *Βουδόριον.* Vid. Wass. ad. Thuc.

C. 97. 98. In definiendis reditibus regum Thraciae atque copiis, quibuscum Sitalces in expeditionem profectus est, dissentit uterque scriptor. Vid. Wass. et Wessel.

Tales sunt etiam in sequentibus pleraeque omnes diversitates, spectantes maxime ad scripturam nominum quorundam vel hominum vel locorum, ad numerum militum, navium aliarumque rerum, et ad ordinem temporum, in quo praecipue in ea parte, quae res inter bellum Medicum et Peloponnesiacum gestas pertractat, differt uterque scriptor. Praeterea quae accurate exposuit Thucydides, saepe paucis modo significat Diodorus, ut Archidami primam in Atticam expeditionem, pestilentiae naturam, Plataearum obsidionem, Demosthenis cladem in Aetolia, Lacedaemoniorum calamitatem in Sphacteria insula, eorundem expeditiones navales post cladem Atheniensium in Sicilia; contra quae Thucydides vel praetermisit, ut Gorgiae legationem in Atticam, vel consulto non explicuit, ut causas pestilentiae, de quibus varie iudicatum esse dicit, et nonnulla, quae nimis levia ducebat (Philolog. Blätter fasc. 2. p. 194. sqq. Wass. ad VIII, 67. *Ξυγγρα-*

φάος); ea praeter alios scriptores maxime Diodorus vel supplevit vel plenius exposuit.

Iam in utriusque dissensu utri maior fides habenda sit, si quaeritur, vere iudicavit Manso, cuius quaestio de ingenio historicorum belli Peloponnesiaci legitur in eius Sparta t. II. p. 391. sqq., Thucydidem longe praeferendum esse. Quod saepe patet ex rerum narratarum natura, ut subinde in exemplis supra positis innuimus. Unam modo addamus descriptionem exitus expeditionis Atheniensium in Aegyptum susceptae apud Thucydidem I, 109. 110. et apud Diodorum XI, 77. Hic concedit quidem, Athenienses omnes naves, quibus advenerant, amisisse, sed milites ostensa virtute maiore quam qui apud Thermopylas dimicassent, Cyrenen incolumes pervenisse. Thucydides autem hoc paucis tantum contigisse, plerosque vero in Aegypto perditos esse scribit. Ubi quis non videt, ab hoc rem, ut gesta erat, ab illo, ut a vanis Atheniensibus narrabatur et Graeciae honori erat, narratam esse? Quid? quod Diodorus ipse inferius XIII, 25. Athenienses in Aegypto triremes αὐτανδρους amisisse dicit. Quod vocabulum omittit quidem ibi Reg. 1., sed vel fortuito, vel quod scriba superiorum memor erat; nam reliqui omnes libri ab eo dissident. Thucydidem sequitur scholiasta Aristophanis, quemadmodum etiam alibi aliorum scriptorum testimonia eius narrationem confirmant. Vid. Intpp. ad I, 105. init. Plutarchus maxime vel in numeris plerumque Thucydidem sequitur, ut ubi de classe Demosthenis agitur, in qua vehementer dissentiunt Thucydides VII, 42. et Diodorus l. XII. c. 11., atque cum illo facit Plutarchus Nic. c. 21.: Cuius quidem auctoritas hic eo maior est, quia Thucydidis narrationem non solam ab eo compositam esse inde apparet, quod numerum iaculatorum, funditorum et sagittariorum a Thucydide non definitum ipse addidit. Cf. etiam quae de numero classis Atheniensium ad VII, 60. e Plutarcho

et Diodoro annotabuntur. Ubi autem Diodori narratio cum aliis scriptoribus convenit vel etiam maiorem veritatis speciem habere videtur, tamen quaerendum, an non forte eam ipsam ob causam, quod Thucydidem non probabiliter rem descripsisse iudicabat, eum deseruerit Diodorus. Ut uno saltem exemplo utamur, paucitas Thebanorum, qui Plataeas intraverant, sane facilius mane, quam noctu deprehendi poterat, atque ideo Demosthenes et Diodorus impetum in illos factum tam diu distulisse videntur. Quis tamen negabit, etiam nocte, quum Plataeenses ad Thebanos accederent et de pace cum iis agerent, exiguum horum numerum animadverti potuisse? Quod si Thucydides causas addit, cur iidem Plataeenses iam ante lucem adoriendum iudicaverint, et hoc ipsum ostendit vere perniciosum fuisse Thebanis, quis non hanc narrationem sequendam putabit? Sed etiam ubi ex rerum conditione vel aliorum testimoniis nihil colligi potest, ut saepe in numeris et temporibus, cum Thucydide faciendum est. Nam sive Diodorum ipsum, sive scriptores, ex quibus multa hausit, spectamus, neutrorum auctoritas tanta esse potest, quanta Thucydidis. Ille saepe aperte et graviter errat: ut, si unum librum duodecimum spectamus, in aliquot rebus, quas de seditione in decemviros Romanos narrat c. 25.; in foederibus, quae iam ante bellum Peloponnesiacum a Lacedaemoniis cum Medis inita, et quibus Graecas urbes in Asia his proditas scribit c. 26.; in anno mortis Archidami c. 35.; in situ Pyli c. 61.; in expeditionibus Niciae, quarum plures confudit c. 65. et c. 80.; in rebus, quas ad Nisaeam gestas memorat c. 67.; de quibus omnibus in notis Wesselingii satis dictum. Ex scriptoribus autem, quos secutus est Diodorus, Isocratis discipuli Theopompus et Ephorus praeterquam quod eb serius vixerunt Thucydide, neque res tunc gestas cognoscendi opportunitatem tantam, quantam hic, habuerunt; etiam suspectae fidei scriptores

semper visi sunt multis. Contra quod crimen Ephorum defendere quidem studuit Marx (ad Ephorum p. 52. sqq.), sed ita tamen, ut contrarios ei locos Strabonis, Diodori, Senecae aliorumque ipse tacere nequeat (p. 54. 66. sq. add. Vossius de Histor. Gr. l. I. c. VII.), neque Theopompi patrocinium suscipiat. Magis quidem laudandus tertius scriptor, quem Diodorus passim secutus est, Philistus Syracusanus, de quo nuper docte disputavit Franc. Goeller in libro de situ et origine Syracusarum. Sed hic Philistus res Siculas solum attigit, in quibus etiam paulo diligentior esse solet Diodorus. Convertimus nos ad Plutarchum, qui propius etiam Thucydidem secutus, et saepe iisdem paene verbis usus est. Confer modo vitam Niciae, et compara quae ibi de altercatione Niciae et Cleonis, quum classis Pylum mittenda esset (c. 7.), de pace per Niciam facta atque per Alcibiadem sublata (c. 9. 10.), de expeditione in Siciliam suscepta (c. 12. sqq.) leguntur, cum iis, quae iisdem de rebus habet Thucydides, atque summum utriusque scriptoris consensum statim animadvertes. Qui inde quidem explicandus est, quod Plutarchus Thucydidem tanti aestimavit, ut ei assentiri non dubitaret. (Vide laudem Thucydidis in Nic. c. 1.) Sed hoc ipsum iudicium honorificentissimum scriptori nostro est, praesertim si consideramus, quod iam supra exemplo quodam significatum est, Plutarcho non defuisse alios auctores, quos sequeretur, ut Philistum et Timaeum, (de quo et ipso in libro modo laudato disputavit Goeller;) sed hos, quorum ipse mentionem iniicit, illi posthabitos esse. Quod si nonnulla addit Plutarchus, quae in Thucydide non reperiuntur, ea plerumque ut illius consilio conveniunt, ita ab hoc abhorrent, qui res ante bellum Peloponnesiacum gestas tantum breviter describere vult, neque privatam, sed publicam vitam virorum illustrium respicit, omnia autem, prodigia et similia commenta nimis aversatur, quam ut, quae vel a Nicia vel ab aliis

superstitiosis Atheniensibus de iis dicta et iudicata erant, ea omnia referret. In aliis paucissimis rebus si vere alter scriptor alteri contradicit, haec plerumque leves (ut Plut. Pericl. 25. cl. Thuc. I, 116.) discrepantiae, pariter ut eae, quae cum aliis scriptoribus, ut Iustino (l. IV. c. 3. 4. 5.), Nepote (Themist. c. 7. 8. Pausan. c. 4. Alcib. 4.), Pausania (l. VIII. c. 10.), Thucydidi intercedunt, melius in notis tractabuntur. Vid not. ad I, 91. 135. 136. II, 23. III, 86. VI, 88. 101. VII, 53. al.

Cap. IV. Thucydidem et dignum argumentum historiae elegisse, et in eo explicando ea tantum, quae ad rem pertinebant atque memorabilia erant, attulisse, neque nimis alte orsum esse, neque digressiones inutiles addidisse, finire autem librum, ubi decebat, non potuisse.

De veritatis studio, quo excellit Thucydides, satis dictum videtur. Sed si electionem vel ipsius argumenti vel rerum ad hoc argumentum ab eo relatarum consideramus, multa ibi animadvertimus reprehendi. Nam Dionysius p. 768. bellum a Thucydide descriptum dicit neque pulchrum neque felix, quod ut non gereretur, maxime optandum fuisse, sin minus, ut silentio et oblivioni traditum ab omnibus ignoraretur. En egregiam argumentationem! Quod hoc bellum infaustum fuit Graecis, ideo tacendum atque indignum historia argumentum iudicandum est! Quid vero, mi Dionysi, si quis Te reprehendat, quod historiam populi scripsisti, a quo non solum multae Graecae urbes eversae, sed etiam tota Graecia in servitutem redacta est? Sed ne quis cavillari nos existimet, id argumentum nobis probatur, quod et memoratu dignum et bonae frugis plenum est. Tale argumentum autem adversam neque ac

prosperam fortunam populorum suppeditare posse, et quo infelicius aliquod bellum gestum, quo maius detrimentum patriae inde ortum sit, eo accuratius id cognoscendum esse, ut inde nobis praecepta repetamus, quae eandem calamitatem in posterum arceant, demonstratione non eget. Quare etiam quod belli Peloponnesiaci historia conscripta est a Thucydide, valde laetabimur. Nam hoc bellum primum per se magnum et atrox fuit. Non gestum enim est inter duas exiguas civitates, Athenas et Spartam, quod fuerunt qui dicerent Thucydidem criminaturi, sed non solum hae ipsae civitates tum omnis generis apparatu bellico maxime florebant, verum etiam omnis Graecia in communionem huius belli venit, quum alii cum Atheniensibus, alii cum Spartanis societatem inirent. (Thuc. I, 1.) Eiusdem belli participes facti sunt Graecorum coloni in Asia, Sicilia atque alibi, et e barbaris Persae, Thraces atque alii finitimi Graecorum populi. Ita per viginti septem annos Graecia ipsa, Macedonia, Thracia, insulae maris Aegaei, Asia minor, Sicilia, et pars Italiae vehementissime vexatae sunt. Praeterea ut omnia bella civilia, ita etiam hoc atrocissimum fuit, neque unquam Graecia eodem temporis spatio tot et tanta mala adhuc perpessa erat. (I, 23.) Adde rerum varietatem, fortunae vicissitudinem. Omnino si hoc bellum comparatur cum iis, quae prius Graecis fuerunt, Troiano, Medico et ceteris; haec omnia eo minora iudicanda sunt, ut ipse Thucydides, praesagiens quasi, obtrectatores sibi fore, in procemio, cuius hoc primarium argumentum est, docuit. Sed bellum Peloponnesiacum non solum per se memorabile fuit, sed ex eo etiam aliae res prodierunt non minus graves. Hoc enim bello Atheniensium opes ita fractae et debilitatae sunt, ut nunquam postea eandem, quam antea habuerant, potentiam recuperarent. Graeciae principatus ad Lacedaemonios pervenit; sed hi et ipsi per

hos septem et viginti annos magnum et hominum et aliarum rerum detrimentum fecerant, atque mox, quod sibi paraverant imperium, perniciosum esse senserunt. Cf. Manso Spart. vol. II. p. 563. sqq. Tum etiam aliarum Graecarum civitatum forma et conditio seditionibus, quae hoc bellum comitabantur, mutata est. (III, 82. sqq.) Omnium autem Graecorum mores corrupti sunt (vid. l. l.), et Graeci contra Graecos barbarorum auxilio uti coeperunt. Non igitur errabimus, si iam hoc bellum in causa fuisse dixerimus, quod mox Graecorum libertas amissa est, et postea summa a Macedonibus et Romanis iis inflicta sunt mala. Cf. de his omnibus Heilm. Opuscc. vol. II. p. 104. sqq. Tale igitur bellum quis iure neget dignum fuisse, quod singulatim describeretur? Ne ipse quidem Dionysius hoc fecisset, nisi seductus esset errore supra notato, ex quo historiae non aliud esse putabat consilium, quam ut vulgi aures per aliquot horas mulceret.

Sed non solum idoneum argumentum eligere, verum eo electo etiam curare debet scriptor, ne quid proferat, quod ad hoc argumentum non pertineat. Qua in re duobus modis falli potest, si vel nimis alte orditur narrationem, vel digressiones inutiles inserit. Hic tamen nihil dicendum de prooemio. In quo referuntur quidem apud Thucydidem breviter res Graecorum inde a prima origine; sed hoc ut in prooemiis facilius admittitur, ita a Thucydide, quemadmodum iam significavimus, eo consilio factum est, ut comparatione instituta Peloponnesiaco bello priora cedere vi atque magnitudine intelligantur. Animadvertebat enim Thucydides, homines, quamdiu quidem bellum gererent, hoc ipsum bellum maximum putare, sed eo finito vetera magis admirari. I, 21. Inde colligebat, in quo a vero eum non aberrasse Dionysii exemplum docet, fore, quibus hoc librorum argumentum displiceret; atque ut haec maligna iudicia, quantum posset, ipse coerceret et, quod prooemii officium est,

attentos redderet lectores, vetera illa ostendit non debere in ea, qua vulgo afficiebantur, esse admiratione. Praeterea quum in res priscas Graecorum inquirens multa aliis ignota invenisset, et hominum de iis iudicia saepe perversa esse sensisset; quis eum iure vituperabit, quod, quum ad peculiarem archaeologiam Graeciae conscribendam tempus ei deesset, certe res gravissimas, ubi opportunitas aderat, attingere decrevit? Non poteris igitur non mirari, quod Dionysius etiam hoc prooemium, tam egregium tamque necessarium, tanquam quod sine idoneo consilio additum sit, reprehendit p. 853. sqq., et primam atque extremam eius partem coniungens aliud efficit, quod sibi magis probari dicit, sed quod nimis breve, vile atque ieiunum est. Cf. Evers de Prooem. Thucyd. p. 13. sqq. In ipsa autem historia Thucydides proficiscitur a bello, quod inter Corinthios et Corcyraeos ortum est I, 24.: et recte quidem; nam hoc bellum ad foedera Lacedaemoniorum atque Atheniensium frangenda occasionem dedit. Postea tamen, priusquam ad bellum Peloponnesiacum accedit, res a Graecis inde a finito bello Medico gestas breviter adumbrat c. 89. sqq. Quam si ipse degressionem (ἐκβολὴν τοῦ λόγου) appellat c. 97., ea quidem necessaria erat. Nam bellum Corinthiacum quanquam ansam dedit foederibus violandis, et palam causa belli esse ferebatur (ἡ ἐς τὸ φανερὸν λεγομένη αἰτία I, 23.), tamen praetextus solum erat; etenim vera, quanquam sermone non celebrata causa (ἡ μὲν ἀληθεστάτη πρόφασις, ἀφανεστάτη δὲ λόγῳ l. l.) sita erat in aucta Atheniensium potentia, metu, quem iniiciebant Lacedaemoniis, et inimicitiis inde ortis. Quarum rerum originem et maximo incrementa Athenarum, ut vera belli causa clare pateret, necesse erat exponi; praesertim quum qui ante Thucydidem scripserant, omnes aut res ante bellum Medicum gestas aut ipsum hoc bellum exarassent, sed proxima tempora praetermisissent, excepto Hellanico, qui breviter

neque idoneo ordine eorum mentionem fecit. (I, 97.) Tam necessariae sunt pleraeque Thucydidis degressiones, quas hic singulas recensebimus, omittentes tantum observationes paucis versibus comprehensas (ut de Aetnae eruptionibus III, 116., de Hesiodi morte III, 96., de Scionaeorum origine IV, 120. al.) et mythos, qui putantur, quippe de quibus iam supra expositum sit. Igitur de Cylone I, 126. et de Pausania I, 128. sqq. necessario aliquid dicendum erat, quum Athenienses et Lacedaemonii sibi invicem imperassent, ut piaculo per hos viros contracto urbes liberarent. Quodsi de Pausania paulo plura dicta sunt, res inde explicanda est, quia Pausaniae vita incidit in tempora bello Medico atque Peloponnesiaco interiecta, quae cur Thucydidi describenda fuerint, modo vidimus. Ideo etiam a Pausaniae historia ad Themistoclis extrema fata se abripi patitur, quae quanquam cum illa cohaerent, tamen alioquin huc nihil pertinent. Sequitur l. II. c. 15. narratio de Theseo Atticae incolas ex pagis Athenas colligente, ut ex recordatione veterum domiciliorum cupido Atheniensium in agris vivendi explicetur, quae fecit, ut etiam tunc adventantibus hostibus aegre in urbem se conferrent. Magis etiam laudanda sunt ea, quae de Odrysarum imperio II, 96. 97. dicta sunt: quod quum per breve modo tempus floruisset, haud dubie a plerisque, quantum erat, ignorabatur; nam iam supra fabulas quasdam de Terei et Teris consanguinitate sparsas cognovimus. Iam vero sine huius imperii notitia iudicari recte non potest, quanti momenti fuerit expeditio a Sitalce in Atheniensium gratiam suscepta. Ita etiam Perdiccas et Macedones tam arcte cum historia belli Peloponnesiaci cohaerent, et toties in ea commemorantur, ut, si in eorum maiorum res caput 99. insumitur, sequenti autem capite mutationes in civitatis conditione per Archelaum, Perdiccae filium, factae indicantur, facile scriptori veniam des. Idem III, 104. de De-

liorum rebus pristinis nonnulla inserit, ut Athenienses iis, quae belli Peloponnesiaci tempore in hac insula instituebant, solum antiquum morem restituisse declaret. Quanquam quae de Rhenea per Polycratem capta et Apollini Delio consecrata scribit, ea poterat omittere, quum iam I, 13. attigisset. Ita etiam IV, 102. in Amphipoleos originibus, de quibus sane eodem iure, quo de Macedonibus, dicere licebat, nonnulla repetiit, quae iam I, 100. adfuerunt. Attamen hic series orationis, quam interrumpere noluit, repetitionem excusat. (Compara etiam II, 27. cum IV, 56.) Praeter haec fortassis aliquis huc referat quae V, 26. Thucydides breviter de se ipse monet, et quibus maiorem fidem libris suis conciliare cupit; eaque tam modeste dicta sunt, ut offendere neminem queant. Sine dubio autem huc pertinent quae de Siciliae situ et incolis ineunte libro VI. disputantur, et omitti recte non poterant, quoniam Athenienses hanc regionem, in quam tantis copiis profecti sunt, et ubi tam funestam cladem acceperunt, minus, quam par erat, cognitam habebant (*ἄπειροι οἱ πολλοὶ ὄντες τοῦ μεγέθους τῆς νήσου καὶ τῶν ἐνοικούντων τοῦ πλήθους καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων κ. τ. λ.* VI, 1.), atque sine terrae, in qua pugnatum est, notitia omnis narratio manca est et obscura. Quod autem in eodem libro de Harmodio et Aristogitone Thucydides loquitur, id profecto contra morem eius accidit; non tam quod idem argumentum iam primo libro (c. 20.) breviter tractavit — hoc enim etiam alibi ab eo factum esse, modo vidimus — quam quod tale quid narrandi opportunitatem hic non habuit, sed praetextum satis alte repetiit. Non mirum igitur, varias huius rei explicationes quaesitas esse, et fuisse, qui Thucydidem Pisistratidarum genere ortum ideo dicerent. Hoc tamen admitti non posse, supra probatum est. Fortassis vero scriptor noster, intuens seditiones, quas populi Attici levitas excitabat, et recordans, eandem levitatem Laces-

daemoniis victoriam faciliorem reddidisse; atque praeceptori suo mortem, sibi exsilium conflasse, populari imperio non admodum favebat — nam Cleonem certe introducit loquentem, *Πολλάκις μὲν ἤδη ἔγωγε καὶ ἄλλοτε ἔγνων δημοκρατίαν, ὅτι ἀδύνατός ἐστιν ἑτέρων ἄρχειν, μάλιστα δὲ* etc. III, 37. — sed pariter atque Antiphon et Xenophon, Lacedaemoniorum civitatis formam anteferendam iudicabat; ideoque non aegre tulisset, si Pisistratidae retinuissent imperium, sed certis finibus circumscriptum, quale habebant Lacedaemoniorum reges. Manent tamen haec ambigua, neque videntur ad liquidum perduci posse. Missa igitur ea facientes, simul, quas hactenus memoravimus, degressiones, de quarum natura conferri etiam potest Creuzer. Ars histor. p. 272. sqq., solas affirmamus aliquo numero esse, atque iis exceptis Thucydidem semper manere in argumento, quod sibi tractandum sumpsit. Quare etiam Dionysius, hanc scriptoris nostri virtutem, ut est calumniandi cupidus, vitio ei vertens, *Πόλεμον ἕνα*, inquit p. 772., *καί τινας ἀπνευστὶ διεξέρχεται μάχας ἐπὶ μάχαις καὶ παρασκευὰς ἐπὶ παρασκευαῖς.*

Ita igitur, nihil, quod inutile sit, a Thucydide narratum esse, ipse hic censor acerbus aliquo modo concedit. Sed boni scriptoris est etiam, omnia, quae ad argumentum plene exponendum requiruntur, vere proferre. Cui officio duobus modis non satisfactum ab historico nostro esse scribit Dionysius. Illum enim neque historiam ad aptum finem perduxisse p. 771. et 837., neque iustum modum in dicendo tenuisse, sed quae paucioribus verbis indigerent, verbosius exposuisse, negligentius autem attigisse, quae longiori oratione pertractanda essent p. 839. Utrumque crimen quum propius consideraverimus, intelligemus vanum esse. Incipiamus autem a posteriore, quod exemplis quibusdam corroborare studuit Dionysius. Queritur enim, quod pugna ad Eurymedontem commissa (I, 100.) minus accurate narrata sit

quam

quam prima Lacedaemoniorum et Atheniensium in bello Peloponnesiaco proelia navalia (l. II.), quum tamen in illa multo plures naves captae vel laesae et depressae essent. Eodemque modo nonnulli primam Corinthiorum atque Corcyraeorum pugnam navalem I, 29. accuratius descriptam voluerunt. Sed ibi recte respondet scholiasta: *Τὴν ναυμαχίαν ταύτην οὐκ ἀκριβῶς διηγεῖται, προσβυτέραν ἴσως οὖσαν αὐτοῦ.* Res enim bello Peloponnesiaco superiores quum non partem ipsius argumenti a Thucydide electi constituant, sed nonnisi pro introductione habendae sint, quam brevissime exponendae erant. Huic igitur brevitati ita ille studuit, ut, quum solum gravissimas res, sed eas omnes, atque in his ipsis magis quae evenissent, quam quo modo gestae essent, referret, paucis capitibus omnem priscam Graeciae historiam egregie adumbraret. Sed etiam in iis, quae in ipso bello Peloponnesiaco acciderunt, describendis Thucydides summam dedit operam, ut ea potissimum plenius exponeret, quae vel per se magna aut atrocia essent, vel e quibus talia prodirent. Ex illo genere sunt pestilentia, quae Athenas vexavit, Mitylenaeorum periculum, Plataeensium interitus, res a Brasida gestae, expeditio in Siciliam et alia plura; ex hoc Sphacteriae insulae expugnatio, in qua quanquam non nimis magnus erat vel occisorum vel captorum numerus, fuerunt tamen inter captivos haud pauci Spartiatae. Quos se armaque hostibus tradituros esse, Graeci nullo modo arbitrati erant IV, 40. et quum nihilominus factum esset, Lacedaemonii ab Argivis aliisque populis male audire coeperunt V, 28. 75. Iidem Lacedaemonii ut captivos servarent et recuperarent, confestim ad foedera facienda parati erant IV, 15. sqq. V, 15., quae postea decimo belli anno revera inita sunt. Praeterea Sphacteria expugnata Athenienses sibi tutam et certam reddiderunt Pyli possessionem, ubi Messenios collocare, atque Laconicam inde depopulari et Helotes sollicitare poterant,

quod valde ingratum erat Lacedaemoniis. IV, 3. 41. V, 35. Quamobrem etiam ob huius infortunii uberiorem descriptionem iniuria Thucydidem carpit Dion. p. 840. sq. Qui si p. 841. sq. et p. 845. sq. aegre fert, quod de Cytheriorum, Aeginetarum, Scionaeorum et Hestiaeensium miseriis pauciora dicta sint, quam de Mitylenaeis, Plataeensibus atque Meliis, non reputavit, partim simillima facta, nisi taedium creare volumus lectoribus, non totidem verbis saepius repeti posse, partim iustas Thucydidi fuisse causas, cur de his potius quam de illis explicatius diceret. Nam Mitylenaeorum, Plataeensium et Meliorum quotquot puberes erant, capitis periculum subierunt, et vel trucidati sunt, vel miro tantum casu supplicium effugerunt. Cytherii autem cum Nicia pactionem fecerunt, et decreverunt Ἀθηναίοις ἐπιτρέψαι περὶ σφῶν αὐτῶν πλὴν θανάτου IV, 54., iidemque satis mite tractati sunt c. 57. Hestiaeensium infortunium pluribus verbis describi plane non poterat, quod incidit in tempora bellum Peloponnesiacum praecedentia; praeterea hi non caesi, sed tantum sedibus pulsi sunt. I, 114. Hoc valet etiam de Aeginetis in eo quidem loco, quem p. 846. citat Dionysius, et qui legitur II, 27. Quae tamen excusatio minus spectat ad alterum locum, apud Dion. p. 842. seu apud Thuc. IV, 57. Neque tamen ibi quicquam ad perspicuitatem orationis desideratur, et quum urbis, quam Aeginetae tunc habitabant, obsidio non diu duraret, non intelligo, quid adiicere potuerit scriptor, nisi forte huius miseri populi calamitatem deflendam, aut orationes, quae non habitae videntur, plane fingendas fuisse censes, quorum neutrum in his libris fieri solet. Vere enim monet Heilmannus, qui de hac quaestione consuli potest p. 147. sqq., maximas res interdum sine magnis molitionibus fieri, et alias non posse nos accurate perspicere. Ita de Scionaeis V, 32. sane paulo plura dicta velimus, praesertim quum crudelitas in eos Atheniensibus postea totiens

exprobrata sit. Vid. Isocr. Paneg. c. 29. et ibi Intpp. Quod tamen serius factum videtur, et per se sane Scione Mitylenae certe et Plataeis fama atque opibus multum cedebat. Haec de rerum ipsarum delectu; sed ut in hoc, ita etiam in orationum electione multa a Thucydide peccata esse contendit Dionysius p. 842. Nam quum utraque civitas, Sparta et Athenae, statim initio belli cum magnis calamitatibus conflictata esset, ob easque pacem appetisset, Atheniensium quidem legatorum orationes iisque oppositas non esse commemoratas, sed Lacedaemoniorum orationem Athenis habitam literis consignatam esse. At unde tandem novit Dionysius, ab Atheniensibus tum orationem publice habitam esse? Ex Thucydidis quidem verbis, *Καὶ πρέσβεις τινὰς πέμψαντες ὡς αὐτοὺς, ἄκρατοι ἐγένοντο* II, 59., id non sequitur. Potuerunt ephori his legatis aditu Spartae interdicere, potuerunt etiam iis, quum illuc venissent, facultatem publice verba faciendi negare eosque statim remittere. Concidunt igitur omnes istae vanae declamationes, quae p. 844. pleno ore effunduntur. Ita etiam p. 848. si quaeritur, cur, quum Mitylene expugnata bis convenisset populus, prioris conventus orationes a Thucydide praetermissae, sed alterius conscriptae sint; una responsio in promtu est. Nam quum superioris concionis decreta statim rursus tollerentur, alterius autem rata manerent, haec sane habebat, in quo praestaret illi. „At ego," inquit Acacius in notis ad Dionysium, viro curioso bene respondens, „multis de causis ita evenire potuisse puto, ut melius et commodius fuerit, illis orationibus omissis has potius nobis relinqui. Et quum ita fecerit Thucydides, credo ita consultius fuisse, donec aliud edoceamur." Ne funebris quidem laudatio effugit Dionysii reprehensionem; scribit enim p. 849. sqq., quum multae habitae essent, non eam eligendam fuisse, quae ad paucos viros pertineret,

et eos quidem, qui memorabile facinus non patrassent. Sed haec oratio etsi non magnam calamitatem deplorat, haud dubie tamen celeberrima fuit, quippe quae ab eo oratore habita esset, qui omnes aequales suos eloquentia et subtili de rebus publicis iudicio superaret. Pericli igitur longe melius quam reliquis omnibus oratoribus egregia illa expositio de Atheniensium civitatis forma convenit. Atqui summus ille vir iam tertio belli anno mortuus est; secundus autem annus non magis insignis fuit rebus fortiter gestis. Cur autem non capta Pylo aut classe et exercitu in Sicilia amisso oratio funebris proponatur, ut cupit Dionysius, iam manifestum est, et causam eius rei hic ipse criticus sensit p. 853. Accedit, quod, quum per totum bellum hunc morem tenerent Athenienses II, 34., et tamen, nisi lectores a scriptoribus defatigandos credis, semel tantum eiusmodi oratio inseri posset, statim prima occasione oblata hanc consuetudinem insigni quodam exemplo illustrari par erat; praesertim quoniam primo belli anno, ubi malis nondum adsueti sumus, paucorum iacturam magis dolemus quam plurimorum posteris annis. Cf. Gottleb. ad Plat. Menex. et Thucyd. Orat. funebr. p. 70. et Heilm. l. l. p. 96. sqq. Superest id Dionysii vituperium, quod mendacii arguit Thucydidem, quia belli historiam, quam se ad finem perducturum promisisset, imperfectam reliquerit; substitisse enim eum in pugna ad *Κνιδος σῆμα* commissa, quum narratio usque ad reditum exsulum, qui Thrasybulo duce Athenarum libertatem restituissent, continuanda esset. Hoc quidem non verum; nam bello Peloponnesiaco finem imponunt capti atque eversi post pugnam ad Aegos flumen Athenarum longi muri; ibi igitur etiam narrationem finire potuit et voluit (V, 26.) Thucydides. Quem historiae terminum si non satis gratum audientibus Dionysius existimat, hoc nos quidem non morabimur. Quod autem eo usque non deducta est historia, de eo si cui placet conqueri, ne

factum est a critico isto, is cum invida fortuna contendat, non vero cum Thucydide, quem, priusquam libros suos perficere potuisset, morte abreptum esse, cap. II. cognovimus.

Cap. V. De ordine, quem Thucydides in historia sua tenuit, eius descriptione in aestates et hiemes, item in libros et capita.

Post inventionem et electionem tertio loco considerauda dispositio sive ordo historiae, quam οἰκονομίαν Graeci appellant. Hic autem ordo diversus esse solet; nam alii historici tempora sequuntur (Methodus chronologica atque synchronistica), alii secundum populos omnia describunt (Methodus ethnographica), alii rerum ipsarum naturam et similitudinem respiciunt. Ex his rationibus historiae conscribendae, quaenam praestet, saepe disceptatum est, et singulae paulatim excultae sunt. Pendet autem iudicium de hac re ex partibus historiae, quas aliquis describendas elegit, atque ex consilio, quod propositum habet; ex his enim mutatur etiam historiae forma. Placet igitur propius ad Thucydidem vertere disputationem, et primum videre, qualem ordinem in historia servaverit, tum, quid in eo reprehensum sit, denique quomodo excusari possit.

Sequitur igitur Thucydides tempus, ita quidem, ut in computando a bello Peloponnesiaco incipiat, et ubi de antiquioribus rebus loquitur, quoto anno ante huius belli finem eae evenerint, indicet. I, 13. 18. Simul tamen etiam bellum Troianum et Medicum epochae quaedam ei sunt. Itaque res vetustissimas distinguit in τὰ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν, αὐτὰ τὰ Τρωϊκά, et τὰ μετὰ τὰ Τρωϊκά (μετὰ Ἴλιον ἁλωσιν). Temporibus autem, quae bellum Troianum praecesserunt (I, 3—8.), virum, per quem Graeciae

status valde mutari coeperit, ponit Minoem (I, 4. cf. ibi schol.), et qualis ante hunc, qualis post eum usque ad bellum Troianum ille status fuerit, declarat. Postquam tum ad Ilii expugnationem pervenit (c. 9—11.), in eorum, quae non multo post hanc evenerunt, ut Boeotorum et Heraclidarum reditus, tempore constituendo ab ipsa illa expugnatione proficiscitur. (I, 12.) Deinde vero rursus pugna Marathonia et Xerxis e Graecia discessu ad tempora definienda utitur (I, 18. 89. sqq. 118.). Ipsius autem belli Peloponnesiaci historiam descripsit in annos. Quos tamen non secundum Olympiades numerat, quod tum facere Graeci nondum solebant; nam ne Xenophontem quidem hac computatione usum esse, quum verba, quae hoc probare videantur, suspecta sint, et Polybio teste Timaeus hunc morem in historiam induxerit, satis constat. Vid. Intpp. ad Xenoph. Hellen. I, 2. et Goeller. Syrac. p. 196. sqq. Commemorat igitur quidem Thucydides aliquoties Olympiades (III, 8. V, 49.), sed neque numerum quendam iis adsignat, nec qui stadio, ut seniores historici, sed qui pancratio vicerint, nominat; verum postquam sacerdotem Argivam, ephorum Spartanum et archontem Atheniensium, qui ineunte bello fuerunt, appellavit II, 2., iam huius ipsius belli annos numerat. Quos quatenus in belli rebus ordinandis sequitur, hactenus annales composuisse dici potest. Differt tamen rursus ab annalium scriptoribus eo, quod unumquemque annum denuo dispescit in duas partes, aestatem atque hiemem. Cum aestate coniungit maximam partem autumni atque etiam veris; nam II, 31. scribit *περὶ τὸ φθινόπωρον τοῦ θέρους τούτου*, et V, 40. *ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους* atque VI, 94. *ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς ἀρχομένῳ τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους*, unde etiam illustrantur verba *τοῦ χειμῶνος τελευτῶντος ἤδη καὶ πρὸς ἔαρ* V, 39. et *καὶ πρὸς ἔαρ ἤδη ταῦτα ἦν τοῦ χειμῶνος λήγοντος* V, 81. Finitur autem hiems ei mense Elaphebolione. Nam

foedera inter Lacedaemonios et Athenienses facta *Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος* V, 19. sequenti capite dicit icta esse *τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι*. Itaque alibi mensem Elaphebolionem adeo veri iam annumerat. Priora enim foedera inter eosdem populos inita *τετράδι ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός* IV, 118. praecedente capite scribit facta esse *ἅμα ἦρι τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους*. In his igitur etiam mensem et diem commemorat. Alias ut partes anni tempestatum distinguat, addit tantum *ἀρχομένου, μεσοῦντος, τελευτῶντος*, et observationes quasdam ad frumentum spectantes, ut *τοῦ θέρους περὶ σίτου ἐκβολήν* IV, 1., *τοῦ ἦρος πρὶν τὸν σῖτον ἐν ἀκμῇ εἶναι* IV, 2. vel *τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος* cap. 6. Ita IV, 84. *ἐν τῷ αὐτῷ θέρει ὀλίγον πρὸ τρυγήτου*. Iam omnes res, ut *κατὰ θέρος* et *κατὰ χειμῶνα* gestae sunt, proponit. Quod Dionysius omnem narrationem obscuram atque difficilem, quam animo comprehendas (*ἀσαφῆ καὶ δυςπαρακολούθητον*), reddidisse contendit pag. 773. et 826. sqq. Inde enim effici, ut, quum multae res fictae sint diversis locis, imperfectas primas relinquat, atque alias attingat eadem aestate et hieme gestas. Quod illustrat maxime tertii libri dispositione. Ibi enim, quum de Mitylenaeis scribere incepisset, priusquam universam absolvisset narrationem, ad Lacedaemoniorum res gestas eum devertisse, et ne his quidem absolutis, Plataeensium obsidionem commemorasse. Omissa vero etiam hac imperfecta Mitylenense bellum rursus commemorasse; inde vero narrationem ad Corcyram convertisse. Ita alia multa addit in eandem sententiam dicta, quae repetere nolumus, quum apud ipsum legi possint; quemadmodum libri secundi conformationem huic similem descripsit Heilmann. l. l. pag. 148. sq.

Hoc sane grave vitium primo adspectu videtur; sed quum rem accuratius perpenderimus, Thucydidem vix aliter eam instituere potuisse, intelligemus. Quodsi secundum regiones, in quibus pugnatum est, res gestas

inde a belli initio usque ad finem vel certe usque ad intercapedinem quandam persecutus esset, videbat, nunquam totius belli imaginem lectorum animis posse obversari. Nam dum legimus, quid in Attica gestum sit, nescimus, quae in Peloponneso, Thracia, Asia, Sicilia evenerint; et quum ad haec pervenimus, illorum iam minus accurate recordamur. Praeterea quae in una regione geruntur, plerumque vim suam etiam longius extendunt, ut clades in Thracia accepta saepe etiam in Sicilia pugnantibus detrimento sit. Ita igitur non reprehendemus, quod Thucydides primum temporum ordinem secutus est, nec nisi quatenus per hunc fieri potuit, etiam alterum illum narrandi modum cum eo coniunxit. Sed cur non anni spatium seu annua magistratuum imperia ordinis fundamentum esse voluit, ut alii scriptores, qui significabant quonam vel archonte vel ephoro vel sacerdote res quaedam gestae essent? Huius rei causam ipse aperit V, 26. Nimis incerta enim ei videbatur haec definitio, quum non intelligeretur, quonam illius imperii tempore, utrum in eius initio, an serius, an ad finem aliquid accidisset. Praeterea Lacedaemoniorum Ephori alio tempore atque Atheniensium Archontes munus ineibant, et hi quidem eo mense, quo bellum maxime fervere solet. At mira est divisio secundum aestates atque hiemes? Imo ex ipsa bellorum, qualia tunc erant, natura petita. Tunc enim, ut etiam multo post et usque ad nostra fere tempora, aestate fere sola certabatur, hieme autem plerumque fere quiescebat bellum, et modo sequentis aestatis expeditiones praeparabantur, saepe etiam de pace agebatur; quo fit, ut non inepta sit talis veterum bellorum descriptio. Iam non negamus quidem, etiam incommoda quaedam cum ea coniuncta esse. Non omnes enim expeditiones et praecipue obsidiones una cum aestate finiebantur; quare necesse est, quod supra a Dionysio reprehensum vidimus, ut saepe ab una re ad aliam du-

caeur, antequam illa ad exitum perducta sit. Sed praeterquam quod hoc incommodum, si temporum ordinem sequimur, omnino evitari non potest, nec gravius est, quam quae cum aliis historiae scribendae rationibus coniuncta deprehendimus, bellum Peloponnesiacum prae reliquis alium ordinem non patiebatur. Nam si quod bellum ita geritur, ut omnia prius meditata, et modus, quo suscipienda sint, antea designatus sit, hac descriptione niti, et ut singulae eius partes effectae sint, exponere possumus. Tale autem primis quidem annis non erat bellum Peloponnesiacum: sed ut omnia bella, quorum ea est indoles, ut rerum publicarum commutationem spectent, cupide magis quam ex ante praeparato geruntur; ita etiam in hoc, prout ferebat animi impetus atque ira, sine alio consilio, quam ut quam plurimum nocerent hostibus, huc illuc vagabantur, neque tam proelia committebant, quam excursiones in hostilem agrum faciebant. Quamobrem multas res invenimus, quae cum aliis parum cohaerent, et praeter omnium exspectationem eveniunt. Quibus omnibus vix licebat aptum locum assignare, si quis ad temporum seriem respicere nolebat. Posterioribus tamen belli annis, et maxime quamdiu in Sicilia certamen erat, eius facies aliquantum mutabatur; ideoque hoc tempore etiam Thucydidis narratio (lib. VI. VII.) magis continua est. Cf. Heilmann. l. l. p. 150. sqq.

Alterum, quod in eius ordine reprehendit Dionysius p. 831. sqq., ad introductionem spectat, atque levissimum est. Eo enim redit, ut, quum Thucydides duas belli causas commemoraverit, veram atque fictam (occasionem belli), atque hanc praemiserit, Dionysius illam priori loco collocatam velit; postulare enim naturam, ut priora posterioribus antecedant, et vera prius quam falsa dicantur. At hoc minime semper valere, et vera facile falsis subiici posse, ut rebus, quae inde

prodierunt, propius admoveantur, cuique tam perspicuum est, ut demonstratione supersedere possimus. Refutarunt etiam Dionysii nugas Acacius not. ad l. l. et Heilmann. l. l. p. 94. sq.

Nos igitur, Ger. Vossium sequentes, adiungimus his potius quaestiones, an historia in libros dividenda sit, atque hoc fecerit Thucydides. De priori ita iudicat Vossius (Ars histor. c. XXV.), si rem tractemus varietate et copia sua diffusam, rectius in libros dividi; nam ita libro quoque ad finem perducto animum fatigatum respicere ac paulum se colligere posse, priusquam ad reliquam historiam se conferat. Bene quidem, si in ipsa historiae descriptione nihil inest, quod iam hanc utilitatem afferat. Ubi vero, ut in Thucydide, belli anni atque horum annorum aestates et hiemes distinctae sunt, et quoque in loco singulorum annorum finis perspicue significatur, haec ipsa res iam docet, ubi in legendo subsistas et animo relaxationem quandam concedas. Non multum igitur reprehendi possit Thucydides, si historiam suam in libros non diviserit. Et sane, quanquam ea vulgo in octo libros distinguitur, tamen hanc divisionem non ab ipso Thucydide profectam, verum ab hoc continuam scriptam esse historiam, inde verisimile est, quod non solum codices in singulorum librorum titulis mirum in modum discrepant, sed etiam, quod longe gravius est, aliis aliae placuerunt divisiones. Vid. Marcell. §. 57. Nonnulli enim novem libros fieri voluerunt. Cf. Diod. Sic. l. XII. p. 502. et l. XIII. p. 575. Ex qua novem librorum commemoratione quam temere non nemo nuper suspicatus sit, partem historiae Thucydidis interiisse, non eget longa demonstratione. Nam aliis tredecim libros discernere placuit, atque his non maiorem ambitum huius historiae fuisse, quam nobis, docent vestigia huius divisionis servata in scholiis. Cf. schol. ad II, 78. III. fin. (Cass.) IV, 78. (ubi Bauerus

hanc rem ignorans ineptam notam contra scholiasten adscripsit) et (quod scholion cum praecedente pugnat) IV, 114. (Cass.) Iam quod omnino in libros divisa est a Grammaticis haec historia, non male factum. Nam quanquam annorum atque tempestatum fines intercapedinem quandam exhibere vidimus, inde tamen partes nimis inaequales oriuntur, quum aliis annis pauca (ut duodecimo, qui undecim capita, tertio et decimo, qui sex capita, quinto et decimo, qui adeo duo solum capita quinti libri complectitur), aliis multa (ut septimo et decimo, qui a cap. 8. usque ad 93. lib. VI., et undevigesimo, qui a cap. 19. lib. VII. usque ad lib. VIII. c. 6. pertinet) evenerint, quae literis consignanda iudicavit Thucydides. Quis vero auctor sit eius, quae hodie recepta est, divisionis ignoramus; satis antiquam eam esse, docent et testimonia, quae supra protulimus, et quod etiam Dionysius p. 867. et veteres Grammatici eam sequuntur. Nam quanquam hi interdum falsum librum Thucydidis laudant, (ut Grammaticus in Bekkeri Anecdd. vol. I. p. 82. in *Λύθημερόν* et p. 90. in *Δρασιήριος*, Thomas Mag. in *Εσαγωγός* al.) tamen tam raro hoc fit, ut vel memoria decepti vel numeri a librariis permutati esse putandi sint. Neque incommoda est divisio. Nam si ambitum spectamus, hic similis est in singulis libris, nisi quod primus (capitum CXLVI.) paulo longior, septimus (capitum LXXXVII.) paulo brevior est; sed ille omnem introductionem continet, hic finitur interitu exercitus atque classis Atheniensium in Sicilia. Omnino enim in hac divisione et annorum finis et rerum naturae ratio habita est. Quare tertius liber incipit ab aestate quarti anni, quo Lesbus defecit ab Atheniensibus, quod bellum in insulas maris Aegaei transtulit. Quartus initium habet a septimo anno, quo Pylus ab Atheniensibus occupata et Lacedaemonii Sphacteriae capti sunt. Quinti libri initium una cum aestate decimi anni bellum solutis induciis, quae in

anni spatium factae erant, instauratum memorabile reddit. A sexto libro ineunte expeditio in Siciliam sequitur, quae in hoc libro usque ad id momentum deducitur, quo res Atheniensium in Sicilia maxime florebant, et Syracusae in eo erant, ut caperentur, verum etiam Gylippus iam appropinquabat. Sed quanquam haec satis bene instituta sunt, putamus tamen, alicubi meliorem etiam divisionem optari posse, quanquam difficulter efficiatur. Ut unum modo dicamus, maximi momenti in totius belli historia est foedus, quod Athenienses et Lacedaemonii inierunt; ibi igitur (V, 24.) libri finem esse cupias. Sed si viginti quinque capita quinti libri ad quartum referres, hic primum, quem iam paene nimis longum esse sensimus, ambitu adeo superaret. Non videtur igitur quicquam hac in re mutari posse, nisi prorsus nova divisio proponatur, quod ob confusionem, quae ita oriretur, plus noceret quam prodesset. Eadem de causa abstinendum etiam capitum mutatione, quanquam haec a recentioribus editoribus demum in libros inducta sunt. Solum ter quaterve, ubi in media periodo capitis finis constitutus erat (ut II, 39. f. IV, 73. f. VI, 30. f.), a vulgari descriptione recedere ausi sumus.

Cap. VI. Postquam de Thucydidis historiae consilio atque utilitate disputatum est, qualis sit eius indoles, paucis repetitur, et quid per eam profecerit ars historica, simul vero quomodo scriptor talis evadere potuerit, inquiritur.

Hactenus de externa Thucydidis librorum forma diximus, in qua nolumus lectores verae eorum indolis cognoscendae cupidos diutius retinere. Accedimus potius ad finem huius historiae considerandum, qui eos, quibus forte dispositione operis non prorsus satisfecerit scriptor noster,

ei reconciliabit. Intelleximus autem iam supra, finem historiae duplicem esse. Partim enim conservat memoriam eorum, quae acciderunt; partim vitae magistra esse debet, atque hactenus pragmatica fit historia. Quod consilium ut efficiatur, causas rerum earumque eventus spectandos, atque ingenium populorum, virorum illustrium et totius aevi indicandum esse constat. Hoc autem fecisse Thucydidem iam ex eo, quod causas belli Peloponnesiaci exposuit, atque in his fictas et veras distinxit, ut supra (cap. IV.) vidimus, intelligi potest. Praeterea ab his utrisque causis rursus principium belli seiungit, plane ut praecepit Polybius libro III.; hoc enim principium in impetu, quem Thebani in urbem Plataeas fecerant, inesse non obscure significat lib. II. init. Sed non solum in hoc bello, verum etiam in Corinthiaco, in foedere, quod Athenienses cum Corcyraeis inierunt I, 44., in seditionibus, quae Graeciam perturbarunt III, 82., in expeditione, quae in Siciliam suscepta est VI, 7. sqq. atque alibi causas rerum diligenter describit. Sed etiam de eventu earum atque de consiliis et ingenio populorum et hominum, qui his praeerant, actum esse a nostro scriptore, in eo loco, ubi de orationibus historiae eius insertis sermo fuit (cap. III.), satis, opinor, demonstratum est. Vere enim scribit Heilmannus pag. 126., lentam et semper cunctantem Lacedaemonem, acrem vim atque rerum novarum studium Atheniensium, ferocem et protervam Corcyram, pacis amantem animum regis Archidami, sollicitam et aestuantem virtutem filii eius Agidis, superstitiosam pietatem, diu constantem fortunam et anxiam prudentiam Niciae, iuvenilem audaciam et superbiam Alcibiadis, alacritatem et obfirmatum animum Brasidae, fortitudinem Demosthenis, temeritatem Cleonis ipsis factis horum virorum tam bene explicari, ut peritus pictor eos huius historiae ope facile oculis tam clare ostendat, quam Thucydides menti proposuit. (Cf. Marcell.

§. 51., qui §. 50. Thucydidem dixit δεινὸν ἠθογραφῆσαι.) Haec igitur coniuncta docent, Thucydidem iure pragmaticum Graecorum historicum appellari, cuius palmae unus Polybius inter Graecos aeque particeps esse, neque tamen eam nostro scriptori eripere potest.

Sed quemadmodum non omnes partes historiae aequali modo prosunt, ita ne omnibus quidem hominum classibus una eademque historia pariter utilis esse potest; sed permittendum est historicis, ut praeter communem utilitatem accuratius etiam spectent ordines quosdam hominum. Sicut autem historia litterarum potissimum in usum doctorum hominum scribitur, historia artium ab artificibus, historia mercaturae a mercatoribus cognoscenda est; ita bellorum historiam maxime ad duces exercituum, et ubi simul ratio, qua res publicae belli tempore administratae sunt, respicitur, atque multae in his factae conversiones explicantur, ad civitatum principes pertinere consentaneum est. Talibus igitur viris etiam Thucydides libros suos scripsit, quos iis, qui res fortasse rursus tales et similes futuras cognoscere velint, utiles atque κτῆμα ἐς ἀεί esse vult. I, 22. Etsi vero etiam res bellicas accurate descripsit (ut obsidio Plataearum, pugnae in Sicilia atque alii loci abunde declarant), et maxime de bello navali, quum ipse aliquando classi praefectus fuisset, egregie disseruit, ideoque rei militaris studiosi ex his libris multa discere possunt; tamen rerum publicarum conditionem atque administrationem magis etiam spectavit. Quemadmodum igitur Xenophon, qui ducis praestantissimi exemplum exhibuit, militaris, ita Thucydides politicus Graecorum historicus vere nominatur, atque ideo etiam viris rerum publicarum peritia insignibus maxime placuit, ut in historia eius librorum cognoscemus. Cf. Creuzer. Ars histor. p. 274. sq. Praecipue autem a nostris aequalibus et popularibus hi libri lectitandi sunt, et utilitas inde percipi potest. Quodsi prin-

cipes nostri eorumque familiares eo tempore, quo fraudulenti Galli, simulantes, se oppressis quibusdam Germaniae nationibus, ut Bavaris, auxilium laturos esse, totam nostram patriam in servitudinem redigere studebant, legissent et perpendissent egregium illum Hermocratis sermonem IV, 59. sqq., privatis discordiis neglectis et gratia restituta operam dedissent, ut omnes communibus viribus servarent patriam.

Audi modo egregia verba IV, 61. *Χρὴ νομίσαι, στάσιν μάλιστα φθείρειν τὰς πόλεις καὶ τὴν Σικελίαν, ἧς γε οἱ ἔνοικοι ξύμπαντες μὲν ἐπιβουλευόμεθα, κατὰ πόλεις δὲ διίστα-μεν, ἃ χρὴ γνόντας καὶ ἰδιώτην ἰδιώτῃ καταλλαγῆναι, καὶ πόλιν πόλει, καὶ πειρᾶσθαι κοινῇ σώζειν τὴν πᾶσαν Σικελίαν.* Necdum periculum omne evanuit. Facile enim licet praevidere, barbaros orientis, ut solent Gallos imitari, iisdem artibus utentes, dicturos esse *ὡς οἱ μὲν Δωριεῖς (Αὐστριακοὶ) ἡμῶν πολέμιοι, τὸ δὲ Χαλκιδικὸν (οἱ Προῦσσοι) τῇ Ἰάδι ξυγγενείᾳ (τῇ ηηδείᾳ τῶν βασιλέων) ἀσφαλές.* Videbimus eos *ἐπὶ τοῦτο τὸ εἶδος τρεπομένους, ὥστε τοὺς μὲν λόγοις ἡμῶν διϊστάναι, τούς δὲ ξυμμάχων ἐλπίδι ἐκπολεμοῦν πρὸς ἀλλήλους, τοῖς δὲ ὡς ἑκάστοις τι προσηνὲς λέγοντας δύνανται κακουργεῖν* VI, 77. (Cf. omnis haec Syracusanorum oratio.) Priusquam autem nos aggredientur, diu ita nos decipere conabuntur, ut per viros stolidos aut auro et vanis honoribus corruptos (qui utinam mox omnes poenam debitam luant!) animum suum generosum praedicandum curent, seque, etiamsi alios populos libertate privaverint, tamen Germanos opprimere neque posse neque velle (Oratio Atheniens. Camarinae habita c. 84. sqq.), neque, magno bello modo finito, ad aliud non minus properaturos esse, sed haec tantum privati commodi causa a nonnullis fingi dicant (Oratio Athenagorae VI, 36.). Nos vero respondeamus. *Διαβολὰς μὲν οὐ σῶφρον οὔτε λέγειν τινὰς ἐς ἀλλήλους, οὔτε τοὺς ἀκούοντας ἀποδέχεσθαι· πρὸς δὲ τὰ ἐγγελλόμενα μᾶλλον ὁρᾶν, ὅπως εἴς τι ἕκαστος καὶ ἡ ξύμ-*

πασα πόλις (γῆ) καλῶς τοὺς ἐκιόντας παρασκευαζώμεθα ἀμύνεσθαι. καὶ ἦν ἄρα μηδὲν δεήσῃ, οὐδεμία βλάβη τοῦ τὸ κοινὸν κοσμηθῆναι καὶ ἵπποις καὶ ὅπλοις καὶ τοῖς ἄλλοις οἷς ὁ πόλεμος ἀγάλλεται. VI, 41. Praeterea cogitantes, ὡς οὐ, τοῖς ἔθνεσιν ὅτι δίχα πέφυκεν (ἡ ἡμετέρα πατρὶς), τοῦ ἑτέρου ἔχθει ἐπίασιν (οἱ βάρβαροι), ἀλλὰ τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ (Γερμανίᾳ) ἀγαθῶν, ἃ κοινῇ κεκτήμεθα, αὐτοὶ μάλιστα μὲν ἐς ἀΐδιον ξυμβῶμεν, εἰ δὲ μή, χρόνον ὡς πλεῖστον σπεισάμενοι, τὰς ἰδίας διαφορὰς ἐς αὖθις ἀναβαλώμεθα IV, 65. Οὐδὲν γὰρ αἰσχρὸν, οἰκείους οἰκείων ἡσσᾶσθαι: — τὸ δὲ ξύμπαν, γείτονας ὄντας, καὶ ξυνοίκους μιᾶς χώρας, — καὶ ὄνομα ἓν κεκλημένους Σικελιώτας (Γερμανούς): οἳ πολεμήσομέν τε, οἶμαι, ὅταν ξυμβῇ, καὶ ξυγχωρησόμεθά γε πάλιν καθ' ἡμᾶς αὐτούς, λόγοις κοινοῖς χρώμενοι. τοὺς δὲ ἀλλοφύλους ἐπελθόντας ἀθρόοι ἀεὶ, ἢν σωφρονῶμεν, ἀμυνούμεθα, εἴπερ καὶ καθ' ἑκάστους βλαπτόμενοι ξύμπαντες κινδυνεύομεν· ξυμμάχους δὲ οὐδέποτε τοιοῦτον ἐπαξόμεθα, οὐδὲ διαλλακτάς. IV, 64.

Sed haec utilitas, ad res publicas et maxime ad patriae nostrae commoda spectans, quamvis maxima, tamen non una est, quae e Thucydidis librorum lectione percipiatur. Nam plurimae etiam insunt sententiae sensum moralem omnino acuentes atque corroborantes, quas in Additamentis colligemus. Atque ipsius historiae cognitionem, quam valde amplificari per se patet, ut iam taceamus, Graecorum Periclis aevo viventium ingenium, civitatum conditionem, opes et varii generis instituta nescio unde melius cognoscamus, quam ex his Thucydidis libris. Quibus dolendum est hanc in rem nondum satis usos esse eos, qui antiquitates Graecorum exposuerunt; nisi quod Stielke quidam Hamburgensis φρυκταρίαν Graecorum tenui libello e Thucydide illustrare studuit, et nuper Boekhius in libro egregio, cui titulus: Die Staatshaushaltung der Athener, quod ab aliis neglectum erat, facere multo cum fructu incepit. Nam si

Meier-

Meierotto Thucydidem reprehendit (de Thucyd. p. 196.), quod nusquam numerum civium populorum bellum gerentium, eorum divitias, naves, frumenti copiam descripserit, sed ad animum nationum, qui quoque tempore fuerit, respicere satius duxerit, hoc primum non verum est, si de Atheniensibus cogitatur. Hi enim quot tunc habuerint milites, quot naves, quot opes, scriptor noster sane dicit satis accurate. Vide modo II, 13. III, 17. et alibi. In Lacedaemoniis autem idem facere, ob studium eorum omnia sua occultandi (διὰ τὸ κρυπτὸν τῆς πολιτείας), ei non licebat; nam ne numerum quidem exercitus Spartanorum, qui contra Argivos expeditionem susceperat, aliter quam ratiocinando potuit intelligere V, 68. Praeterea et apud Graecos plus animus atque ardor, quo res aggrediebantur, quam copia hominum et armorum effecit, et nos illa, quae iam fere evanuerunt, quam haec, quibus computandis ipsi magis quam cupimus saepe exercemur, cognoscere praestat.

Tunc vero etiam oratori plurimum prodest haec historia. Vix enim alium inveniet librum, e quo, quid quoque in loco dicendum, quomodo hominum animi quoque tempore perturbandi, sedandi, commovendi, fallendi, atque aliis plurimis cupiditatibus et sensibus afficiendi sint, exemplis melius discat quam ex historia Thucydidis. „Quam non mirum est in omnibus scholis rhetorum esse praelectam. Qui si solum perspicuitatem aut suavitatem narrationis spectassent, Herodotus iis praelegendus fuisset. Sed quum oratores instituere vellent, alius liber nullus certius id efficere potuit Thucydide. Quod senserunt Cicerones seriorum Romanorum ut antiquiorum Graecorum; Demosthenes ipse novies hanc historiam legisse fertur; eaque hac ex parte liber classicus in omne tempus erit.“ (Meierotto l. l. p. 191.)

Denique vero etiam, quod iam prius commemorari debebat, geographia et topographia vetus multum illu-

stratur scriptis Thucydidis. Quod non fugit eos, qui vel Cluveri Siciliam antiquam, vel Gattereri commentationem de Thracia secundum Herodotum et Thucydidem, vel etiam Goelleri librum de situ Syracusarum perscrutati sunt. Praeterea nos ipsi commentarios rerum geographicarum adiiciemus, qui hanc Thucydidis librorum utilitatem, nisi spes nos fallit, aliquantum declarabunt.

Quae autem hactenus de Thucydidis historia scripta sunt, si uno obtutu complectimur, intelligimus, eam criticam, pragmaticam atque politicam historiam dicendam esse. Talem librum primus scripsit Thucydides, ut ex iis, quae de prioribus Graecorum historicis cap. I. dicta sunt, satis apparet. Qua quidem historiae summam attulit utilitatem, quanquam ipse non plane sciens, quanta huius inventionis vis sit. „Huic enim viro," ut egregie scribit Heeren. Ideae de polit. atque mercat. veter. popul. t. III. p. 1. pag. 470., „Musa historiae primo intimam suam naturam aperuit; certius hoc neque ante eum neque post eum quisquam terminum historiae et mythi constituit. Hoc vero quid aliud significat, quam terminum totius ex historia prodeuntis animi cultus in oriente atque occidente? et si clare cogitare volumus, quae omnia ex hoc genere animorum cultus sequuntur, etiam omnis sensus et iudicii litteris effecti in oriente atque occidente? quarum terrae partium magnum discrimen inde maxime oritur, quod occidentalis regio artem criticam excoluit, orientalis nunquam. Iam igitur maximum dicimus progressum, quem Thucydides fecit; iure eum contendimus aetate sua superiorem fuisse." Verum hoc dum praedicamus, necesse est examinemus etiam, quibus rebus adiutus tanta praestare potuerit; hac enim quaestione omissa, verendum, ne paene incredibilis res videatur. Ac maximum quidem, quo scriptor usus est, adiumentum haud dubie positum erat in ipsius animo veritatis amante, a superstitione libero, patriae et rerum publicarum

omnino studioso atque aliis multis virtutibus praedito. Sed de his, ut de omni rerum eius conditione, quae ipsa multum ei profuit, iam supra cap. II. expositum est. Verum haec nondum sufficere videntur ad indolem huius historiae explicandam, quum haud dubie plures tunc etiam prius vixerint viri et ipsi veritatis amore imbuti atque etiam prospera rerum suarum conditione adiuti, qui tamen nihil eiusmodi, ut Thucydides, perfecerunt. Aliae igitur quaedam causae investigandae sunt, quarum duas maximam vim habere iudicamus. Earum altera haec est, quod Thucydides historiam sui temporis scripsit. Nam qui de rebus priscis exponit, eum hoc argumentum minus cogit veritati studere; neque enim quisquam adest, qui errantem convincere erroris eo possit, quod ipse suis oculis rem viderit, neque valde dubitant plerique de fide rerum olim gestarum, quamvis mirabilium, quoniam vetera, ut iam supra monitum, augusta quadam specie splendent, quae etiam volentem vera dicere saepe deterret. Sed aliter res se habet, ubi de praesentibus temporibus agitur. Nam ibi multi adsunt, qui et participes rerum fuerunt, et sua interesse putant, ut omnia, plane ut facta sunt, narrentur; praesertim si, ut in bello Peloponnesiaco, non omnes unius populi cives contra eosdem hostes pugnant, sed diversas partes sequuntur. Ibi igitur etiam quam facile historia corrumpatur et quam diligente narrationum exploratione opus sit, cognoscimus. Qui vero, ut Thucydides, in rerum praesentium contemplatione veritatis studium maxime facere didicit, idem deinde facilius in praeterita quoque tempora transfert. Alterum argumentum ducimus ex conditione Athenarum, qualis Thucydidis aevo fuit. Quanquam enim inter illud tempus, quo Herodotus historiam suam Graecis recitavit, atque id, quo belli Peloponnesiaci res consignare incepit Thucydides, pauci tantum anni intercesserant, tamen iis quum universae Graeciae tum Athenarum status

plane mutatus erat. Graeci enim non ita, ut antea, genio suo tantum indulgere atque dies inter spectacula publica, convivia atque alias res ludicras transigere poterant, sed hilaritas eorum coercebatur rerum publicarum tristiori conditione, ad quam omnes animum advertere et severiorem quandam vitam instituere coacti erant; unde etiam in scripta horum temporum serius quidam sensus et rerum publicarum studium transiit. Praeterea per Periclem Athenarum imperium plebi permissum erat, atque ab hoc tempore et illud, quod modo diximus, studium et concionatorum auctoritas atque ipsius artis oratoriae necessitas aucta erant. Mox etiam sophistae exstiterunt, qui tam praeceptis quam exemplo eandem artem commendarunt atque excoluerunt. Quid igitur mirum, quod Thucydidea et pragmaticam voluit esse hanc historiam et orationibus ad hoc efficiendum uti decrevit? Neque silentio praeteriri potest magna vis, quam philosophia, quae illis temporibus Athenis florere incipiebat, in viros praestantioris ingenii exsereret necesse erat. Quo enim tempore et qua in urbe Anaxagoras, qui mente docuit mundum factum esse et regi, atque Socrates, qui philosophiam a coelestibus ad hominum vitam traduxit, vixerunt, ibi ut superstitio evanesceret, atque rerum gestarum causae in humano ingenio quaererentur, opus erat. Quod Thucydidem, quem Anaxagorae discipulum fuisse scimus, prae reliquis facere decebat. Manebant tamen eum vel sic multae difficultates; sed has omnes superavit, et dignam magni illius philosophi sectatore, dignam Periclis aevo reliquit historiam. Cf. Creuzer. Herodot. et Thucyd. p. 97. sqq.

II. De elocutione Thucydidis.

Elocutionis praecepta partim communia sunt omnibus omnium populorum, et quatenus de Graecis literis agitur, potissimum omnibus Graecis scriptoribus, partim ad certa dicendi genera spectant. Illis mundities sermonis, his eius ornatus regitur; et si ad Thucydidem res transfertur, illa eum, quatenus omnino Graecus et potissimum Atticus scriptor, haec, quatenus historicus est et bellum Peloponnesiacum describit, propius attingunt.

A. De Thucydide, quatenus omnino Graecus et quidem Atticus scriptor est.

Unumquemque scriptorem decet studere puritati, perspicuitati atque urbanitati sermonis. Quae virtutes et in electione vocabulorum, et in flexione, et in coniunctione eorum inter se, ex qua efficiuntur enunciata, inesse possunt. Purum igitur dicimus sermonem, qui analogiam linguae, et, si qua lingua plures habet excultas dialectos, e quibus unam elegit scriptor, etiam huius dialecti diligenter sequitur, ideoque in vocabulorum ut electione ita flexione et syntaxi omnibus abstinet vel plane vitiosis seu male cogitatis, vel certe peregrinis seu alius linguae vel saltem alius dialecti propriis. Perspicuus fit sermo, si in vero eius sensu constituendo a viris linguae peritis errari non potest; quare diligenter discernendae voces, flexiones et structurae, quarum affinis est significatio, et evitandae obsoletae aut novatae atque omnino obscurae et ambiguae. Urbanitas decorum et morem hominum elegantiorum iubet sequi, cavere autem turpia, obscoena, nimis humilia vel ab infima plebe usurpata, nimis dura et aspera. Quae quidem praecepta quanquam in omnibus linguis valent, tamen quo minus aliqua lingua ex peregrinorum literis pendet, quo magis

verborum copia gaudet, quo subtilius exculta est, eo magis scriptores ut his praeceptis satisfaciant, postulare possumus. Itaque Graecos iis prae reliquis operam dare decebat, quorum lingua neque ut Latina et nostra tam mature multa peregrina verba recepit, ut ea vel evitare vel expellere difficillimum esset, neque, ut Hebraica, verborum copia eorumque diligenti distinctione carebat; sed Thucydidis aevo iam ita exculta erat, ut, quas supra necessarias iudicavimus virtutes, eas assequi docto et accurato scriptori liceret. Qua laude an ille dignus sit, iam exploremus.

Quod vel ideo necessarium est, quia etiam elocutionem Thucydidis iam antiquis temporibus fuerunt qui reprehenderent, ut Claudius Didymus (vid. Fabric. Bibl. Gr. II. p. 827.) et, quem in hoc numero exspectabis, Dionysius Halicarnassensis. Cui Thucydidis sermo saepe videtur molestus (ὀχληρός p. 888.), affectatus (περίεργος) et amarus (πικρός p. 913.), puerilis (μειρακιώδης), frigidus (ψυχρός p. 935.), aenigmatis et Heraclíti tenebris obscurior (p. 936. et p. 929.), perplexus et labyrinthis intricatior (p. 913. et 928.), et alia plurima convicia in eum effundit. Dionysii iudicium hac quoque in re plurimi sequentes, Thucydidem grammatices regulas plerasque contemnere ac violare clamitant, ideoque ab eius historia legendi et alios deterrent et ipsi deterreri se patiuntur. Culpa huius rei magnam partem etiam in quosdam viros doctos coniicienda est, qui Thucydidis libros vel ediderunt vel illustrare studuerunt. E quibus Abreschius (in Dilucidationibus Thucydideis), quum praeconceptis opinionibus et ipse teneretur, neque iis se expedire posset, praetereaque iusta grammatices quum universae tum Graecae cognitione careret, maxime in verborum ordine constituendo tantum sibi indulsit, ut nihil tam contortum atque absonum cogites, quod ille non a Thucydide dici potuisse sibi persuaserit. Reiskii autem quale iudicium

fuerit de Thucydide, docent haec verba eius praefationis ad interpretationem orationum vernaculam: „Thucydidis Kürze besteht in kurz abgestutzten und nach einer gewissen kurzen Elle verschnittenen Perioden, mit frostigen Wortspielen, eckelhaften Antitheten, greulichem Verwurfe der Worte, über alle Massen harten und unerhörten Wortfügungen, die selbst die gebornen alten Griechen und die grössten Verehrer des Thucydides nicht verdauen können, sondern soloecismos, das ist Sprachschnitzer, schelten, die sich auf keine Weise entschuldigen lassen, und die man nur so ganz wie sie sind, ungekaut, mit Haut und Haaren verschlucken muss.“ Non multo melius, quanquam non tam horridis verbis, iudicant Gottleberus et Bauerus. Sed hoc, quod vulgi quoque iudicium est, duae res sunt quae cuique sine partium studio iudicanti valde suspectum reddant. Nam Dionysium Halicarnassensem, ubi de argumento a Thucydide electo et tractato loquitur, modo intellexímus adeo halucinatum esse, ut eum de sermone huius historici non melius iudicasse, atque vel vim et indolem historiae omnino non perspexisse, vel civis sui Herodoti laudibus, quibus officere Thucydidem putaret, inservire voluisse facile suspicemur, praesertim quum eum ipsum sermonem, quem tantopere vituperes, in Antiquitatibus non modo imitetur, sed saepe exscribat, quod infra apparebit. Deinde Thucydidis loquendi genus, ut alibi cognoscemus, tot insignes inter Graecos viri et admirati et imitati sunt, ut aut hos puri et elegantis sermonis ignaros, aut Thucydidem idoneum eius magistrum esse necesse sit statuas. De quo ne vagum et fluxum sit iudicium, iam exempla, e quibus Thucydidis dicendi ratio cognosci potest, ordine quodam descripta proferamus, qua quidem re et ad hunc ipsum scriptorem recte aestimandum et intelligendum aditum paraturos, et partibus quibusdam grammaticae Graecae illustrandis profuturos nos aliquantum speramus.

Apparebit autem, illa crimina si non plane ficta sunt, in ipso argumento librorum Thucydidis idoneam habere excusationem. Caeterum eiusdem rei periculum iam ante nos fecerunt Heilmannus de ingenio et sermone Thucydidis Opusc. vol. II. p. 156. sqq. et Bauerus partim in libello De lectione Thucydidis optima interpretandi disciplina, partim in Philologia Thucydideo — Paulina. Sed ille pauca de multis, neque semper gravissima attigit; hic quanquam longe plura complexus est, atque etiam eum disputationis ordinem instituit, qui facilem totius rei conspectum permittit, qua de causa nos eundem ordinem in multis retinuimus, tamen quum Graecae grammaticae ignarus et Dionysii opinionibus addictus esset, de harum fide nihil dubitans, modo exempla undique corrasit, quibus eas confirmaret. In quo studio aliquoties depravatis exemplaribus deceptus est, saepissime sensum interpretando pervertit. Praeterea in Philologia exempla e solis concionibus Thucydidis repetiit. Maxime tamen lepidum est, quod sermonem, qui est in Iudaeorum sacris libris, cum Thucydidis loquendi genere comparavit! Tales nugae a nobis absint!

Cap. VII. A. De *puritate* sermonis Thucydidis, ac 1) quidem quatenus *in observata indole Graecae linguae omnino* cernitur.

Examinantur, quae huic rei repugnare videntur, et a) quidem enallage α) *numeri singularis et pluralis.*

Puritate sermonis excellere Thucydidem ipse quidem Dionysius p. 775. clare fateri videtur, quum eum dicat diligenter servasse purum et indolem Graecae linguae retinentem sermonem (*Πρώτη τῶν ἀρετῶν γένοιτ' ἂν — ἡ καθαρὰ τοῖς ὀνόμασι καὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα σώζουσα διάλεκτος· ταύτην ἀκριβοῦσιν ἀμφότεροι, Ἡρόδοτός τε —*

Θουκυδίδης τε), atque Atticae dialecti optimum exemplar (ἄριστον κανόνα τῆς Ἀττίδος) esse. Sed ei laudi, qua Thucydides ingenium Graecae linguae servasse perhibetur, repugnat, quod p. 791 et 867. legimus, ubi ab eo usum vocabulorum inverti, verba pro nominibus et vicissim *nomina* pro verbis, activa pro passivis et passiva pro activis poni, substantivorum numeros, genera et casus *libere* commisceri eorumque naturam mutari, atque in verbis tempora confundi Dionysius contendit. Quae omnia si temere facta sint a Thucydide et praeter omnium aliorum scriptorum morem, ut statuere videtur censor iste, historicus, de quo agitur, non modo Graecae, sed omnium linguarum naturam neglexit et violavit, nec sermone soloecismi speciem prae se ferente (σολοικισμῶν λαμβάνουσι φαντασίαν), sed vere soloeco usus est, (quem revera in eo deprehendit Dionysius p. 907.,) neque ullo modo inter classicos scriptores referri potest. Quo graviora igitur haec crimina sunt, eo magis singula spectanda putamus. Quod ita faciemus, ut primum de numeris, generibus et casibus exponamus, quoniam illi aperte, atque, si participium et infinitivum respicimus, etiam haec nominum et verborum communia sunt; tum vero ad verborum modos, tempora atque personas nos convertamus.

Distinguemus autem *permutationem simplicem*, si qua flexio vocabulorum ita posita est, ut alia pro ea exspectetur; et *duplicem* seu *inversionem*, si duae flexiones mutuo inter se commutatae sunt (ut si λαβόντες ἐπῆλθον dictum esset pro ἔλαβον ἀπελθόντες). Illam *enallagen*, hanc *hypallagen* vocamus cum Grammaticis quibusdam. Utraque vero examinata etiam partes orationis, quatenus vel ipsae, vel, si e pluribus constant generibus, certe haec genera inter se invicem permutantur, contemplabimur. Quam vocamus *antimeriam*, paulo latiori sensu quam Grammatici veteres. Subiiciemus denique nonnulla de ellipsi et pleonasmo, quoniam etiam

in his multa a Thucydide contra consuetudinem loquendi innovata esse, vulgo credunt. Antequam tamen ad haec progrediamur, quaerendum, quid omnino significet *unum positum esse pro altero*, quibus verbis vulgo de illis permutationibus utuntur. Ea vero, ut ipsum *permutari*, apparet variis modis intelligi posse. Aut enim valet, unum positum esse, quum alterum poni necesse esset. Quod aliter fieri non potest, quam si quis aut male cogitavit aut linguae parum peritus est. Quorum neutrum quum quadret in classicum scriptorem, quibus annumeratur Thucydides, eo sensu nihil pro altero positum dici potest. Saepe vero etiam lingua quaedam duas vel plures habet loquendi formulas, e quibus una paulo subtilior vel usitatior est quam altera, una poetico altera pedestri sermoni, una sublimiori altera tenui vel etiam medio dicendi generi proprie convenit. Iam in his facilius possumus labi, quippe quae non tam accurate in omnibus linguis distincta sint, quin vel optimi scriptores interdum in iis vel fluctuent vel peccent. Nonnunquam vero adeo licet insolentiora usitatis, poetica solutae orationis vocabulis in hoc ipso sermone praeferre, ut infra videbimus; tum vero nihil amplius in his reprehensionis superest. Saepe etiam praecepta unius linguae ex aliarum linguarum regulis male iudicantur, et si quid in illa ab harum consuetudine et fortassis etiam a philosophicae grammaticae legibus recedit — ut quaeque lingua habet multas proprietates seu idiomata, quae contra communem linguarum naturam in usum venerunt (vid. Herm. ad Vig. p. 867.) — illud pro alio usurpatum existimatur. Hoc sensu qui unam loquendi formulam pro altera ponit, non solum non reprehendendus est, sed etiam laudandus, quia indolem patriae linguae quam maxime servat. Atque hoc ipso sensu vel certe proxime antememorato Thucydidem tale quid sibi permisisse contendimus, quod iam sumus demonstraturi. Ponimus autem in omni hac dis-

quisitione lectores bene gnaros non solum eorum, quae in vulgatis grammaticis libris de syntaxi Graeca exponuntur, sed etiam illorum idiomatum Graecae linguae, de quibus sub finem Grammaticae Buttmannus et in additamentis ad Vigerum et passim in notis ad veteres scriptores Hermannus disputare inceperunt, et e quibus latissime patent attractio et structura πρὸς τὸ σημαινόμενον. Primum igitur loquimur de numerorum permutatione, de qua haec annotavit Dionysius p. 798. Singularem pro plurali a Thucydide poni monet in verbis *Καὶ οὕτως ἄρα παρέστησε, τὸν μὲν Συρακούσιον, αὐτὸν δὲ οὐ πολέμιον εἶναι τὸν Ἀθηναῖον*, (Reg. 2. et Colb. *τῶν Ἀθηναίων*) et *Καὶ τὸν πολέμιον ἑκάτερον ἔχομεν, μὴ φῳδίας αὐτῷ πάλιν οὔσης τῆς ἀναχωρήσεως*, ubi *τοὺς Συρακουσίους, τοὺς Ἀθηναίους*, et *τοὺς πολεμίους* dicendum fuisse scribit. Reperiuntur hi loci VI, 78. et IV, 10., sed prior depravatus atque sic emendandus est, *Καὶ εἰ τῳ ἄρα παρέστηκε, τὸν μὲν Συρακούσιον, ἐνιὸν δ' οὖν, πολέμιον εἶναι τῷ Ἀθηναίῳ*, ut docent Thucydidis libri, quibuscum etiam Dionysii libri p. 936., ubi iterum horum verborum mentio fit, consentiunt. Quis vero non videt, hunc singularis pro plurali usum talem esse, ut, qui eum reprehendat, non Thucydidem, sed optimos multarum linguarum scriptores vituperet? Nam ut a verbis l. IV. incipiamus, quis non sexcenties et Graeca atque Latina, et recentioribus linguis in descriptione proeliorum legit: Der Feind drängte uns, der Feind focht hartnäckig, et quae sunt similia. Cf. Schell. Lex. Lat. s. v. *hostis* et Grotef. Gr. Lat. §. 266. not. 1. et quae e Tacito annotantur Athen. vol. II. fasc. 2. p. 263. Alterum Thucydidis locum sic excusare possimus, ut nomina populorum saepe in singulari etiam ab aliis scriptoribus multis poni diceremus. Vid. Gregor. Cor. p. 126. sq. et ibi Interpp., qui recte comparant formulas, quibus inter nostrates vulgus utitur, der Türke wird bald kommen, et similes. Sed apud Thucydidem accedit, quod loquitur

legatus Syracusanorum cum aliarum civitatium legatis, in qualibus orationibus saepe ita dicitur, quasi non de omnibus civibus, sed de iis solis, qui praesentes sunt et reliquorum vices sustinent, agatur. Quod docent etiam verba Hermocratis IV, 64. init.

Meliora exempla quum non attulerit Dionysius, videamus, an forte alibi inveniantur. Ac Wassius quidem in Praef. Duk. p. XVI. sq. t. II. ed. Lips. aliquot locos attulit, ubi singularis pro plurali positus sit, sed eos ipse docuit tales esse, ut aut ἕκαστος vel τίς cogitatione addendum sit, aut formulae illae per usum loquendi vel semper vel plerumque eaedem maneant, ut πρύμναν προύεσθαι, ἐπὶ πόδα ὑποχωρεῖν. Porro praecedente vel sequente plurali saepe τίς et ὅστις singulari numero efferuntur, ut Οὐ τοῖς ἐπὶ βλάβῃ ἑτέρων ἰοῦσιν ἡ ξυνθήκη ἐστὶν, ἀλλ' ὅστις etc. I, 40. Cf. I, 80. III, 67. IV, 61. 71. (ubi ita interpungendum, καὶ οὕτω σφίσιν ἀσφαλεστέρως ἔχειν, ὅστις εἴη [ὁ κρατήσας], εὔνους κρατήσασι προσχωρῆσαι.) III, 38. ἄλλο τι ἢ ἐν οἷς ζῶσιν. Sed hic quoque usus vulgo notus. Huc pertinent etiam verba III, 74. Ἐμπιπρᾶσι τὰς οἰκίας φειδόμενοι οὔτε οἰκείας οὔτε ἀλλοτρίας, ubi τινός vel οὐδεμιᾶς supplendum. Etiam pronomen relativum, si notio rei omnino cogitatur, in singulari ponitur, ut bene se habeat scriptura VII, 48. Χρήμασιν, ᾧ πολὺ πρείσσους εἰσὶ, νικηθέντας ἀπιέναι. Sed II, 13. Ὁπλίτας δὲ τριςχιλίους καὶ μυρίους εἶναι ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις καὶ τῶν παρ' ἕκαλξιν ἑξακισχιλίων καὶ μυρίων, si παρ' ἕκαλξιν interpretamur *in propugnaculis*, singularis pro plurali dictus erit; sed fortassis significat, ut etiam accusativus docere videtur, *qui ad tutelam* (moenium) *collocati erant*. Certe hoc nomen etiam VII, 28. singulari numero ponitur. Ne autem in βραχύτατον ἀπέχει IV, 24. neutrum superlativi, quippe pro adverbio dictum, plurali numero efferendum fuisse putes, cogita, etiam διάστημα subaudiri posse. Restant duo loci, qui insolentiores videantur. I, 120. Ἀγα-

θῶν δὲ (ἀνδρῶν ἐστιν) ἀδικουμένους, ἐκ μὲν εἰρήνης, πολεμεῖν, εὖ δὲ παρασχὸν, ἐκ πολέμου πάλιν ξυμβῆναι· καὶ μήτε τῇ κατὰ πόλεμον εὐτυχίᾳ ἐπαίρεσθαι, μήτε τῷ ἡσύχῳ τῆς εἰρήνης ἡδόμενον ἀδικεῖσθαι. Ubi sane proprie ἡδομένους dicendum erat. Sed quum nihil refert, utrum sententia quaedam plurali an singulari expressa cogitatur, ut hic, ubi aeque bene ἀγαθοῦ ἀνδρός scribi poterat, Graeci ab uno numero ad alterum transire possunt. Cuius rei exempla e Xenophonte petita laudavimus in edit. Cyrop. apud Schwickertum venali ad I, 6, 21. Add. Dorv. ad Char. p. 540. sq. ed. Bat. Heind. ad Protag. p. 499. et ad Cic. de natura Deor. I, §. 51. it. Pors. suppl. praefat. ad Hec. p. XLII. Lips. Minus frequens est hic usus singularis, qui II, 5. exstat, ἁμάξας ἐς τὰς ὁδοὺς καθίσασαν, ἵν' ἀντὶ τείχους ᾖ, ubi ne ad schema Pindaricum, (de quo vid. Herm. in comment. de metris Pind. ad Olymp. VIII.) confugias, cogitandum, aut τὸ καθισταναι τὰς ἁμάξας suppleri posse, aut scriptorem in mente habuisse τὰ ἅρματα, quae structura non grammaticae verborum formae, sed sensui accommodata seu σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, etiam licentiae paulo ante tractatae fundamentum, et similiter in generum permutatione frequens est. Vid. Matth. Gr. Gr. p. 602. et quae infra passim hac de re dicentur. Ex eodem more Graecorum explicandus locus V, 47. Τοῖς βοηθοῦσιν ἡ πόλις ἡ πέμπουσα παρεχέτω μέχρι τριάκοντα ἡμερῶν σῖτον, ἐπὴν ἔλθῃ ἐς τὴν πόλιν τὴν ἐπαγγείλασαν βοηθεῖν. Ubi ἔλθῃ ponitur, quia scriptor in mente habet ἡ βοήθεια.

Pluralem pro singulari invenit Dionysius in his verbis II, 36. Μέχρι γὰρ τοῦδε ἀνεπτοὶ οἱ ἔπαινοι εἶσι περὶ ἑτέρων λεγόμενοι, ἐς ὅσον ἂν καὶ αὐτὸς ἕκαστος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαί τι ὧν ἤκουσε: τῷ δὲ ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσιν, ubi φθονοῦντες ἀπιστοῦσιν reprehendit, et p. 802. in vv. VI, 55. ὁ δῆμος ἐν πολλῇ ἔριδι — ἦσαν. Sed quis ignorat, post ἕκαστος et omnia nomina collectiva tum singularem tum pluralem in Graeca

pariter atque Latina aliisque linguis recte inferri? Vid. Intpp. ad utrumque loc. et Matth. Gr. Gr. p. 418 sq. Quod si fit, saepe cum numero etiam genus necessario mutatur, et femininum vel neutrum singularis numeri masculinum pluralis sequitur, *Στρατιὰν ἐπὶ νεῶν πέμψετε τοιαύτην ἐκεῖσε, οἵτινες κ. τ. λ.* VI, 91. Cf. c. 61. 80. et Matth. Gr. p. 601. Ita saepissime post nomina urbium. I, 136. *Φεύγει ἐς Κέρκυραν, ὧν αὐτῶν εὐεργέτης.* III, 2. *Λέσβος ἀπέστη — βουληθέντες — ἀναγκασθέντες.* Add. III, 5. VII, 23. *Τὰ μὲν κατὰ τὴν Μυκαλησσὸν πάθει χρησαμένων ὀλοφύρεσθαι ἀξίῳ τοιαῦτα ξυνέβη.* III, 97. *Ἐπὶ τὴν πόλιν οὐδὲν μᾶλλον ἐπέπλεον, καίπερ ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ φόβῳ ὄντας*, quae verba laudat Gregor. Cor. p. 71., ut doceat, Atticis in usu esse *μὴ ἀποδιδόναι τὴν σύνταξιν πρὸς τὴν φανὴν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον.* Vid. ibi Bast. Dorvill. ad Chariton. p. 415. Lips. et nos sequenti capite. Non minus omnibus Atticis usitatum verbalia, qualia sunt *παραδοτέα, διαφυτέα, τιμωρητέα* (I, 86.), *παριτητέα* I, 72., *ἐπιχειρητέα* I, 118., *πλευστέα* VI, 25. aut formulas, quales sunt *ἀδύνατά ἐστιν, πλωϊμώτερα ἦν* v. *ἐγίγνετο* (I, 7. not.), *εὐφυλακτότερα ἦν* (Duk. ad VIII, 55.), in plurali ponere. Vid. Matth. Gr. p. 617. sq. Neque tamen in his plane sibi constitit Thucydides. Nam quanquam *ἀδύνατα* saepissime usurpavit (cf. I, 59. 125. II, 72. 74. III, 88. IV, 1. V. 14. VII, 43. VIII, 60. al.), quod notarunt etiam veteres Grammatici (Suid. Phot. Zonar. Bekk. Anecdd. I. p. 342. schol. Eurip. ad Hippol. v. 269. Phavor.), singularis tamen legitur III, 15. 43., et si optimos libros sequimur, etiam I, 1. et III, 37., ut *δυνατὸν εἶναι* III, 42. Explicari etiam potest pluralis in verbis V, 8. *Καὶ ἐπέξοδον μὲν καὶ ἀντίταξιν οὐκ ἐποιήσατο πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, δεδιὼς τὴν αὐτοῦ παρασκευὴν καὶ νομίζων ὑποδεεστέρους* (scribe *ὑποδεέστερος*) *εἶναι, οὐ τῷ πλήθει (ἀντίπαλα γάρ πως ἦν) ἀλλὰ τῷ ἐξιδιάτι.* Ubi cum schol. ad *ἀντίπαλα* suppiendum *ἑκάτερα τὰ στρατεύματα* s. potius *τὰ πλήθη*, ut non

opus sit corruptorum librorum scriptura ἀντίπαλον. Verum III, 98. in vv. *Πᾶσά τε ἰδέα κατέστη τῆς φυγῆς καὶ τοῦ ὀλέθρου τῶν στρατοπέδων τῶν Ἀθηναίων*, quum de uno exercitu agatur, τῷ στρατοπέδῳ reponi bene iussit Benedictus. Nam dativo usus est Thucydides in simili loco I, 109. *Καὶ αὐτοῖς πολλαὶ ἰδέαι πολέμων κατέστησαν.* In *pronominibus* autem neutrum pluralis nonnunquam singularis vim habet. III, 13. ἃ διενοήθησαν, φράξαι τοὺς ἕρκους. Cf. Bremi ad Cornel. Nep. Timol. c. 3. et Schaef. Ind. ad Dion. de Compos. verb. Sed VI, 87. in *Καθόσον δέ τι ὑμῖν τῆς ἡμετέρας πολυπραγμοσύνης καὶ τρόπου τὸ αὐτὸ ξυμφέρει, τούτῳ ἀπολαβόντες χρήσασθε· καὶ νομίσατε, μὴ πάντας ἐν ἴσῳ βλάπτειν αὐτά, πολὺ δὲ πλείους τῶν Ἑλλήνων καὶ ὠφελεῖν*, duo substantiva atque etiam indefinitum τί praecedunt. Latinorum usum *nos* pro *ego* dicendi non admittit Thucydides. Nam qui unus locus hoc probare videtur VI, 89., ubi Alcibiades dicit, *Τῶν δ' ἡμῶν προγόνων τὴν προξενίαν ὑμῶν κατά τι ἔγκλημα ἀπειπόντων*, in eo nisi δ' ἐμῶν rescribendum putas, cogita, Alcibiadis et Lacedaemoniorum maiores sibi mutuo hospitium renuntiasse. Maxime mirus usus pronominis σφῶν in his duobus locis V, 71. *Δείσας δὲ ὁ Ἄγις, μὴ σφῶν κυκλωθῇ τὸ εὐώνυμον* (*suum sinistrum cornu*) et V, 73. *τὸν Ἄγιν, ὡς ᾔσθετο τὸ εὐώνυμον σφῶν πονοῦν.* Sed si alii scriptores σφίν et σφέ in omnibus numeris dicunt (vid. Buttm. Gr. max. §. 72. not. 19.), cur solus genitivus hunc usum respuat, praesertim quum Thucydides etiam σφέτερος ad nomen singularis numeri referat VII, 1. 4. 8., et, ut infra videbimus, in discernendis pronominibus tertiae personae accurate versetur et tamen οὗ in genitivo non dixerit, eo usus est Plato, et οἷ in dativo ipse non spernit. Vid. II, 13. bis. IV, 28. E libris οἷ inserendum etiam VII, 49., ut contra in praestantissimis libris excluditur VII, 42. et semel II, 13. (Xenophon, ut Thucydides, e singulari huius pronominis tantum dativum usurpat. Cf. Ind. ad

Cyrop. et Matth. Gr. p. 175. Lepida autem eorum interpretatio, quibus σφῶν pro τῶν ἑαυτοῦ positum videtur.

Aeque memorabiles ii sunt loci, in quibus aliquis una cum aliis quidpiam fecisse dicitur. Ibi enim Thucydides ita solet singularem et pluralem permutare, ut facilius criminationibus obnoxius videretur, nisi etiam hic alii scriptores similiter loquerentur. III, 109. *Κρύφα Δημοσθένης μετὰ τῶν ξυστρατηγῶν Ἀκαρνάνων σπένδονται Μαντινεῦσι — βουλόμενος.* Ubi primum σπένδονται scripsit, quia *Δημοσθένης μετὰ τῶν ξυστρατηγῶν* idem est quod *Δημ. καὶ οἱ στρατηγοί* (prorsus ut Nepos de alio Demosthene loquens, *Demosthenes cum ceteris — in exilium erant expulsi.* Phoc. 2., ubi vid. Bremi), mox autem per *βουλόμενος* ad usitatiorem structuram revertitur. Ita I, 91., ubi quae Themistocles cum duobus aliis Atheniensium legatis Lacedaemone egit, narrantur, primum *εἶπεν*, tum *ἔφασαν*, denique *ἔφη* legitur. VIII, 56. *Ἤιτει τοσαῦτα ὑπερβάλλων ὁ Ἀλκιβιάδης, λέγων αὐτὸς ὑπὲρ παρόντος Τισσαφέρνους, ὥςτε τῶν Ἀθηναίων, καίπερ ἐπιπολὺ, ὅ,τι αἰτοίη, ξυγχωρούντων, ὅμως αἴτιον γενέσθαι. Ἰωνίαν τε γὰρ πᾶσαν ἠξίουν δίδοσθαι καὶ αὖθις νήσους τε τὰς ἐπικειμένας, καὶ τἆλλα* (ita codd. plerique pro *καὶ ἄλλα*), *οἷς οὐκ ἐναντιουμένων τῶν Ἀθηναίων, τέλος ἐν τῇ τρίτῃ ἤδη ξυνόδῳ, δείσας, μὴ πάνυ φωραθῇ ἀδύνατος ὤν, ναῦς ἠξίου ἐᾶν βασιλέα ποιεῖσθαι.* Ubi pro *ἠξίουν δίδοσθαι* inepte unus Mosqu. *ἠξίου γε δόσθαι.* Pluralem et ad Alcibiadem et ad Tissaphernem spectare vere monuit Aem. Portus. Porro si sermo est de re per ducem in bello gesta, ad quam militum auxilio opus est, etiamsi hi non diserte nominati sunt, tamen saepe oratio a singulari ad pluralem transit. Quod factum III, 51. *Ἀπετείχιζε (Νικίας) καὶ τὸ ἐκ τῆς ἠπείρου, ᾗ κατὰ γέφυραν διὰ τενάγους ἐπιβοήθεια ἦν τῇ νήσῳ, οὐ πολὺ διεχούσῃ τῆς ἠπείρου. ὡς δὲ τοῦτο ἐξειργάσαντο, ὕστερον δὴ καὶ ἐν τῇ νήσῳ τεῖχος ἐγκαταλιπὼν καὶ φρουρὰν, ἀνεχώρησε τῷ στρατῷ*, ubi nihil opus corruptorum librorum

rum scriptura ἐξειργάσαντο, et III, 112. Ὡς οὖν ἐνέπεσε (Δημοσθένης) τῷ στρατεύματι αὐτῶν, τρέπουσιν (οἱ αὐτοῦ στρατιῶται), καὶ τοὺς πολλοὺς διέφθειραν. Contra etiam nonnunquam ubi milites commemorati sunt, in singulari procedit oratio, quasi de imperatore solo sermo fuisset. Βρασίδας καὶ τὸ πλῆθος εὐθὺς ἄνω ἐτράπετο, βουλόμενος κατάκρας ἑλεῖν αὐτήν. IV, 111. Et si de pluribus ducibus actum est, postea eorum princeps solus spectatur. Ἰσχαγόρας μέντοι, καὶ Ἀμεινίας, καὶ Ἀριστεύς, αὐτοί τε ὡς Βρασίδαν ἀφίκοντο, ἐπιδεῖν πεμψάντων Λακεδαιμονίων τὰ πράγματα, καὶ τῶν ἡβώντων αὐτῶν παρανόμως ἄνδρας ἐξῆγον ἐκ Σπάρτης, ὥστε τῶν πόλεων ἄρχοντας καθιστάναι, καὶ μὴ τοῖς ἐννυχοῦσιν ἐπιτρέπειν. Καὶ Κλεαρίδαν μὲν τὸν Κλεωνύμου καθίστησιν (sc. Ἰσχαγόρας) ἐν Ἀμφιπόλει. Verum haec omnia cogitandi legibus et Graecorum negligentiori sermoni tam accommodata sunt, ut, etiamsi ab aliis scriptoribus non dicta sint, quanquam, si hi accurate leguntur, sexcenta huius generis exempla inventum iri putamus, tamen excusatione non indigeant. Alia nonnulla huc pertinentia vide infra sub sermone variato et inaequali.

Hic vero etiam considerandum neutrum plurale cum verbo plurali iunctum, quod apud Atticos ibi tantum fieri, ubi personae nomine indicentur, (ut I, 58.) monuit Porson. Addenda ad sec. edit. Hecubae p. 99. sq. et Matth. p. 416. Cui quidem regulae aliquot Thucydidis loci repugnare videntur. Sed ex iis plures corrupti sunt, atque ex libris a nobis correcti, ut quod III, 68. vulgo legebatur ἐτελεύτησαν et IV, 101. πρόσχωρησαν. Huc etiam referendus locus VI, 13., ubi verba haec sunt, Τοῖς πρεσβυτέροις ἀντιπαρακελεύομαι μὴ καταισχυνθῆναι, εἴ τῳ τις παρακάθηται τῶνδε, ὅπως μὴ δόξῃ, ἂν μὴ ψηφίζηται πολεμεῖν, μαλακὸς εἶναι· μηδ' ὅπερ ἂν αὐτοὶ πάθωσιν, δυσέρωτας εἶναι τῶν ἀπόντων, γνόντας, ὅτι ἐπιθυμίᾳ μὲν ἥκιστα κατορθοῦνται, προνοίᾳ δὲ πλεῖστα. Ubi Bauerus annotat: „Minus diligenter interpretatur Portus *cupiditate quidem res*

paucissimas, providentia vero plurimas feliciter geri; ac si ἐλάχιστα et πλεῖστα sint nominativi, ad quos referatur κατορθοῦνται, quod tunc esse debebat κατορθοῦται. Imo accusativi sunt ἐλάχ. et πλεῖστα, et ad κατορθοῦνται subaudi οἱ ἄνθρωποι, vel simplicius et pressius αὐτοὶ, οἱ πρεσβύτεροι: aut leg. κατορθοῦται." Prius admitti nullo modo potest, quia, ut alia taceamus, necessario ita κατορθόῦσι Thucydidi scribendum erat. Alterum autem, quanquam in codicibus non reperitur, confirmatur tamen eo, quod non solum mutatio facilis est, sed etiam alibi ita dixit Thucydides. (Πολλὰ κατωρθώθη I, 120. Πάντα κατωρθοῦτο habet Xenophon. vid. Sturz. Lex.) Sequantur proxime verba VIII, 10. Ἐν δὲ τούτῳ τὰ Ἴσθμια ἠγίγνετο, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι (ἐπηγγέλθησαν γὰρ) ἐθεώρουν ἐς αὐτά. Ubi quum comparaveris V, 49. Λέγοντες μὴ ἐπηγγέλθαι πω ἐς Λακεδαίμονα τὰς σπονδάς, sane intelliges, Bauerum nugari, et sensum ab iis recte expressum esse, qui ἐπηγγέλθησαν ad τὰ Ἴσθμια retulerunt. Quum tamen Graeci etiam dicant ἐπαγγέλλομαι τὰ Ἴσθμια, hic locus nihil probat. Sed accedit ad eum alius I, 126., ubi pro vulg. ἐπῆλθεν Ὀλύμπια Cass. Aug. cum aliis codd. exhibent ἐπῆλθον Ὀλ. Comparare etiam possumus II, 8., ubi quod vulgo editur, Πολλὰ μὲν λόγια ἐλέγετο, πολλὰ δὲ χρησμολόγοι ᾖδον, non levem habet offensionem eo, quod, quum πολλὰ μέν, πολλὰ δέ accurate sibi sint opposita, alterum πολλά pro nominativo, alterum pro accusativo habendum est. Pro ἐλέγετο autem optimi codd. vel ἐλέγοντο suppeditant, vel ἔλεγον, atque posteriori probato tollitur illa inconcinnitas. Commendat hanc scripturam etiam tertius locus V, 26., ubi ἀμφοτέροις ἁμαρτήματα ἠγένετο scribitur in codd. longe plurimis. Quae tria vel quatuor exempla si coniungimus, suspicari licet, ubi nomini neutrius generis aliud masculini vel feminini generis facile cogitatione substituatur, etiam ab Atticis structuram per pluralem admissam esse; nam in his locis facile substituas nomina Ἴσθμιοι et Ὀλύμ-

πιοι ἀγῶνες, χρησμοὶ et *ἀφορτίαι*. Noli autem contra regulam, de qua diximus, uti verbis his III, 114. *Τὰ νῦν ἀναπείμενα ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ἱεροῖς σκῦλα Δημοσθένει ἐξηρέθησαν τριακόσιαι πανοπλίαι.* Ibi enim non subiecto sed praedicato verbum accommodatum est, ut IV, 102., ubi cum codd. legendum *τὸ χωρίον τοῦτο, ὅπερ πρότερον Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλοῦντο.* Cf. Dorv. ad Char. pag. 565. Matth. Gr. p. 425. et infra cap. XIII. f, cc). Apud Xenophontem, ut hoc addamus, numerus locorum, qui Porsoni regulae repugnant, satis magnus. Vid. quae annotavimus ad Cyrop. II, 22. Atque ita etiam alios quosdam scriptores Atticos hac in re non semper diligentes fuisse, verisimile est. Vid. Herm. ad Soph. Electr. 430. Multo minus hanc diligentiam exspectabis in serioribus scriptoribus, etiamsi in caeteris Atticos sequuntur. Itaque etiam apud Lucian. Dial. mort. XIII. invenies verba *Καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ὅμοια ἐλέγοντο*, i. e. *ὅμοιοι λόγοι ἐλέγοντο*. In scholiasta Thucydidis coniunctio neutrius pluralis cum verbo plurali nullam habet difficultatem. Itaque I, 50. licebat recipere scripturam Aug. et Suid. *ἔνθα τὰ νεώρια εἰσιν.*

Cap. VIII. Enallage generis masculini, feminini, neutrius.

Pergimus ad generis masculini, feminini et neutrius permutationem, de qua queritur Dionysius, ubi rursus multa ridicula comminiscitur. Ut quum Thucydidem reprehendit, quod pro *ταραχή* dixerit *τάραχος*, qua voce Xenophon quidem saepius usus est (vid. Sturz. Lexicon Xenoph. s. h. v.), sed Thucydides nunquam; et quod *ὄχλος* significatione voc. *ὄχλησις* posuit (I, 73.), quod factum etiam ab Euripide (vid. Ind. Beck.), Platone (vid. Intpp. Thom. Mag. s. h. v.), Xenophonte (vid. Sturz. l. l.) aliisque, et probatum Atticistis (vid. Duk. not. ad Thucyd.

I, 73.). Aeque ineptit quod usum participiorum τὸ βουλόμενον et τὸ δυνάμενον pro ἡ βούλησις et ἡ δύναμις vituperat. Nam neutrum participii addito articulo facile substantivi naturam induere, et ita etiam ab aliis dici, quanquam Thucydidi hic usus imprimis placuit, satis constat e Matth. Gr. Gr. p. 853. sq. (Add. Τὸ διαλλάσσον τῆς γνώμης III, 10. Τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον VII, 68. Abresch. Dilucc. ad I, 142. et infra in Enallage modorum participium pro infinit., item quae de adiectivo annotata sunt cap. VIII. β. aa). Praeterea etiam notanda Dionysii negligentia, qui e Thucydide attulit haec verba, Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τὸ μὲν βουλόμενον οὐκ ἀφῃρέθησαν ὑπὸ τοῦ ὀχλώδους τῆς παρασκευῆς, quum VI, 24., quem locum in mente habet, legatur, Οἱ δὲ τὸ μὲν ἐπιθυμοῦν τοῦ πλοῦ οὐκ ἐξῃρέθησαν ὑπὸ τοῦ ὀχλ. τ. π. Τὸ βουλόμενον si reprehendere volebat, debebat provocare ad I, 90. Sed quod omnium maxime ridiculum est, adeo sui immemor fuit Dionysius, ut, quae in Thucydide reprehenderet, his ipse in Archaeologia eodem modo uteretur. Vid. Wass. ad Thucyd. l. l. Et ita saepe ea imitatur, quae Thucydidi crimini vertit. Vid. Additamentum tertium sub calcem huius voluminis. Qui unus superest locus IV, 78. Ὥστε εἰ μὴ δυναστείᾳ μᾶλλον ἢ ἰσονομίᾳ ἐχρῶντο τῷ ἐγχωρίῳ οἱ Θεσσαλοί, in eo nescio utrum malignitate an negligentia ductus Dionysius dicat a Thucydide scriptum τῷ ἐγχωρίῳ pro eo, quod omnes libri habent, τὸ ἐγχώριον. Quanquam ne in Dionysii quidem scriptura inesset generum permutatio, sed τῷ ἐγχωρίῳ cum viro docto in Ephemm. Ienn. a. 1816. p. 95. interpretandum esset *als einheimischer Verfassung*, quod tamen minus de more dictum est. Denique infra p. 907. Dionysius profert locum V, 86. Ἡ μὲν ἐπιείκεια τοῦ διδάσκειν καθ' ἡσυχίαν ἀλλήλους οὐ ψέγεται, τὰ δὲ τοῦ πολέμου παρόντα ἤδη καὶ οὐ μέλλοντα διαφέροντα αὐτοῦ φαίνεται, et addit deinde, qua est impudentia, Τοῦτο εἴ τις ἐν τοῖς σχήμασιν ἀξιώσει φέρειν, οὐκ

ἐν φθάνοι πάντας τοὺς σολοικισμοὺς, ὅσοι γίγνονται παρὰ τοὺς ἀριθμοὺς καὶ παρὰ τὰς πτώσεις, σχήματα καλῶν; nam αὐτοῦ neque cum ἐπιείκεια neque cum τὰ τοῦ πολέμου convenire. Heu hominem caecutientem atque balbutientem, qui non viderit ad διδάσκειν referri. Quum igitur nihil prorsus demonstret Dionysius, ipsi alios locos circumspiciamus, vel a Bauero Philolog. Thuc. p. 64., vel in Ind. ed. Lips., vel a nobis ipsis notatos.

Masculinum pro feminino inveniunt in vv. II, 8. Πολλὰ δὲ χρησμολόγοι ἦδον ἔν τε τοῖς μέλλουσι πολεμήσειν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν. Sed cur non recte dicas: *vates canebant tam apud eos, qui bellum gesturi erant, quam in reliquis civitatibus?* Cur igitur necessarium ταῖς μελλούσαις aut τῶν μελλόντων? Ut non commemoremus, quod iam supra significatum est, et paulo post aliis exemplis confirmabitur, ab urbibus saepe ad earum incolas et vicissim in optimis scriptoribus orationem transire. Neque huc referri poterat, quod, ut ἐρήμη etiam praeter formulam ἐρήμη δίκη feminino genere dixit Thucydides, quam rem contra Thomae Mag. criminationes defendunt Duk. ad. IV, 26. et Abresch. Obss. Miscc. Vol. III. t. II. p. 304.; ut fortasse χρήσιμαι probavit, (vid. script. discrep. VII. 72. et Steph. Thes. s. h. v.) et ne ὑπερορία quidem sprevit (vid. script. discrep. VIII, 72. et compara μεθορία II, 27. V, 42. al.): ita vicissim adiectiva quaedam, ut ἀναγκαῖος I, 2. (quanquam ἀναγκαία dictum I, 61. II, 70. IV, 87. al.), βέβαιος I, 32. (cf. IV, 81. V, 25.), φαῦλος VI, 21. (sed φαύλη VI, 31., et minus certum ἄνεκτοι VII, 87., ubi Par. E. ἄωκται, cf. Buttm. Gr. max. §. 60. not. 2. 1. dubium ἕτοιμοι VIII, 26. et corrigendum fortasse Ῥοδίοιν VI, 43.), ἥμισυς (Matth. Gr. p. 145., qui tamen non debebat afferre VIII, 8. et 64., quum in altero loco ἡμισείας praebeant codd., in altevo masculinum legatur (cf. Buttm. Gr. max. §. 62. not. 1. * p. 252.), quae propriae tres terminationes habent, aliquoties communia esse vultș

nam in hoc quoque omnium Atticorum usum sequitur. Vid. Matth. Gr. Gr. p. 143. Huc Abreschius Obss. Miscc. Vol. III. t. I. p. 150. sq. refert etiam verba II, 49. *μετὰ βηχὸς ἰσχυροῦ*. Nam quanquam Thomas. Mag. *βήξ* et masculini et feminini generis esse dicit, masculinum tamen genus in hoc uno loco reperitur, unde etiam de eo plane tacent nonnulli recentiores Lexicographi. Item quum comparativo et superlativo adiectivorum communium duas modo terminationes dat, ut *ἀπορώτερος ἡ λῆψις* V, 110. Cf. III, 89. 101. V, 71. Buttm. Gr. max. §. 60. not. 5. Obss. Miscc. Vol. III. t. II. p. 303. Idem valet de *τοῦ βίου ὁ πλεῖστος* I, 5., *τῆς γῆς ἡ ἀρίστη* I, 2. et similibus, in quibus masculinum vel femininum pro neutro dictum esse sunt, qui perperam iudicent. Vid. Matth. Gr. p. 615. sq. Corrupta autem scriptura V, 79. *Ταὶ δὲ ἄλλαι πόλεις ταὶ ἐν Πελοποννάσῳ, κοινᾶν ἐόντων τᾶν σπονδᾶν καὶ τᾶν ξυμμαχιᾶν, αὐτόνομοι καὶ αὐτοπόλιες.* Vid. ibi Duk. Reponendum *καινανεόντων* (in imperat.). Vid. Valcken. ad Eurip. Phoen. p. 65. et Haacke ad l. v. Thuc. p. 13. Corrigendum etiam *αἱ Ἀρτύναι* V, 47.

Magis huc pertinent *urbes*, et quidem duobus modis. Primum enim post *πόλεις* (non tantum post singularem, qui si collectivo sensu ponitur, pluralem masculini generis saepe necessario sequi, praecedente capite intelleximus, sed etiam post pluralem) masculinum legitur, quia *πολῖται* cogitantur. I, 7. *τῶν πόλεων ὅσαι μὲν νεώτατα ᾠκίσθησαν — ἐπ' αὐτοῖς τοῖς αἰγιαλοῖς τείχεσιν ἐκτίζοντο, καὶ τοὺς ἰσθμοὺς ἀπελάμβανον, ἐμπορίας τε ἕνεκα καὶ τῆς πρὸς τοὺς προσοίκους ἕκαστοι ἰσχύος· αἱ δὲ παλαιαὶ διὰ τὴν λῃστείαν — ἀπὸ θαλάσσης μᾶλλον ᾠκίσθησαν, αἵ τε ἐν ταῖς νήσοις καὶ ἐν ταῖς ἠπείροις. (ἔφερον γὰρ ἀλλήλους τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι ὄντες οὐ θαλάσσιοι κάτω ᾤκουν.) καὶ μέχρι τοῦδε ἔτι ἀνωκισμένοι εἰσίν.* Ubi Wyttenbachius (Eclogg. historr. p. 361.), qui verba *ἔφερον — κάτω ᾤκουν* in parenthesin redigenda esse recte monuit (nam grammaticae repugnat et

vulgata horum verborum interpretatio et multo magis ea, quam Gailius exhibuit) pro ἕκαστοι et ἀνῳκισμένοι praeter necessitatem femininas formas reponi voluit. Masculinum satis defendunt verba VIII, 64. *Σωφροσύνην γὰρ λαβούσαι αἱ πόλεις καὶ ἄδειαν τῶν πρασσομένων, ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν, τὴν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὕπουλον εὐνομίαν οὐ προτιμήσαντες*, et plurimi loci, in quibus post *naves*, quatenus *nautae* cogitantur, masculinum reperitur. Cf. I, 110. II, 83. (ubi vid. Duk.) II, 91. Herodot. VI, 5. et saepius. In urbibus autem etiam quorundam nominum propriorum genus spectandum. Nam Ἄθως, quod nomen IV, 109. V, 3. et apud alios scriptores masculini generis est, semel V, 35. in omnibus melioris notae codicibus feminino genere effertur. Quod non male ita explicat Haacke Symb. crit. ad l. V. Thuc. p. 24., ut ὁ Ἄθως montem, ἡ Ἄθως regionem significare dicat. Panactum castellum, quod alii masculinum, noster scriptor neutrum esse vult; sed etiam Plutarchus semel feminino, semel vero neutro genere scripsit. Cf. ad V, 3. et 42. Tum si Buttmannus Gr. max. §. 32. not. 6. Ὀρχομενός semper masculini generis esse contendit, Thucydides distinguit Arcadiae et Boeotiae urbem huius nominis; illa masculini V, 61., haec feminini I, 113. generis ei est. Quod discrimen velis ubique etiam ab aliis servari. Πύλος, quod idem Buttmannus plerumque masculini generis esse dicit, nostro scriptori femininum est. IV, 3. 14. 26. al. Idem valet de Epidauro II, 56. IV, 56. V, 53. all. Calydon femininum est III, 102., atque ita etiam Chalcedon IV, 75., Eion I, 98. IV, 7. 50. contra regulam a Matth. p. 112. 1. b. exhibitam, cui convenit ὁ Κρομμυών I, 42. 44.

Reliqua autem permutati generis exempla ad neutrum spectant pro aliis generibus positum. Neutrum autem quum generatim rem aliquam indicet, non mirum est etiam ibi legi, ubi qui magis definite loqui et illam rem

accuratius designare velit, alio quoque genere utatur. Ponitur igitur primum neutrum singularis adiectivorum addito articulo pro substantivo abstracto concreti significationem habente, quod ut frequens est in adiectivis in ικον, ut τὸ Ἑλληνικόν pro οἱ Ἕλληνες I, 1. (vid. Matth. Gr. p. 375, sq. add. τὸ ἑταιρικόν VIII, 48. ἐπικουρικόν IV, 52.), ita ad alia etiam adiectiva transfertur. VII, 44. Πᾶν τὸ ἐναντίον (prorsus ut nos alles, was ihnen aufstiess), καὶ εἰ φίλιον εἴη, — πολέμιον ἐνόμιζον. II, 45. Φθόνος τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον (ita recte editum pro τὸν ἀντίπαλον). Et in participio VII, 48. Ἦν γάρ τι καὶ ἐν ταῖς Συρακούσαις βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα ἐνδοῦναι, quae structura repetitur c. 49. Cf. V, 3. 9. VI, 35. et Heilm. de sermone Thuc. p. 182. In plurali non multo aliter. III, 11. Τὰ πράτιστα ἐπὶ τοὺς ὑποδεεστέρους ξυνεπῆγον. IV, 19. Μᾶλλον πρὸς τοὺς μειζόνως ἐχθροὺς τοῦτο δρῶσιν οἱ ἄνθρωποι, ἢ πρὸς τοὺς τὰ μέτρια διενεχθέντας· πεφύκασί τε τοῖς μὲν ἑκουσίως ἐνδρῦσιν ἀνθησσᾶσθαι, μεθ' ἡδονῆς, πρὸς δὲ τὰ ὑπεραυχοῦντα καὶ παρὰ γνώμην διακινδυνεύειν. Sic etiam pronomen relativum I, 40. Εἰ γὰρ τοὺς κακόν τι δρῶντας δεχόμενοι τιμωρήσετε, φανεῖται καὶ ἃ τῶν ὑμετέρων οὐκ ἐλάσσω ἡμῖν πρόσεισι. Diversi sunt loci, in quibus ἴσα καὶ ὅμοια τοῖς reperitur, quae formulae adverbiorum naturam induerunt, ut ἴσα καὶ ἱκέται ἐσμέν III, 14., χρημάτων δυγάμει ὄντες κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅμοια τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις, ad quem locum vid. Gottl. Add. VII, 29. Matth. Gr. p. 405. et Vig. p. 98. Minus facilia excusatu sunt verba haec II, 76. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, αἰσθόμενοι, ἐν ταρσοῖς καλάμου πηλὸν ἐνειλλοντες, ἐσέβαλλον ἐς τὸ διηρημένον, ὅπως μὴ διαχεόμενον, ὥσπερ ἡ γῆ, φοροῖτο, ubi διαχεόμενος scribendum coniicimus. Supersunt verba IV, 24. Ἔστι δὲ ὁ πορθμὸς ἡ μεταξὺ Ῥηγίου θάλασσα καὶ Μεσσήνης, ἥπερ βραχύτατον Σικελία τῆς ἠπείρου ἀπέχει· καὶ ἔστιν ἡ Χάρυβδις κληθεῖσα τοῦτο, ἣ Ὀδυσσεὺς λέγεται διαπλεῦσαι· διὰ στενότητα δὲ ἐκ μεγάλων πελαγῶν, τοῦ τε Τυρσηνικοῦ καὶ τοῦ

Ἑλληνικοῦ, ἐμπίπτουσα ἡ θάλασσα ἐς αὐτὸ, καὶ βοώδης οὖσα, εἰκότως καλεῖται ἐνομίσθη. Ubi schol. ad τοῦτο supplet τὸ μέρος τῆς θαλάσσης.

Neutrum pro feminino invenisse frustra sibi visi sunt II, 47. Ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι, ubi λεγόμενον est nominativus absolutus (*quum dicatur*), ut εἰρημένον I, 140. Vid. Herm. ad Vig. p. 713. et Matth. Gr. p. 822. Porro adiectivum in praedicato positum neutrum genus assumere posse, sive masculinum sive femininum praecedit, tam notum est, ut non esset, cur Bauerus annotaret verba III, 37. ἀμαθία μετὰ σωφροσύνης ὠφελιμώτερον. Vid. Matth. Gr. p. 606. Paulo memorabiliores ii sunt loci, in quibus neutrum non ad proximum substantivum, sed ad infinitivum in eo latentem seu ad totam sententiam refertur aut simpliciter notio cuiuscunque rei (eines Dinges) animo obversatur. Matth. Gr. p. 609. Quorum locorum multi a librariis obliterati sunt. I, 59. Τρέπονται ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν, ἐφ' ὅπερ (*ad quam rem, qua de causa*) καὶ τὸ πρότερον ἐξεπέμποντο. VI, 47. Πλεῖν ἐπὶ Σελινοῦντα πάσῃ τῇ στρατιᾷ, ἐφ' ὅπερ μάλιστα ἐπέμφθησαν. I, 138. Ἦν γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς βεβαιότατα δὴ φύσεως ἰσχὺν δηλώσας καὶ διαφερόντως τι ἐς αὐτὸ μᾶλλον ἑτέρου ἄξιος θαυμάσαι. VI, 82. Δουλείαν αὐτοί τε ἐβούλοντο καὶ ἡμῖν τὸ αὐτὸ ἐπενεγκεῖν (sc. τὸ δουλεύειν, τὴν δουλείαν, ut I, 122. legimus Ἐν ᾧ ἢ δικαίως δοκοῦμεν ἂν πάσχειν, ἢ διὰ δειλίαν ἀνέχεσθαι, καὶ τῶν πατέρων χείρους φαίνεσθαι, οἳ τὴν Ἑλλάδα ἠλευθέρωσαν· ἡμεῖς δὲ οὐδ' ἡμῖν αὐτοῖς βεβαιοῦμεν αὐτό, sc. τὸ ἠλευθερῶσθαι, τὴν ἐλευθερίαν.) III, 3. Οὐκ ἀπεδέχοντο τὸ πρῶτον τὰς κατηγορίας, μεῖζον μέρος νέμοντες τῷ μὴ βούλεσθαι ἀληθῆ εἶναι (sc. τὰ κατηγορημένα). III, 45. Διεξεληλύθασι διὰ πασῶν τῶν ζημιῶν οἱ ἄνθρωποι προστιθέντες, εἴπως ἧσσον ἀδικοῖντο ὑπὸ τῶν κακούργων καὶ εἰκὸς τὸ πάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων μαλακωτέρας κεῖσθαι αὐτάς. παραβαινομένων δὲ τῷ χρόνῳ, ἐς τὸν θάνατον αἱ

πολλαὶ ἀνήκουσι· καὶ τοῦτο (ubi dici poterat καὶ αὕτη, sc. ἡ ζημία, sed scriptor in mente habebat τὸ ἀνῆκον ἐς τὸν θάνατον s. τὸ πρᾶγμα) ὅμως παραβαίνεται. II, 48., postquam nomen νόσος adfuit, et multa inserta sunt, sequitur, Λεγέτω μὲν οὖν περὶ αὐτοῦ, ὡς ἕκαστος γεγνώσκει, καὶ ἰατρὸς καὶ ἰδιώτης, ἀφ' ὅτου εἰκὸς ἦν γενέσθαι αὐτό, ubi vel τὸ πρᾶγμα vel etiam τὸ νόσημα, quo nomine infra utitur scriptor, cogitandum. III, 97. Ἦν ἐπιπολὺ τοιαύτη ἡ μάχη, διώξεις τε καὶ ὑπαγωγαὶ, ἐν οἷς ἀμφοτέροις (in qua utraque re) ἥσσους ἦσαν οἱ Ἀθηναῖοι. VI, 69. Τροπὰς, οἷα (ita Cass. Aug. al. pro οἵας) εἰκὸς ψιλοὺς, ἀλλήλων ἐποίουν. V, 27. Ἐπειδὴ γὰρ αἱ πεντηκοντούτεις σπονδαὶ ἐγένοντο, καὶ ὕστερον αἱ ξυμμαχίαι, καὶ αἱ ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου πρεσβεῖαι, αἵπερ παρεκλήθησαν ἐς αὐτὰ, ἀνεχώρουν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος. VI, 10. Ὀνόματι σπονδαὶ ἔσονται· οὕτω γὰρ ἐνθένδε ἄνδρες ἔπραξαν αὐτά (ita plurimi et optimi libri pro αὐτάς). VI, 96. Διενοοῦντο τὰς προσβάσεις αὐτῶν φυλάσσειν, ὅπως μὴ κατὰ ταῦτα (ita Cass. Aug. Reg. pro ταύτας; cogita τὰ χωρία, aut τὰ μέρη) λάθωσι σφᾶς ἀναβάντες οἱ πολέμιοι. Sic I, 65. Οἱ ἀπὸ τῆς Ὀλύνθου βοηθοὶ — ἀπέχει δὲ ἑξήκοντα μάλιστα σταδίους, καὶ ἔστι καταφανές, sc. τὸ χωρίον. Ind. ad Xenoph. Cyrop., Lang. ad Salust. Catil. 31. et verba IV, 52. Τάς τε ἄλλας πόλεις — καὶ πάντων μάλιστα τὴν Ἀντανδρον sequentia analogiam formulae ἐν τοῖς μάλιστα.

Itaque haec omnia recte cogitata sunt, et cum loquendi usu Graecorum, ex quo saepe magis quod cogitatum, quam quod scriptum est, respicitur, conciliari possunt.

Cap. IX. Enallage γ) *casuum* seu *antiptosis* et αα) quidem *nominativi* usus pro aliis casibus.

Sed plura etiam de casibus nobis dicenda sunt, non quidem ob Dionysium, qui duo tantum eorum permuta-

tionis exempla suppeditat pag. 798., sed quod ab aliis eo plura prolata sunt. Singulos igitur casus necesse est examinemus, et statim a nominativo fiat initium.

Quem primum saepe *pro genitivo* positum putant. Quarum sententiarum multae tales sunt, ut res quaedam et tota et per partes suas significetur, atque totum illud eodem casu, quo hae, proferatur, qui notus est Graecae linguae usus. Huc pertinent verba haec I, 89. *Οἰκίαι αἱ μὲν πολλαὶ πεπτώκεσαν, ὀλίγαι δὲ περιῆσαν.* Vid. Duk. ad II, 47. IV, 71. infra Accusat. Matth. Gr. p. 402. et de Latinis Scheller. Gr. p. 311. Non multum differunt verba VII, 44. *Οἱ δὲ ὕστερον ἥκοντες εἰσὶν οἱ διαμαρτόντες τῶν ὁδῶν* et VIII, 13., qui locus deleta cum Cass. Aug. al. particula *γάρ*, quam vulgo ante *λοιπαί* addunt, et commate pro puncto post *Σικελίας νεῶν* posito sic scribendus, *Ἀνεκομίζοντο δὲ ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον καὶ [αἱ] ἀπὸ τῆς Σικελίας Πελοποννησίων ἑκκαίδεκα νῆες αἱ μετὰ Γυλίππου ξυμπολεμήσασαι· καὶ περὶ τὴν Λευκαδίαν ἀποληφθεῖσαι, καὶ κοπεῖσαι ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι νεῶν, ὧν ἦρχεν — φυλακὴν ἔχων τῶν ἀπὸ τῆς Σικελίας νεῶν, αἱ λοιπαὶ πλὴν μιᾶς διαφυγοῦσαι τοὺς Ἀθηναίους κατέπλευσαν ἐς τὴν Κόρινθον.* Sed verba III, 4. *Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, οὐ πολλῷ ὕστερον καταπλεύσαντες, ὡς ἑώρων, ἀπήγγειλαν μὲν οἱ στρατηγοὶ τὰ ἐπεσταλμένα*, quanquam cum scholiasta possunt simili modo intelligi, maxime ob analogiam locorum a Matth. Gr. p. 819. not. 2. laudatorum, (quibus adde IV, 73. *Οἱ Ἀθηναῖοι ἐτάξαντο — λογιζόμενοι καὶ οἱ ἐκείνων στρατηγοί*, et V, 81. *Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀργεῖοι χίλιοι ἑκάτεροι ξυστρατεύσαντες τά τ' ἐν Σικυῶνι ἐς ὀλίγους μᾶλλον κατέστησαν αὐτοὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐλθόντες* etc., tamen etiam *οἱ Ἀθηναῖοι* cum *ἑώρων* coniungi potest. Nam ne ita *ὡς* ante *οἱ Ἀθηναῖοι* collocandum fuisse iudices ob regulas, quas vulgo de verborum ordine in Latino sermone, quanquam ne ibi quidem recte, proponunt, compares haec alia eiusdem collocationis exempla. III, 5. *Οἱ δ' ἐκ τῶν Ἀθηνῶν πρέσβεις ὡς οὐδὲν*

ἧλθον πράξαντες, ἐς πόλεμον καθίσταντο οἱ Μιτυληναῖοι. V, 28. Οἱ δὲ τῶν Ἀργείων ἄνδρες ἀκούσαντες ἐκείνῃ ἀνήνεγκαν τοὺς λόγους ἔς τε τὰς ἀρχὰς καὶ τὸν δῆμον, ἐψηφίσαντο Ἀργεῖοι. Add. VII, 52. init.

Tum saepissime *participium in nominativo* ponitur, ita ut scriptor verbum ei accommodatum vel praecessisse putet vel subiicere in mente habeat, pro quo deinde structura mutata aliud dictionis genus infertur, quo fit, ut nominativus pro aliis casibus positus videatur. *Nominativi* igitur *participiorum* primum aliquoties *ibi ponuntur, ubi etiam genitivis absolutis locus erat.* Quod fit III, 34. Ὁ δὲ (Πάχης) προκαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν ὥστε, ἢν μηδὲν ἀρίσκων λέγῃ, πάλιν αὐτὸν καταστήσειν ἐς τὸ τεῖχος σῶν καὶ ὑγιᾶ — ὁ μὲν ἐξῆλθε παρ' αὐτὸν, ὁ δ' ἐκεῖνον ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ εἶχε (pro *Πάχης προκαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν, ἐξελθόντα αὐτὸν ἐν φυλακῇ εἶχε*). IV, 80. Καὶ προκρίναντες (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ἐς δισχιλίους (Εἵλωτας) — οἱ μὲν ἐστεφανώσαντό τε καὶ τὰ ἱερὰ περιῆλθον, οἱ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον ἠφάνισαν αὐτούς (pro *προκρίναντες ἐς δισχιλίους, στεφανωθέντας καὶ τὰ ἱερὰ περιελθόντας αὐτοὺς ἠφάνισαν*). Ubi qui *προκρίναντες* de Helotibus, qui se ipsi separassent, intellexit, hunc usum activi *προκρίνειν* ante omnia debebat demonstrare exemplis, non ratiocinationibus. Cf. Diod. p. 525. Ne autem talis periodorum conformatio Thucydidi propria videatur, vid. Lucian. DD. XIV, 2. XXIII, 3. et Xenoph. Cyrop. IV, 6, 3. et quae in utroque scriptore a nobis annotata sunt. Neque hic praetermittenda verba III, 53. Καὶ δέδιμεν οὐχὶ, μὴ, προκαταγνόντες ἡμῶν τὰς ἀρετὰς ἧσσους εἶναι τῶν ὑμετέρων, ἔγκλημα αὐτὸ ποιῆτε, ἀλλὰ μὴ, ἄλλοις χάριν φέροντες, ἐπὶ διεγνωσμένην κρίσιν καθιστώμεθα, ubi vel *ὑμῶν φερόντων καθιστώμεθα* vel *φέροντες ἡμᾶς καθιστῆτε* proprie scribendum erat. VI, 22. Πολλὴ γὰρ οὖσα, οὐ πάσης ἔσται πόλεως ὑποδέξασθαι (ubi scriptor pergere volebat *non poterit excipi ab unaquaque urbe*). Atque ubi verbum antecedit, IV, 25.

Τὰ περὶ Πύλον ὑπὸ ἀμφοτέρων κατὰ κράτος ἐπολεμεῖτο (i. e. *τὰ περὶ Π. ἀμφότεροι κ. κ. ἐπολέμουν.*) *Ἀθηναῖοι μὲν δυοῖν νεοῖν ἐναντίαιν ἀεὶ τὴν νῆσον περιπλέοντες τῆς ἡμέρας (τῆς δὲ νυκτὸς καὶ ἅπασαι περιώρμουν, πλὴν τὰ πρὸς τὸ πέλαγος, ὁπότε ἄνεμος εἴη· καὶ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἔπλεον νῆες ἀφίκοντο αὐτοῖς ἐς τὴν φυλακήν, ὥστε αἱ πᾶσαι ἑβδομήκοντα ἐγένοντο)· Πελοποννήσιοι δὲ ἔν τε ἠπείρῳ στρατοπεδευόμενοι, καὶ προσβολὰς ποιούμενοι τῷ τείχει.* Ubi alterum parentheseos signum, quod vulgo ante *καὶ ἐκ τῶν Ἀθ.* legitur, iam ante *τῆς δὲ νυκτός* collocavimus, et interpunctionem in nonnullis correximus, quo facilius arctus sententiarum *Ἀθηναῖοι μὲν τὴν νῆσον περιπλέοντες — Πελοποννήσιοι δὲ ἐν τῇ ἠπείρῳ στρατοπεδευόμενοι* nexus perspiciatur. Plane similia verba V, 70. *Καὶ μετὰ — ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν. Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες, Λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως.* Tum non quidem genitivi absoluti, sed simpliciter genitivus vel accusativus participii requirebatur IV, 52., ubi post *καὶ ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια*, quippe pro *διενοοῦντο* vel *ἐνόμιζον* positum, nominativos *κρατυνάμενοι* et *ὁρμώμενοι* infinitivo additos reperimus. Hic commemorant etiam verba I, 110. *Οὕτω μὲν τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἐφθάρη, ἓξ ἔτη πολεμήσαντα*, in quibus Stephanus *πολεμησάντων* requirit. „Sed“ inquit Abreschius „per periphrasin dictum *τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα* pro *οἱ Ἕλληνες*, et accommodari quidem in istiusmodi circumlocutione structura solet rei, quae circumscribitur, at nonnunquam quoque, ut hic, vocabulo, quod periphrasi inservit.“ Exempla deinde subiungit, e Thucydide hoc III, 82. *Ἐστασίαζέ τε οὖν τὰ τῶν πόλεων, καὶ τὰ ἐφυστερίζοντά που* (pro *αἱ ἐφυστερίζουσαί που*) *— πολὺ ἐπέφερε τὴν ὑπερβολὴν τοῦ καινοῦσθαι τὰς διανοίας.* Huc pertinerent etiam verba *γνωσθέντες τῇ σκευῇ τῶν ὅπλων ξυντεθαμμένῃ* I, 8., nisi ibi praeferenda esset scriptura *ξυντεθαμμένοι*. Sed nostris simillima verba Pindari Pyth. I, 159. sqq. *Ὁ Τυρσανῶν τ' ἀλείτατὺς — ναυσίστονον ὕβριν ἰδὼν τὰν*

πρὸ Κύμας. Etiam VIII, 63. in vv. *Ἐπειδὴ γὰρ οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον πρέσβεις παρὰ τὸν Τισσαφέρνους ἐς τὴν Σάμον ἦλθον, τά τε ἐν αὐτῷ τῷ στρατεύματι ἔτι βεβαιότερον κατέλαβον, (καὶ αὐτῶν τῶν Σαμίων προτρεψάντων τοὺς δυνατοὺς, ὥστε πειρᾶσθαι μετὰ σφῶν ὀλιγαρχηθῆναι, καίπερ ἐπαναστάντας αὐτοὺς ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ὀλιγαρχῶνται) καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἅμα οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τῶν Ἀθηναίων κοινολογούμενοι ἐσκέψαντο*, quae, ut praeiverat iam ex parte Dukerus, melius distinximus, plerorumque et optimorum librorum (Cass. Aug. Pal. Reg. s. G. al.) scripturam *καίπερ ἐπαναστάντες αὐτοί* recipere non dubitavimus; in mente enim habebat scriptor *καὶ αὐτοὶ οἱ Σάμιοι προὔτρεψαν*. Frequentior etiam in hac verborum structura, quae fit *κατὰ τὸ σημαινόμενον*, usus *nominativi participii pro dativo*. Ita nemo ignorat post *ἔδοξεν αὐτοῖς*, quum eo significatur *ἐψηφίσαντο* s. *ἔγνωσαν*, saepissime inveniri nominativum participii. Vid. Zeun. ad Xenoph. Cyropaed. VII, 5, 37. et nos ad eundem librum III, 2, 28. Salustius Iugurth. c. 112: „*Populo Romano melius visum — rati.*“ In qua structura aliquoties ita fluctuat scriptura inter nominativum et accusativum, ut, quum hic aeque legitime infinitivo addatur, tantum codicum auctoritas, uter horum casuum praeferendus sit, decernere possit. Vid. Thuc. II, 27. III, 74. 80. et ad postremum locum Duk. not. Neque vero post unum verbum *ἔδοξεν* haec sermonis conformatio usitata, sed post omnia quae facile cum structura nominativum postulante permutari possunt. Primum post *ἐφαίνετο* IV, 108. *Καὶ γὰρ καὶ ἄδεια ἐφαίνετο αὐτοῖς ἐψευσμένοις μὲν τῆς Ἀθηναίων δυνάμεως ἐπὶ τοσοῦτον, ὅση ὕστερον διεφάνη, τὸ δὲ πλέον βουλήσει πρίνοντες ἀσαφεῖ τῇ προνοίᾳ ἀσφαλεῖ· εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι, οὗ μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἐλπίδι ἀπερισκέπτῳ διδόναι, ὃ δὲ μὴ προσίενται, λογισμῷ αὐτοκράτορι διωθεῖσθαι.* Ubi magis etiam inusitatus est alter nominativus *εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι* pro *εἰωθότων τῶν ἀνθρώπων* vel *ἐπεὶ εἰώθασί γε οἱ ἄνθρωποι*: sed nominativus ad-

missus, quia in *αὐτοί*, quod subiectum est participii *κρίνοντες*, nomen *οἱ ἄνθρωποι* certe ex parte inest, qua de re paulo post dicetur. Tum VII, 42. *Καὶ τοῖς μὲν Συρακουσίοις καὶ ξυμμάχοις κατάπληξις ἐν τῷ αὐτίκα οὐκ ὀλίγη ἐγένετο — ὁρῶντες*, ubi vid. Duk. VII, 70. *Πολλὴ γὰρ δὴ παρακέλευσις καὶ βοὴ ἀφ' ἑτέρων τοῖς πελευσταῖς ἐγίγνετο* (i. e. *πολλὰ ἑτέρων οἱ πελευσταὶ παρεκελεύοντο*)· *τοῖς μὲν Ἀθηναίοις βιάζεσθαί τε τὸν ἔκπλουν ἐπιβοῶντες, καὶ περὶ τῆς ἐς τὴν πατρίδα σωτηρίας — προθύμως ἀναλαβέσθαι· τοῖς δὲ Συρακουσίοις, καλὸν εἶναι* etc. Quibus locis perpensis Plat. Phaedon. 29. *Ὑπάρχει αὐτῇ* (*τῇ ψυχῇ*) *εὐδαίμονι εἶναι, πλάνης καὶ ἀνοίας καὶ φόβων καὶ ἀγρίων ἐρώτων καὶ τῶν ἄλλων κακῶν τῶν ἀνθρωπείων ἀπηλλαγμένῃ, ὥςπερ δὲ λέγεται κατὰ τῶν μεμυημένων, ὡς ἀληθῶς τὸν λοιπὸν χρόνον μετὰ θεῶν διάγουσα*, Heindorfio *διαγούσῃ* vel contra libros reponendum esse scribenti haud quaquam assentieris, sed potius *ἀπηλλαγμένη* fortasse legeris. Intelliges etiam facilius, quomodo explicanda sint verba I, 23. *Γενήσεται δὲ ὑμῖν πειθομένοις καλὴ ἡ ξυντυχία κατὰ πολλὰ τῆς ἡμετέρας χρείας. πρῶτον μέν, ὅτι ἀδικουμένοις, καὶ οὐχ ἑτέρους βλάπτουσι, τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε· ἔπειτα, περὶ τῶν μεγίστων κινδυνεύοντας δεξάμενοι, ὡς ἂν μάλιστα μετ' ἀειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν κατάθησθε. ναυτικόν τε κεκτήμεθα, πλὴν τοῦ παρ' ὑμῖν, πλεῖστον.* De quo loco paulo accuratius dicendum est. Primum autem corrigenda vulgata interpunctio; nam post *χρείας* et post *κατάθησθε* non punctum sed colon collocandum, quum verbis *πρῶτον μὲν — πλεῖστον* tres causae contineantur, cur societas cum Corcyraeis inita Atheniensibus *καλή*, honorifica et utilis, futura sit. Deinde ad verba *ἔπειτα — κατάθησθε* vulgo cogitatione ex antecedentibus repetunt solam particulam *ὅτι*, quam iungi voluerunt cum *κατάθησθε*. At ubi tandem ullus Graecus homo *ὅτι* coniunxit cum coniunctivo? Pro quo si quis reponat futurum *καταθήσεσθε*, quod nonnullis in mentem venit, inferet praeter necessitatem scripturam, quae in nullo codice exstat. Structura enim ver-

borum duobus modis explicari potest. Primum ita, ut ex antecedente enunciatione non simplex ὅτι, sed integra sententia ὅτι τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε repetatur. Sed quam languide in hac oratione multa paucis verbis comprehendente iungatur τοὺς κινδυνεύοντας δεξάμενοι, τὴν ἐπικουρίαν αὐτοῖς ποιήσεσθε, quum alterutrum sufficiat, facile patet. Praeferenda igitur altera explicatio, ex qua Thucydides pro ὅτι δέξεσθε participium δεξάμενοι, quod futuri exacti vim habet, substituisse putandus est. (Cf. cap. XXI. 4. a.) Pro quo nominativo proprie quidem exspectes dativum δεξαμένοις, quum praecedat γενήσεται ὑμῖν καλὴ ἡ ξυντυχία τῆς ἡμετ. χρείας. Sed quum haec verba ad sensum nihil aliud significent quam ἕξετε καλὴν τὴν ξυντυχίαν τ. ἡ. χ., scriptor noster pro dativo participii posuit nominativum. Sic etiam *accusativo substituitur nominativus* II, 55. Θεῶν δὲ φόβος ἢ ἀνθρώπων νόμος οὐδεὶς ἀπείργε (i. e. Θεῶν φόβῳ ἢ ἀνθρώπων νόμῳ οὐδενὶ ἀπειργοντο) τὸ μὲν κρίνοντες ἐν ὁμοίῳ καὶ σέβειν καὶ μή, ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾶν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένους· τῶν δὲ ἁμαρτημάτων (pro quo perperam Benedictus legendum proposuit τὸ δὲ, ἁμαρτημάτων· hoc enim nomen articulo carere non potest, et quod praecedit τὸ μέν omnino non valet *partim*, sed pendet e σέβειν, et refertur ad τὸ θεῖον, quod inest in Θεῶν φόβος) οὐδεὶς ἐλπίζων μέχρι τοῦ δίκην γενέσθαι βιοὺς ἂν τὴν τιμωρίαν ἀντιδοῦναι. Cum quibus verbis compares Aesch. Pers. 35. Ἄλλους δ' ὁ μέγας καὶ πολυθρέμμων Νεῖλος ἔπεμψεν· Σουσισπάνης, Πηγασταγών Αἰγυπτογενής etc. Adde Thuc. III, 59., ubi scriptura καὶ δίκαιον, εἰ μὴ πείθομεν, ἐς τὰ αὐτὰ καταστήσαντες, τὸν ξυντυχόντα κίνδυνον ἔᾶσαι ἡμᾶς αὐτοὺς ἐλέσθαι, quae in multis et bonis libris est pro καταστήσαντας, fortassis non spernenda, quum δίκαιον significet δίκαιοί ἐστε, nisi forte hoc ipsum δίκαιοι simul reponi placet. Cf. script. discrep. cap. init.

Porro infinitivus cum articulo τό reperitur, ubi etiam

etiam genitivus admitti poterat. Quorum locorum nonnullos iam illustravit Matth. Gr. Gr. p. 781. not. 3., quos hic omittimus. Neque ullam offensionem habent verba II, 87. Ἡ μὲν γενομένη ναυμαχία, ὦ ἄνδρες Πελοποννήσιοι, εἴτις ἄρα δι' αὐτὴν ὑμῶν φοβεῖται τὴν μέλλουσαν, οὐχὶ δικαίαν ἔχει τέτμαρσιν τὸ ἐκφοβῆσαι, in quibus τὸ ἐκφοβῆσαι positum pro ὥστε ἐκφ., de quo infinitivi cum articulo usu ut iam monuit Matth. Gr. p. 782., ita rationem eius egregie explicuit Hermann. ad Soph. Aiac. v. 114. Sed longe difficilior non tamen ob hunc infinitivum, sed ob scripturae discrepantiam alius locus VII, 67. Ἡμῶν δὲ τό τε ὑπάρχον] πρότερον, ᾧπερ καὶ ἀνεπιστήμονες ἔτι ὄντες ἀπετολμήσαμεν, βεβαιότερον νῦν, καὶ, τῆς δοκήσεως προσγεγενημένης αὐτῷ, τὸ κρατίστους εἶναι, εἰ τοὺς κρατίστους ἐνικήσαμεν, διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς. (τὰ δὲ πολλὰ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις ἡ μεγίστη ἐλπὶς μεγίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται.) τά τε τῆς ἀντιμισθίας αὐτῶν τῆς παρασκευῆς ἡμῶν τῷ μὲν ἡμετέρῳ τρόπῳ ξυνήθη κ. τ. λ. Ubi particulam καί ante τῆς δοκήσεως omittunt optimi libri Cass. Aug. Reg. (G), et cum his etiam m. et F., nec agnoscit Valla. Bene; nam verba τῆς δοκήσεως — ἐνικήσαμεν debent causam significare, cur prior Syracusanorum audacia postea etiam validior facta sit, quoniam alias haec causa omnino non commemoraretur. Quod si est, βεβαιότερον per βεβαιότερον ὂν s. ὑπάρχον, quorum participiorum illud facile excidere potuit, hoc autem e praecedd. suppleri potest, interpretandum et τὸ ὑπάρχον πρότερον aut cum διπλασία — ἐλπίς aut cum μεγίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται iungendum est. Posterius sine magna audacia fieri non potest. Nam desunt quidem verba τὰ δὲ πολλὰ — ἐλπίς in Cass. Aug. Pal. Reg. (G.) m. Ar. Chr. Mosq. E. K., e quibus solum Aug. et Chr. a rec. m. adscripta habent. Sed primum bis usurpatum nomen ἐλπίς facile efficere potuit, ut librarii verba in medio posita omitterent. Deinde etiamsi quis hoc ob tot codicum diversarum classium consensum non verisimile iu-

dicet, tamen etiam deletis his dubiis verbis τὸ ὑπάρχον eum παρέχεται cohaerere non poterit, nisi ante διπλασία vel ὅθεν vel similis vox additur, quod non permittit crisis circumspecta. Quare nos τὸ ὑπάρχον subiectum praedicati διπλασία ἐλπίς esse iudicamus, et, ut hoc fieri possit, articulum post ἑκάστου, si verba τὰ δὲ πολλὰ — μεγίστη ἐλπίς spuria putentur, tanquam pronomen relativum ἥ post ἐλπίς transponimus (διπλασία ἑκάστου ἐλπὶς, ἣ μεγ. καὶ τὴν προθ. παρέχεται); sin minus, delemus. Itaque sensum in prioribus a Valla bene sic expressum existimamus: „At vobis“ (ὑμῶν legit cum plerisque libris) „qui, quum adhuc imperiti essetis, tamen obsistere ausi estis, nunc validioribus effectis, accedente persuasione vestrae strenuitatis eximiae, quod strenuissimos superastis, duplex adesse singulis spes debet.“ Infinitivus cum articulo τό autem non tam pro genitivo infinitivi quam pro infinitivo sine articulo ponitur, quo Graeci etiam post substantiva uti solent, ut ξυγγνώμην ἁμαρτεῖν λήψονται III, 40. Matth. l. l. p. 780. Similia nostris sunt verba VIII, 87. Διότι δὲ οὐκ ἦλθον, διαφόρως εἰκάζεται. οἱ μὲν γὰρ, ἵνα διατρίβῃ ἀπελθὼν — τὰ τῶν Πελοποννησίων· — — — ἄλλοι δ', ὡς καταβοῆς ἕνεκα τῆς ἐς Λακεδαίμονα, τὸ λέγεσθαι, ὡς οὐκ ἀδικεῖ, ἀλλὰ καὶ σαφῶς οἴεται ἐπὶ τὰς ναῦς. Adde etiam III, 82. Τὸ ἐμπλήκτως ὀξὺ ἀνδρὸς μοῖρα προσετέθη· ἀσφάλεια δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος, ubi neque corruptorum codicum scripturam τοῦ ἐπιβουλεύσασθαι, e correctione profectam, probaverim, et an ἀσφαλείᾳ, quod non commendat verborum ordo, scribendum sit, saltem dubito, quanquam hoc in Dionysii exemplaribus p. 888. iuxta alterum ponitur, atque etiam scholiastae interpretatione commendatur. Alium locum VII, 36., qui vulgo sic legitur, Τῇ τε πρότερον ἀμαθίᾳ τῶν πυβερνητῶν δοκούσῃ εἶναι, τὸ ἀντίπρωρον ξυγκροῦσαι, μᾶλισθ' ἂν αὐτοὶ χρήσασθαι, codices suspectum reddunt.

Pertinet huc etiam usus *nominativi cum infinitivo pro accusativo*. V, 36. Τοῖς Βοιωτοῖς καὶ Κορινθίοις Κλεόβουλος καὶ Ξενάρης, οὗτοι, εἴπερ τῶν Ἐφόρων ἐβούλοντο μάλιστα διαλῦσαι τὰς σπονδὰς, λόγους ποιοῦνται ἰδίους, παραινοῦντες ὅτι μάλιστα ταῦτα γιγνώσκειν, καὶ πειρᾶσθαι Βοιωτοὺς, Ἀργείων γενομένους πρῶτον αὐτοὺς ξυμμάχους, αὖθις μετὰ Βοιωτῶν Ἀργείους Λακεδαιμονίοις ποιῆσαι ξυμμάχους· οὕτω γὰρ ἥκιστα ἀναγκασθῆναι Βοιωτοὺς ἐς τὰς Ἀττικὰς σπονδὰς ἐσελθεῖν· ἑλέσθαι γὰρ Λακεδαιμονίους πρὸ τῆς Ἀθηναίων ἔχθρας καὶ διαλύσεως τῶν σπονδῶν Ἀργείους σφίσι φίλους καὶ ξυμμάχους γενέσθαι. τὸ γὰρ Ἄργος ἀεὶ ἠπίσταντο ἐπιθυμοῦντας τοὺς Λακεδαιμονίους καλῶς σφίσι φίλιον γενέσθαι, ἡγούμενοι τὸν ἔξω Πελοποννήσου πόλεμον ῥᾴω ἂν εἶναι. Ubi recte scholiasta monet, proprie ἡγουμένους scribendum fuisse; Lacedaemonii enim, quod ipsi, non quod duo illi Ephori, bellum extra Peloponnesum ita levius fore putabant, Argivorum amicitiam semper cupiebant. Ad magistratus igitur eorum retulit scriptor, quod de populo dicendum erat, et illustrari haec possunt ea Graecorum loquendi consuetudine, quae a Matth. Gr. Gr. p. 819. not. s. n. 2. exposita est. Hinc recte dictum VI, 40. Τὸ τῆς πόλεως ξύμπασι κοινὸν αὔξετε, ἡγησάμενοι, τοῦτο μὲν ἂν καὶ ἴσον καὶ πλέον οἱ ἀγαθοὶ ὑμῶν ἤπερ τὸ τῆς πόλεως πλῆθος, μετασχεῖν, et, ubi ab accusativo ad nominativum transitus fit, VII, 48. Ὁ δὲ Νικίας ἐνόμιζε μὲν καὶ αὐτὸς πονηρὰ σφῶν τὰ πράγματα εἶναι, τῷ δὲ λόγῳ οὐκ ἐβούλετο αὐτὰ ἀσθενῆ ἀποδεικνύναι, οὐδ' ἐμφανῶς σφᾶς, ψηφιζομένους μετὰ πολλῶν τὴν ἀναχώρησιν, τοῖς πολεμίοις καταγγέλτους γίγνεσθαι· λαθεῖν γὰρ ἂν, ὁπότε βούλοιντο, τοῦτο ποιοῦντες πολλῷ ἧσσον. In quibus subiectum primarii verbi certe ex parte infinitivi subiectum continet. Maioris momenti locus V, 41. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ Ἀργεῖοι ἠξίουν δίκης ἐπιτροπὴν σφίσι γενέσθαι, ἢ ἐς πόλιν τινὰ ἢ [ἐς] ἰδιώτην, περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς ἀεὶ πέρι διεφέρονται μεθορίας οὔσης — ἔπειτα δ' οὐκ ἐώντων Λακεδαιμονίων μεμνῆσθαι περὶ αὐτῆς,

ἀλλ' εἰ βούλονται σπένδεσθαι ὥσπερ πρότερον, ἕτοιμοι εἶναι, οἱ Ἀργεῖοι πρέσβεις τάδε ὅμως ἐπηγάγοντο τοὺς Λακεδαιμονίους ξυγχωρῆσαι. Ubi quemque offendet nominativus ἕτοιμοι. Quem non possumus, ut alibi, deleta, quae post πρότερον exstat, distinctione cum βούλονται coniungere, ut εἶναι redundet (Matth. Gr. p. 787. ad Vig. p. 752. sqq.); nam ut taceamus, ἕτοιμοι εἶναι nix usquam alibi dici ut ἑκόντες εἶναι, necessarium orationis membrum ita prorsus deesset. Quare ad ἀλλά ex οὐκ ἐώντων desumendum λεγόντων, et iam debebat aut ἑτοίμων aut ἑτοίμους εἶναι sequi. Sed Thucydides perrexit, quasi scripsisset ἐπειδὴ οὐκ ἐῶν, Λακεδαιμόνιοι, ita ut comparari haec possint cum verbis ex VIII, 63. supra laudatis et explicatis. Tum V, 51: Λύσις τάδε ἠξίουν (οἱ Ἠλεῖοι), Δίκαιον μὲν μὴ ἀποδοῦναι (τοὺς Λακεδ.), εἰ μὴ βούλονται· ἀναβάντες δὲ ἐπὶ τὸν βωμὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, ἐπειδὴ προθυμοῦνται χρῆσθαι τῇ ἱερᾷ, ἀπομόσαι, ἢ μὴν ἀποδώσειν ὕστερον τὴν κατάδικην, nominativum effecerunt verba βούλονται et προθυμοῦνται. Sed corrigendum, quod vulgo legitur IV, 62. Τὴν δὲ ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένην ἄριστον εἶναι εἰρήνην πῶς οὐ χρὴ καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ποιήσασθαι; ἢ δοκεῖτε, εἴ τῳ τί ἐστιν ἀγαθὸν, ἢ εἴ τῳ τὰ ἐναντία, οὐχ ἡσυχία μᾶλλον ἢ πόλεμος τὸ μὲν παῦσαι ἂν ἑκατέρῳ, τὸ δὲ ξυνδιασῶσαι, καὶ τὰς τιμὰς καὶ λαμπρότητας ἀπινδυνοτέρας ἔχειν τὴν εἰρήνην, ἄλλα τε, ὅσα ἐν μήκει λόγων ἄν τις διέλθοι, ὥσπερ περὶ τοῦ πολεμεῖν. Quae soloeca esse quisque intelligit. Duplex autem ratio iniri potest, qua loco fere sine ulla mutatione succurras. Aut enim cum Kistemakero scribendum ἢ δοκεῖ τε, ut τε respondeat particulae καί ante τὰς τιμάς et a nominativo ad accusativum cum infinitivo transitus fiat; aut παῦσαι et ξυνδιασῶσαι in παύσαι et ξυνδιασώσαι mutanda, ita tamen ut ὅτι non librariorum errore excidisse, quod Heilmanno in mentem venit, sed ab ipso scriptore omissum esse dicamus. Vide infra sub Oratione variata. Omittimus autem ea, quae male intellecta sunt;

nam saepe in discernenda structura nominativi et accusativi cum infinitivo peccarunt etiam nostrorum temporum philologi. Ut quum ad Demosthen. Olynth. II (III), c. 7. vv. *Οὐ γὰρ οὕτως ἄφρων οὐδ' ἀτυχής εἰμι ἐγὼ, ὥστε ἀπεχθάνεσθαι βούλεσθαι μηδὲν ὠφελεῖν. νομίζων* annotat doctissimus nobisque amicissimus Rüdiger: „Exspectaveris accusativum, sed nominativi absoluti exemplum vid. Hom. Il. I, 170. *οὐδέ σ' ὀΐω ἐνθάδ', ἄτιμος ἐὼν, ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν*" non cogitavit, longe aliam Homeri et Demosthenis esse orationem et apud hunc nominativum legitimum esse. Homeri verborum similia exempla a nobis inde apposita ad Xenoph. Cyrop. I, 4, 26. Caeterum subiectum infinitivi, si idem quidem est quod verbi primarii, sed tamen ob vim quandam per pronomen expressum est (Buttm. Gr. §. 129. not. 5.), in Thucydide modo in nominativo modo in accusativo ponitur. Ita VIII, 76. quum primum dictum sit *Καὶ δυνατώτεροι εἶναι σφεῖς (οἱ ἐν Σάμῳ) ἔχοντες τὰς ναῦς κορίζεσθαι τὰ ἐπιτήδεια τῶν ἐν πόλει*, et etiam alio subiecto interposito per nominativum continuata sit oratio, *καὶ δι' ἑαυτούς τε ἐν τῇ Σάμῳ προκαθημένους καὶ πρότερον αὐτοὺς (τοὺς ἐν τῇ πόλει) κρατεῖν τοῦ ἐς τὸν Πειραιᾶ ἔκπλου, καὶ νῦν ἐς τοσοῦτον κατασήσονται, μὴ βουλόμενοι* (vel *βουλομένων*, vid. cap. sequens) *σφίσι πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι, ὥστε αὐτοὶ (οἱ ἐν Σάμῳ) καὶ δυνατώτεροι εἶναι εἴργειν ἐκείνους τῆς θαλάσσης*, tamen paulo post scribitur *ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις τοὺς μὲν (τοὺς ἐν τῇ πόλει) ἡμαρτηκέναι, αὐτοὺς δὲ (τοὺς ἐν Σάμῳ) σῴζειν καὶ ἐκείνους πειράσεσθαι προσαναγκάζειν*. Cf. ad Xenoph. Cyrop. VI, 1, 14. et Thuc. VII, 48., qui locus paulo ante tractatus est.

Cap. X. bb) *Genitivi et dativi* usus pro aliis casibus.

Sequitur genitivus. Qui si pro nominativo positus videtur, coniunctio duarum loquendi rationum vel at-

tractionis quoddam genus est. Ut in verbis I, 115. *Τῶν δὲ Σαμίων — ἦσαν γάρ τινες οἳ οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλ' ἔφυγον ἐς μὴν ἤπειρον — ξυνθέμενοι τῶν ἐν τῇ πόλει τοῖς δυνατωτάτοις καὶ Πισσούθνῃ τῷ Τστάσπου ξυμμαχίαν, ὃς εἶχε Σάρδεις τότε, ἐπικούρους τε ξυλλέξαντές ὡς ἑπτακοσίους, διέβησαν ὑπὸ νύκτα ἐς τὴν Σάμον*, quae orationis conformatio cernitur etiam VIII, 30. et illustratur similibus exemplis Herodoti apud Werferum Actt. Monacc. I, 1. p. 81. Cf. Herm. ad Vig. p. 941. et infra in postremo capite quae de parenthesi disputantur sub lit. γ). Paulo difficilior locus IV, 18., ubi verba haec sunt, quae statim, ut faciendum iudicamus, distinguemus. *Σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν οἵτινες τἀγαθὰ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο — καὶ ταῖς ξυμφοραῖς οἱ αὐτοὶ εὐξυνετώτερον ἂν προσφέροιντο — τόν τε πόλεμον νομίσωσι, μὴ καθ' ὅσον ὄν τις αὐτοῦ μέρος βούληται μεταχειρίζειν, τοῦτῳ ξυνεῖναι, ἀλλ' ὡς ἂν αἱ τύχαι αὐτῶν ἡγῶνται — καὶ ἐλάχιστ' ἂν οἱ τοιοῦτοι πταίοντες, διὰ τὸ μὴ, τῷ ὀρθουμένῳ αὐτοῦ πιστεύοντες, ἐπαίρεσθαι, ἐν τῷ εὐτυχεῖν ἂν μάλιστα καταλύοιντο.* In quibus nisi *νομίσωσι* mutatur in *νομίσουσι* seu potius *νομιοῦσι*, structura debet haec esse, *σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν οἵτινες — ἔθεντο — τόν τε πόλεμον νομίσωσι.* (Cf. cap. XXI. Orat. variat.) Itaque scriptor aut confudit hanc duplicem structuram, *σωφρόνων ἀνδρῶν ἐστὶ θέσθαι καὶ νομίζειν* et *σώφρονες ἄνδρες εἰσὶν οἵτινες ἔθεντο νομίσωσί τε*, aut obscurata est apodosis. Hoc verisimilius reddunt verba *καὶ ταῖς ξυμφοραῖς οἱ αὐτοὶ — ἂν προσφέροιντο* et *καὶ ἐλάχιστ' ἂν οἱ τοιοῦτοι* etc., quae aperte arcto quodam nexu continentur et sibi invicem respondent. Quamobrem equidem iudico scriptorem proprie *καὶ ἐλάχιστ' ἂν οἱ τοιοῦτοι πταίοιεν* dicere voluisse, ut sequentia *διὰ τὸ μὴ — ἐπαίρεσθαι, ἐν τῷ εὐτυχεῖν ἂν μάλιστα καταλύοιντο* tanquam apodosis ad *σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν οἵτινες ἔθεντο νομίσωσί τε* referrentur; sed ob longiorem periodum atque sententias in medio positas initii oblitum vel nexum obscuriorem fore arbitratum, recepto participio *πταίοντες* apodosin primariae

sententiae cum parenthesi arcte iunxisse. Nullam dubitationem habent alia verba, in quibus genitivum nominativi locum obtinere putant. Ut quum Bauerus huc refert, *πολλῶν θανάτου ζημία πρόκειται* III, 45., nemo non videt, *θανάτου ζημία*, *Todesstrafe*, prorsus ex legibus linguae dictum esse (cf. III, 46. init.) quanquam alias etiam *θάνατον ζημίαν* (*als Strafe*) *ἐπιτιθέναι*, *προτιθέναι* et similia dicunt Graeci (vid. II, 24. et Sturz. Lexic. Xenoph. s. v. *ζημία*).

Porro iidem aliquoties ponunt *genitivos absolutos pro casu participii, quem sequens verbum postulat*, atque hoc sensu tam pro nominativo, quam pro dativo et accusativo. Res iam ex Matth. Gr. Gr. p. 818. b. nota. nec raro ita loquuntur Latini. Vid. Sanctii Minerva p. 234. sq. ed. Lips. Placet tamen ex Thucydide, in quo haec structura admodum variatur, et viris doctis saepe magnas dubitationes excitavit, exempla quaedam addere. Genitivi consequentiae pro nominat. particip. III, 13. *Βοηθησάντων ὑμῶν προθύμως πόλιν τε προσλήψεσθε κ. τ. λ.* II, 83. *Οἱ δὲ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἔπλεον μὲν οὐχ ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν, ἀλλὰ στρατιωτικώτερον παρεσκευασμένοι, ἐς τὴν Ἀκαρνανίαν, καὶ οὐκ ἂν οἰόμενοι πρὸς ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ναῦς τὰς σφετέρας τολμῆσαι τοὺς Ἀθηναίους εἴκοσι ταῖς ἑαυτῶν ναυμαχίαν ποιήσασθαι· ἐπειδὴ μέντοι ἀντιπαραπλέοντάς τε ἔφραν αὐτοὺς, παρὰ γῆν σφῶν κομιζομένων, καὶ, ἐκ Πατρῶν τῆς Ἀχαΐας πρὸς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον διαβαλλόντων ἐπὶ Ἀκαρνανίας, κατεῖδον τοὺς Ἀθηναίους ἀπὸ τῆς Χαλκίδος καὶ τοῦ Εὐήνου ποταμοῦ προσπλέοντας σφίσι, καὶ οὐκ ἔλαθον νυκτὸς ὑφορμισάμενοι, οὕτω δὴ ἀναγκάζονται ναυμαχεῖν κατὰ μέσον τὸν πορθμόν.* Et in structura nominativi cum infinitivo VIII, 76. *Ἐχόντων γὰρ σφῶν τὸ πᾶν ναυτικὸν — ἀναγκάσειν τὰ χρήματα ὁμοίως διδόναι.* Memorabiliores et a viris doctis saepe vexati ii sunt loci, in quibus genitivus subiecti simul deest. (Qua ipsa de re vid. Duk. ad VIII, 6. Heilmann. in not. ad interpret. vernac.

p. 771. et de Latinis Bremi ad Corn. Nep. Attic. c. 11.) Ut VII, 48. omittamus θαλασσοκρατούντων, VI, 7. scribitur, Ἐλθόντων δὲ Ἀθηναίων οὐ πολλῷ ὕστερον ναυσὶ τριάκοντα καὶ ἑξακοσίοις ὁπλίταις, οἱ Ἀργεῖοι μετὰ τῶν Ἀθηναίων πανστρατιᾷ ἐξελθόντων (pro ἐξελθόντες) τοὺς ἐν Ὀρνεαῖς μίαν ἡμέραν ἐπολιόρκουν. VII, 57. Ἰταλιωτῶν δὲ Θούριοι καὶ Μεταπόντιοι ἐν τοιαύταις ἀνάγκαις τότε — κατειλημμένων (id est κατειλημμένοι, nam de omnibus Italiotis hoc dici nequit) ξυνεστρατεύοντο. Quae verba quomodo explicanda sint, non primus docuit Goeller. Actt. Monacc. t. II. f. 2. p. 237., sed iam ante eum Heilmann. l. l. et p. 982. VIII, 76. Δι' ἑαυτοὺς ἐν τῇ Σάμῳ προκαθημένους καὶ πρότερον αὐτοὺς (τοὺς ἐν τῇ πόλει) κρατεῖν τοῦ ἐς τὸν Πειραιᾶ ἕρπλου, καὶ νῦν ἐς τοσοῦτον καταστήσονται μὴ βουλόμενοι σφίσι (τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ) πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι, ὥστε etc. Ita vulgo; sed codices βουλομένων, dure quidem, sed ita ut praecedentibus locis confirmetur. Eadem ratione genitivi absoluti pro dativis participiorum usurpantur, plerumque repetito subiecto I, 114. Καὶ ἐς αὐτὴν διαβεβηκότος ἤδη Περικλέους στρατιᾷ Ἀθηναίων, ἠγγέλθη αὐτῷ. Cui loco similis est, sed inversa ratione, hic VI, 82. Ἡμεῖς γάρ, Ἴωνες ὄντες, Πελοποννησίοις, Δωριεῦσι, καὶ πλείοσιν οὖσι, καὶ παροικοῦσιν, ἐσκεψάμεθα, ὅτῳ τρόπῳ ἥκιστ' ἂν αὐτῶν ὑπακουσόμεθα, explicandus e duplici structura verbi ὑπακούειν. Cf. Matth. Gr. p. 464. Structura genitivi et dativi alia ratione iuncta IV, 10. Μενόντων ἡμῶν, ξύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι δέ, καίπερ χαλεπὸν ὄν, εὔπορον ἔσται. Genitivus subiecti ex antecedd. repetendus in verbis VI, 10. Αἰ, ἠφυκαζόντων μὲν ὑμῶν, ὀνόματι σπονδαὶ ἔσονται —— σφαλέντων που ἐξιόχρεῳ δυνάμει ταχεῖαν τὴν ἐπιχείρησιν ἡμῖν οἱ ἐχθροὶ ποιήσονται, ut cunque ea ceteroquin constituuntur. Frequentissimi genitivi absoluti pro accusativis participiorum positi. Primum ita, ut nullus omnino accusativus adsit. IV, 20. Ἡμῶν γὰρ καὶ ὑμῶν ταὐτὰ λεγόντοιν, τό γε Ἑλληνικὸν

ἴστε, ὅτι, ὑποδεέστερον ὄν, τὰ μέγιστα τιμήσει. V, 3. Προσβαλόντων τῶν Ἀθηναίων ἠμύνοντο. Nec ibi spernitur haec structura, ubi ob concursum genitivorum ingratus sonus oriatur. IV, 30. Καὶ προσπεσόντες τρέπουσιν ἅμα μὲν μάχῃ αἰφνιδίῳ, ἅμα δὲ, τοῖς Ἀθηναίοις τῶν πυλῶν ἀνοιγομένων φοβηθέντων. Schol. ἀντὶ τοῦ φοβηθέντας. Etiam pro subiecti accusativo ponitur genitivus. VIII, 90. Ἐπειχίζετο οὖν οὕτω ξὺν τῷ πρότερόν πρὸς ἤπειρον ὑπάρχοντι τείχει, ὥστε, καθεζομένων — ἀνθρώπων ὀλίγων, ἄρχειν τοῦ — ξκπλου. Deinde ita ut accusativus et ipse legatur. II, 8. Ἡ δὲ ευνοια παρὰ πολὺ ἐπῆει (vel ἐποίει vid. not.) τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους, ἄλλως τε καὶ προειπόντων (pro προειπόντας), ὅτι τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦσιν. Cf. V, 53. VII, 48. III, 72. IV, 8. (ubi κατειλημμένου melius in nomen χωρίον quam in σῖτος quadrat.) Etiam ubi alii genitivi absoluti accedunt, ut III, 22. Προσέμιξαν τῷ τείχει τῶν πολεμίων λαθόντες τοὺς φύλακας, ἀνὰ τὸ σκοτεινὸν μὲν οὐ προϊδόντων αὐτῶν, ψόφῳ δὲ τῷ ἐκ τοῦ προειέναι αὐτοὺς ἀντιπαταγοῦντος τοῦ ἀνέμου οὐ κατακουσάντων. Hinc suspicari licet, quid olim lectum sit VI, 12. Ubi quum vulgo exhibeatur, Καὶ ταῦτα ὑπὲρ ἡμῶν δίκαιον ἐνθάδε εἶναι ἀναλοῦν, καὶ μὴ ὑπὲρ ἀνδρῶν φυγάδων τῶνδε ἐπικουρίας δεομένων, οἷς τό τε ψεύσασθαι καλῶς, χρήσιμον, καὶ τῷ τοῦ πέλας κινδύνῳ, αὐτοὺς λόγους μόνον παρασχομένους, ἢ κατορθώσαντας, χάριν μὴ ἀξίαν εἰδέναι, ἢ πταίσαντάς που, τοὺς φίλους ξυναπολέσαι (codd. mss. et edd. ξυναπολέσθαι; vide infra sub verborum generibus), Aug. Reg. (G.) H. Vind. suppeditant αὐτῶν pro αὐτούς, quod ducit ad scripturam αὐτῶν παρασχομένων. Pergimus ad alia. Et ut taceamus de inversione infra tractanda, nonnulli huc retulerunt verba I, 1. Ἐκ δὲ τεκμηρίων, ὧν ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι πιστῶσαι ξυμβαίνει, ubi tamen ὧν non pro οἷς positum, sed repetendum ἐξ. Vid. Schaef. ad Dion. Halicarn. p. 325. Tum VIII, 46. Βασιλεῖ ἐξεῖναι ἐπὶ τοὺς

αὐτοῦ (nam ita optimi codices, et vulgatum αὐτούς sensu plane caret) λυπηροὺς τοὺς ἑτέρους ἐπάγειν verba οἱ λυπηροί, ut οἱ ἐχθροί, οἱ πολέμιοι substantivi structuram adsciverunt. Σφῶν πείθεσθαι VII, 73. nihil habet dubitationis. Vid. ibi Bauer. Schneider. Lex. Gr. s. h. v. et Matth. Gr. p. 464. Πρέπον autem quanquam in quibusdam locis adeo licet cum genitivo coniungere (Matth. Gr. p. 518. not.) tamen non ita dictum in Thucydide. Nam quem unum locum profert Thomas. Mag. III, 59., Ὡς πρέπον ὑμῶν καὶ ὡς ἡ χρεία προάγει, in eo quum omnes libri ἡμῖν exhibeant, grammaticus in vitiosum codicem incidisse existimandus est. Vid. eius Intpp. Ubi vero *genitivum accusativi locum obtinere* arbitrantur, ut in exemplis a Bauero l. l. p. 27. commemoratis, ibi genitivus aut *partem* rei indicat, (ὑποψίας ἀφελεῖν, ξυναίρεσθαι κινδύνου, τῆς γῆς τέμνειν) aut *causam* (Matth. Gr. Gr. p. 468. sq.). In verbis autem Τῶν λεγόντων μᾶλλον ὑπενοεῖτε ὡς — λέγουσι I, 68. genitivus pendet ex tota formula ὡς λέγουσι, idem significante quod τὸ λέγειν, haud secus atque apud Xenophontem Cyrop. V, 2, 18. Ἐνενόησε δὲ αὐτῶν καὶ ὡς ἐπηρώτων ἀλλήλους τοιαῦτα et in verbis ibi a Schneidero appositis. Λύγου τελευτῆν autem III, 59. (cf. III, 104.) dictum ut λήγειν s. παύεσθαι λόγου. Hinc etiam βίου τελευτῆν scripsit Xenoph. Cyrop. VIII, 7, 17., in quo frustra haeret Schneiderus. Alium locum, e confusione duplicis structurae explicandum, vide sub finem dativi. Denique ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν τῆς ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων ὑπούλου εὐνομίας οὐ προτιμήσαντες qui ex Thucydide affert et hunc genitivum pro accusativo positum contendit, Dionysius, debebat, antequam Thucydidem reprehenderet, codices inspicere, in quibus postrema sic scripta invenisset τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθ. ὕπουλον αὐτονομίαν οὐ προτιμήσαντες VIII, 64.

Dativus.

Dativum pro nominativo dictum scholiasta et plerique interpretes male sibi visi sunt invenisse IV, 98. *Σαφῶς τε ἐκέλευον ἀφίσιν εἰπεῖν, μὴ ἀποῦσιν ἐκ τῆς Βοιωτῶν γῆς· (οὐ γὰρ ἐν τῇ ἐκείνων ἔτι εἶναι, ἐν ᾗ δὲ δορὶ ἐκτήσαντο·) ἀλλὰ κατὰ τὰ πάτρια τοὺς νεκροὺς σπένδουσιν ἀναιρεῖσθαι.* Quae contra indolem Graecae linguae sic intellexit vulgatus Interpres: „*Plane autem iubebant suum caduceatorem illis*“ (quasi σφίσιν hoc significet!) „*declarare, se non recessuros ex Boeotorum agro; se enim non amplius in illorum agro esse, sed in eo, quem armis quaesissent; sed tamen ex patriis institutis factis induciis suorum cadavera recipere liceret.*“ Veram horum explicationem, alteram ex duabus, quas proposuit, in nota iam dedit Bauer. Rectius hic commemorantur verba IV, 93. *Τῷ δὲ Ἱπποκράτει ὄντι περὶ τὸ Δήλιον, ὡς αὐτῷ ἠγγέλθη, ὅτι Βοιωτοὶ ἐπέρχονται, πέμπει ἐς τὸ στράτευμα*, cuius structurae origo proprie inde explicanda est, quod duplex loquendi genus, *τῷ Ἱπποκράτει ὡς ἠγγέλθη*, et *ὁ Ἱπποκράτης, ὡς αὐτῷ ἠγγέλθη*, coniunctum est; quod ubi factum, pronomen *αὐτοῦ* frequenter superfluum videtur. Huc iam pertinent verba I, 114. VI, 82. supra in hoc capite prolata. Etiam in Xenoph. Cyrop. IV, 3, 19. hoc pronomen indicio est, mutatam esse structuram, ideoque male a Schneidero deletum. Vid. ibi not. De pleonasmo pronom. *αὐτός* omnino cf. Duk. ad. Thuc. VII, 4. Weisk. de Pleon. p. 71. sq. et. p. 77. Matth. p. 645. Superest locus aliquanto difficilior I, 56. *Βραχυτάτῳ δ' ἂν κεφαλαίῳ τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον τῶνδ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε.* Ubi scholiasta primum dicit, *λείπει τὸ λέγομεν*; sed hoc verbum ubi ita omittitur, ut substantivum inde regatur (quod non fit nisi apud poetas vel in oratione concitatiore), nomen in accusativo enunciatur, idque duobus modis: aut in compellatione, ubi pronomen *σέ* cum vocabulis ei adhaerentibus ex omisso *λέγω* interdum pendet

(cf. Schaef. ad Lamb. Bos. p. 628. Matth. Gr. p. 588.); aut in appositione ad alium casum, si verbum et cum hoc et cum accusativo coniungi potest ut Soph. Antig. 851. ed. Erf. min. *Ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας, πατρὸς τριπόλιστον οἶκτον*, ubi vid. not. Erf. et Herm.), vel etiam nomen in appositione positum ad aliam vocem relatum est, quam cui explicandae proprie inservit (ut Aesch. Agam. init. *Θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων, φρουρᾶς ἐτείας μῆκος*, ubi *μῆκος* poeta dixit inductus accusativo *ἀπαλλαγήν*. Pergit deinceps scholiasta, *ἢ δοτικὴ ἀντὶ εὐθείας, ἵν' ᾖ, μάθοιτε ἂν οἵ τε ξύμπαντες καὶ καθ' ἕκαστον*. Quae ratio si vera esset, statuendum, scriptorem primum dicere voluisse *βραχυτάτῳ δ' ἂν πεφαλαίῳ, τοῖς τε ξύμπασι — μὴ προέσθαι ἡμᾶς δέον ἀποδείξαιμεν*, sed deinde pro his *μάθοιτε* scripsisse. Non tamen equidem sequor hanc interpretationem, sed verba *τοῖς ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον* cum recentioribus interpretibus pro neutro habeo, sed non cum Grammio et Gottlebero intelligo *ἐν*, quod neque omitti poterat nec additum sententiam idoneam efficeret, sed dativum per nostrum *für* („*ein kurzer Inbegriff für alles und iedes, brevissima summa omnia ac singula complectens*") explico atque hactenus pro genitivo positum puto.

Qui usus dativi, quem primo adspectu pro genitivo dictum credas, imprimis familiaris est Thucydidi. In eiusmodi autem locis — nam devenit nunc nostra disputatio ad hanc disquisitionem — dativus vel ad verbum referendus, vel, si ad substantiva pertinet, nunc *ad commodum*, nostrum *für*, significat, nunc quod substantivum structuram adiectivi aut verbi, unde derivatum est, assumpsit, positus est. Cf. Matth. l. l. p. 525. sqq. de Latinis Scheller. p. 476., et quum e prosae orationis scriptoribus Tacitus potissimum hoc dicendi genus secutus sit, etiam Athenaeum vol. II. fasc. 2. pag. 274. sqq. Ad primum genus pertinent haec III, 98. *Μέχρι μὲν οὖν οἱ το-*

ξύνεσιν εἶχεν τὰ βέλη αὐτοῖς. Et ita saepissime αὐτοῖς legitur, quod nonnunquam fere redundare videtur. Cf. Duk. ad VII, 19. 59. et, ubi etiam de simili usu pronominis σφίσι monitum, VIII, 106. Non tamen huc referri potest locus IV, 25., in quo αὐτοί scribendum esse cum Valla, scholiasta et aliquot codicibus maxime docent verba οἱ Ἀθηναῖοι — ἔτι ραον ναῦν ἀπαλλύουσι. Verum recte memorare licet VIII, 24. Εἰργομένοις οὖν αὐτοῖς τῆς θαλάσσης καὶ κατὰ γῆν πορθουμένοις ἐνεχείρησάν τινες πρὸς Ἀθηναίους ἀγαγεῖν τὴν πόλιν, in quibus male (cf. Matth. Gr. p. 523.) dativum pro genitivo absoluto positum dicunt, et I, 6. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν νεωτέρων — οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνας — λινοῦς ἐπαύσαντο φορεῦντες. Sed alio sensu legitur IV, 56. Τοῖς δ' Ἀθηναίοις τότε τὴν παραθαλάσσιον θροῦσι τὰ πολλὰ ἡσύχασαν, ὡς καθ' ἑκάστην φρουρὰν γίγνοιτό τις ἀπάβασις, ubi commate deleto dativus iungendus cum γίγνοιτο. Alterius generis sunt haec. III, 24. Ἐσπίνδοντο ἀναιρεσιν τοῖς νεκροῖς. I, 5. Ἡγουμένων ἀνδρῶν οὐ τῶν ἀδυνατωτάτων κέρδους τοῦ σφετέρου αὐτῶν ἕνεκα καὶ τοῖς ἀσθενέσι τροφῆς. Non aliter Demosthen. Olynth. III, p. 54. Reisk. Φλιάσιον δ' ἰδὼν πόλεις Ἑλληνίδας ἀνδραποδίζεσθαι δι' ἀποφίαν ἱππέων τοῖς στρατευομένοις. Add. Thuc. IV, 6. et VIII, 57. Ex tertio genere sunt VI, 57. Ὡς εἰδόν τινα τῶν ξυναμοτῶν σφίσι διαλεγόμενον οἰκείως τῷ Ἱππίᾳ, ubi substantivum ὁ ξυναμότης adiectivi vel participii ξυναμοτῶν structuram induit. I, 122. Ἐπικειμισμὸς τῇ χώρᾳ. V, 5. Ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τισὶ πόλεσιν ἐχρημάτισε περὶ φιλίας τοῖς Ἀθηναίοις (i. e. περὶ τοῦ φίλους εἶναι, φιλίαν ποιεῖσθαι s. συντίθεσθαι τοῖς Ἀθην.). V, 35. Ἐπώμοσεν ἀλλήλους κατὰ τὴν τῶν χωρίων ἀλλήλοις οὐκ ἀπόδοσιν. Add. Duk. ad V, 46. VIII, 21. Steph. de Dion. imitat. Thucyd. Person. ad Eurip. p. 516. et quos praeter hos laudat Matth. Gr. p. 536.

Alii loci, in quibus Bauerus in Philologia Thucydideo — Baulina dativum pro genitivo vel etiam pro accusativo dictum putat, aut prorsus plani sunt, ut quum θαυμάζω τῇ ἀπειρίᾳ, et, quod quidem rarius, sed ex eadem tamen analogia explicandum est, ὀλοφυρθεὶς τοῖς ἑαυτοῦ legitur (cf. Matth. Gr. p. 546. sq.); aut male huc referuntur, ut quum περιέσεσθαι τῷ βουλεύματι pro περ. τοῦ βουλεύματος positum fertur, quum tamen id, quo superamus aliquem, dativo casu efferatur. Tum IV, 124. ὀλίγῳ, de quo queritur Heilmannus, mutandum in ὀλίγου, partim ob locum Prisciani, l. XVIII. p. 292. ed. a. 1528, a. p. 731. ed. Bas. a. 1545. (quem locum hic ab editoribus prorsus neglectum ad VIII, 35. ita protulit Wassa, ut nesciret, quo referendus esset), partim ob usum loquendi (Duk. ad VIII, 35. Vig. p. 115. Matth. Gr. p. 457.) Neque recte a Dionysio p. 800. reprehenditur Thucydides, quod scripsit τῷ πλήθει καταπλαγέντες IV, 10. Cf. V, 65. VI, 34. Nam καταπλήττεσθαι et ἐκπλήττεσθαι quamquam ex analogia verbi φοβεῖσθαι cum accusativo iungi possunt (cf. V, 10. VI, 33.), tamen etiam quatenus passiva sunt, *perterrefieri*, structuram ὑπό τινος et pro hoc dativi structuram admittunt. Cf. Sturz. Lex. Xenoph. s. ἐκπλήττειν. (Non igitur plane vera iudicamus quae Buttmannus dixit Gr. §. 125. 2. annot. 1.) Superorant verba τῆς ζυγὸν τὴν ὠφέλειαν τῇ τάξει ἀφελέσθαι VII, 5., in quibus ἀφαιρεῖσθαι ut activum ἀφαιρεῖν apud Xenoph. (vid. Matth. Gr. p. 561.) constructum est; τοῖς ἐνδοῦσιν ἀνθρασσέσθαι IV, 29., in quibus, ut III, 58. fin., ῥᾳδύνεσθαι structuram verborum ἐνδιδόναι, εἶκειν, ὑπείκειν, νικᾶσθαι induit quemadmodum vicissim νικᾶσθαι nonnunquam cum genitivo struitur (vid. Valcken. ad Hippol. p. 216. sq.); denique μετέχειν τῇ οἰκήσει II, 16., quod, nisi quis in iis requiescendum putat, quae a Matth. Gr. p. 485. dicta sunt, unum explicare non possumus. Revocandum etiam ex libris erat III, 59. θελήσασθαι καὶ ἐπικλασθῆναι τῇ γνώμῃ οἵτῳ σώφρονι λαβόντας.

Ubi quum iam Abreschius ad λαβόντας suppleri voluisset αὐτόν, ei haec opposuit Gottleberus: „Quo referatur αὐτόν, non assequor, nisi οἶκτον voluit intelligi. Sed et hoc nihil: οἴκτῳ σώφρονι, λαβόντας τὸν οἶκτον." Unde ei apparet ignotum fuisse, Graecos pro φείσασθαι οἴκτῳ vel φείσασθαι οἶκτον λαβόντας dicere posse φείσασθαι οἴκτῳ λαβόντας. Soph. Electr. v. 47. Ἄγγελλε ὅρκῳ προσπεσών. Cf. Erfurdt. ad Antig. v. 23. ed. min. et nos ad Xenoph. Cyrop. II, 3, 17. VII, 1, 40. Neque hinc aliena verba Thuc. V, 15. Ἐπιθυμία τῶν ἀνδρῶν νομίσασθαι. Plat. Criton. 14. Οὐδ' ἐπιθυμία σε ἄλλης πόλεως οὐδ' ἄλλων νόμων ἴλαβιν εἰδέναι. Cyrop. V, 2, 31. Οὐ δύναμαι ἐννοῆσαι ἀσφαλέστερον οὐδὲ μίαν πορείαν ἡμῖν τῆς πρὸς αὐτὴν Βαβυλῶνα πορείας εἶναι. I, 6, 33. Σὺν τοιούτῳ ἤθει ἐθισθέντες, ubi vid. not.

Cap. XI. cc) *Accusativi* usus pro aliis casibus.

Accusativum, qui ultimo loco sequitur, *nominativi instar* esse monent II, 26. Τὸν δὲ πόνον τὸν κατὰ τὸν πόλεμον μὴ γένηταί τε πολὺς, καὶ οὐδὲν μᾶλλον περιγενώμεθα, ἀρκείτω μὲν ὑμῖν καὶ ἐκεῖνα, ἐν οἷς ἄλλοτε πολλάκις γε δὴ ἀπέδειξε οὐκ ὀρθῶς αὐτὸν ὑποπτεύομενον. Sed hunc locum recte explicuit Matth. Gr. p. 586. not. r. Tacemus structuras, quales sunt οἶδά σε, οἷος εἶ. — ὃν ἄρτι κίνδυνον ἐκεῖθεν προεῖπον, οὐκ ἂν διὰ μακροῦ ὑμῖν ἐπιπέσοι. item τίνα οἴεσθε ἥν τινα φῦ. Sed VIII, 58. Τροφὴν δὲ ταῖς ναυσὶ ταῖς νῦν παρούσαις Τισσαφέρνην παρέχειν κατὰ τὰ ξυγκείμενα, μέχρι ἂν αἱ νῆες αἱ βασιλέως ἔλθωσι. Λακεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους, ἐπὴν αἱ βασιλέως νῆες ἀφίκωνται, τὰς ἑαυτῶν νεῶν ἣν βούλωνται τρίψαι, ἐφ' ἑαυτοῖς εἶναι, scriptor initio voluit continuare structuram, qua in priori membro usus est, sed postea ad aliam transit.

Quum autem Graeci *infinitivo etiam ibi, ubi genitivus vel dativus praecedit, accusativum participiorum* possint *adiungere* (Matth. Gr. p. 771.), etiam haec saepe annotare placuit scholiastis. Sic I, 40. Ὁρῶ δὲ καὶ νῦν ὄμους καὶ παρασκήσια ξυμβουλευτέα μοι ὄντα, καὶ τοὺς ἀνακινδυνευομένους ὑμῶν δικαιῶ, τοῖς κοινῇ δόξασιν, ἢν ἄρα τι καὶ σφαλλώμεθα, βοηθεῖν, ἢ μηδὲ κατορθοῦντας τῆς ξυνέσεως μεταποιεῖσθαι scholiasta scribit, Ἢ μηδὲ κατορθοῦντας· ἀντὶ τοῦ ἢ μηδὲ κατορθούντων. Sed I, 62. quamquam per se bene legitur Ἦν ἡ γνώμη τοῦ Ἀριστέως, τὸ μὲν μεθ' ἑαυτοῦ στρατόπεδον ἔχοντα ἐν τῷ ἰσθμῷ ἐπιτηρεῖν τοὺς Ἀθηναίους, tamen quum Cass. Aug. et alii codices ἔχοντι exhibeant, fortasse hoc ut insolentius praeferendum, quum τοῦ Ἀριστέως ad sensum significet τῷ Ἀριστεῖ. Exempla accusativi dativo subiecti habet Duk. ad. IV, 2. 30. et VII, 57.; et sic etiam πάσχοντας explicandum II, 11. Quare haud spernenda aliquot codicum scriptura αὐτοῖς pro αὐτούς VIII, 8. Καὶ ἔδοξε πρῶτον ἐς Χίον αὐτοῖς πλεῖν ἄρχοντα ἔχοντας Χαλκιδέα. Nec multum differunt verba II, 56. Καὶ τὸν πάντα ὅμιλον καὶ ἀστῶν καὶ ξένων ξύμφορον εἶναι αὐτῶν ἐπακοῦσαι, ubi contra scholiastem, dicentem, Σχῆμά ἐστιν, ἀντὶ τοῦ πάντι τῷ ὁμίλῳ, recte disputavit Duk.

Alibi *totum et partes in eodem casu* ponuntur, quem Graecae linguae usum iam ubi de nominativo agebatur, illustravimus. II, 95. Σιτάλκης — ἐστράτευσεν ἐπὶ Περδίκκαν — δύο ὑποσχέσεις, τὴν μὲν βουλόμενος ἀναστρῶσαι, τὴν δὲ αὐτὸς ἀποδοῦναι. Ubi praepositio διά, quae in editionibus ante δύο additur, cum libris expungenda. Schol. Bas. Ἀντὶ γενικῆς ἡ αἰτιατική, Ἀττικῶς. σημείωσαι παρόμοιον τὸ Δύο μὲν σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανόν.

Ubi autem *accusativos participiorum pro genitivis absolutis vel dativis dictos* putant, aliquoties verba non recte intellexerunt. Ita IV, 105. Πυνθανόμενοι δὲ ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο ὡς, ὅταν ἐξέλθωσιν, ἢ οὐχ ὑπομενοῦντας σφᾶς, ἢ ῥᾳδίως λῃψόμενοι βίᾳ, ubi scholiasta scribit ἐνήλλαξε καὶ ἀντὶ τοῦ

τοῦ δὴ ὑπομενόντων, accusativus ὑπομενοῦντας sc. αὐτούς pendet ex ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο. Ineptius etiam V, 7. Οὐ βουλόμενος αὐτοὺς διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους βαρύνεσθαι, ἀναλαβὼν ἦγε idem scholiasta enallagen καθημένους pro καθημένων statuit, quo structura iam nunc insolens etiam audacior fieret. Plura de his verbis infra sub Participiis pro Infinitivis positis dicentur. Accusativo participii, ut ex simili nominativi usu iam colligi potest, uti etiam ibi licet, ubi subiectum participii certe ex parte inest in subiecto primarii verbi vel vicissim. IV, 118. Ἐκκλησίαν ποιήσαντας τοὺς στρατηγοὺς περὶ τῆς εἰρήνης βουλεύσασθαι Ἀθηναίους. Aliquo modo huc etiam pertinent verba μέλλοντας πέλαγος περαιώσασθαι I, 10., ubi vid. not. Revera autem accusativus participii aliquoties pro alio casu legitur, ubi particula ὡς illi addita est; ut nunc e Matth. Gr. p. 829. sq. constat inter viros doctos. E Thucydide duo huc pertinent loci varie tentati, VIII, 66. Ἀλλήλοις γὰρ ἅπαντες ὑπόπτως προσῇσαν, ὡς μετέχοντά τινα τῶν γιγνομένων et VI, 40. Καὶ τῶν τοιῶνδε ἀγγελιῶν ὡς προαισθανομένους καὶ μὴ ἐπιτρέψοντας (sc. ἡμᾶς, quod ne in hac structura omissum mireris, vide Xenoph. Cyrop. I, 4, 21.) ἀπαλλάγητε (male vulgo ἀπαλλαγῆτε.). Add. Goell. Actt. Monacc. II. 3. p. 332. sq., qui recte emendat locum VII, 31. Notanda vero verba III, 53. Προκατηγορίας τε ἡμῶν οὐ προγεγενημένης, τό τε ἐπερώτημα βραχὺ ὄν, in quibus analogiam verborum impersonalium aequius iusto (vid. Matth. Gr. p. 821. sq.) extendit Thucydides. Plures explicationes patiuntur verba I, 124. Ὡς οὐκέτι ἐνδέχεται περιμένοντας τοὺς μὲν ἤδη βλάπτεσθαι, τοὺς δ', εἰ γνωσθησόμεθα ξυνελθόντες μὲν, ἀμύνεσθαι δὲ οὐ τολμῶντες, μὴ πολὺ ὕστερον τὸ αὐτὸ πάσχειν. Ubi si vera sit scholiastae interpretatio, ex qua περιμένοντας pro περιμενόντων ἡμῶν positum est, scriptor initio verbum ἐᾶν addere voluisse, sed deinde orationem mutasse existimandus est. Alii tamen περιμένοντας pro περιμένειν accipiunt, et sane Thucydides miris modis participio utitur

pro infinitivo, ut infra videbimus. Possit denique etiam περιμένοντας ad Potidaeatas eorumque socios referri, ut sit *exspectantes vestrum auxilium.* Mirus vero accusativus VI, 15. Καὶ δημοσίᾳ πράτιστα διαθέντα τὰ τοῦ πολέμου ἰδίᾳ ἕκαστοι τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτοῦ ἀχθεσθέντες, ubi paene necesse videtur scribi διαθέντι cum cod. H.; nam διαθέντι — τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτοῦ ex more Graecorum dictum esset. Vid. ad Xenoph. Cyrop. IV, 5, 19.

Ex verbis autem, *quae apud alios scriptores genitivum regunt, a Thucydide autem cum accusativo coniuncta putantur*, imprimis commemoratione indigent, ἡγεῖσθαι et ἐξηγεῖσθαι, μετέχειν et verba cognata, δεῖσθαι, denique φείδεσθαι. Et ἡγεῖσθαι quidem accusativum sibi adsciscere, demonstrari non potest. Nam quum in verbis Οὐχ ὑποτελῆς ἔχοντες φόρου τοὺς ξυμμάχους ἡγοῦντο I, 19. Enarrator Graecus, quem sequitur Matth. Gr. p. 462., antiptosin invenit pro ξυμμάχων, iam pridem docuerunt viri docti, accusativum ibi pendere ex ἔχοντες. Horum similia verba I, 76. Τὰς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ πόλεις ἐπὶ τὸ ὑμῖν ὠφέλιμον καταστησάμενοι ἐξηγεῖσθε, ubi Stephanus: „Hic," inquit „ἐξηγεῖσθε videri possit accusativo iunctum; sed ad καταστησάμενοι fertur, ut post ἐξηγεῖσθε subaudiatur αὐτῶν." Nec ullam offensionem habent verba ἃ δὲ ἑκάτεροι ἐξηγεῖσθε τοὺς ξυμμάχους, ubi ἃ est *in quibus*, ex analogia verborum χρῆσθαί τινί τι et similium Matth. Gr. p. 564. Supersunt duo structurae hic examinandae exempla, I, 71. Τὴν Πελοπόννησον πειρᾶσθε μὴ ἐλάσσω ἐξηγεῖσθαι ἢ οἱ πατέρες ὑμῖν παρέδοσαν, et VI, 85. Καὶ γὰρ τοὺς ἐκεῖ ξυμμάχους, ὡς ἕκαστοι χρήσιμοι, ἐξηγούμεθα, Χίους μὲν καὶ Μηθυμναίους νεῶν παροχῇ αὐτονόμους, τοὺς δὲ πολλοὺς χρημάτων βιαιότερον φορᾷ. In priori loco marg. Steph. habet quidem τῆς Πελοποννήσου, quam scripturam Stephanus ipse amplectendam censet, sed invitis codicibus et Dionysio Halic. In verbis autem l. VI. plurimi et optimi codd. (Cass. Aug. Pal. Reg. all.) exhibent

τοῖς ἐπὶ ξυμμάχοις. Quam scripturam ideo quidem reiecit Bakerus, quia statim sequantur accusativi *Χίους*, *Μηθυμναίους* all.; nos tamen, quae verba cum utroque duorum casuum construuntur, ea etiam ambos additos habere, praecedente capite, ubi de genitivo disputabatur, exemplo verbi ὑπακούειν didicimus, quanquam ibi sententia in medio interposita rem magis excusat. Utcunque est, duo habemus verbi ἐξηγεῖσθαι significatione *ducendi s. imperandi* cum accusativo iuncti exempla. Nam quo minus quis priora cum Dion. Hal. p. 803. interpretetur πρὸ ἄγειν ἔφη τὴν Πελοπόννησον ἡγουμένους αὐτῆς, impedit reliquus verbi ἐξηγεῖσθαι apud nostrum scriptorem usus, ex quo eius et simplicis ἡγεῖσθαι fere eandem vim esse intelligimus. Vid. II, 65. III, 95. Neque haec structura peccat vel contra analogiam vel contra usum linguae; nam illam comprobant verba κρατεῖν (τινός et τινά), ἄγειν, ἐξάγειν, hunc quae ab Abreschio Dilucidd. Thucydd. p. 642. annotata sunt, ubi scribit vir doctus: „Quartum casum eidem verbo iunxit Procop. ap. Suid. v. Ἰωάννης ὁ Τόραν, et Theoph. Chronogr. P. 189. B. Σαλομὼν μετρίως τὸν λαὸν ἐξηγεῖτο. Add. Memnon. ap. Phot. Bibl. p. 715.“ Pariter dubitatione carent verba μετέχειν, μέτεσπι et similia, quae necessario accusativum et nominativum sibi adiungunt, ubi partis notio, quae genitivo indicatur, nomine μέρος similive vel diserte addito vel per ellipsin supplendo iam significatur. VI, 40. Τὸ τῆς πόλεως ξύμπασι κοινὸν αὔξετε ἡγησάμενοι τοῦτο μὲν ἂν καὶ ἴσον καὶ πλέον οἱ ἀγαθοὶ ὑμῖν ἦτε ᾧπερ τὸ τῆς πόλεως πλῆθος μετασχεῖν. Ubi patet, τούτου quidem, sed non ἴσου et πλέονος, nisi quis sensum perverti vult, dici posse. Add. Matth. Gr. p. 484. not. 1. 2. Τοῦτο ipsum autem satis defenditur et usu pronominum neutrius generis, quem tetigit Matth. Gr. p. 565. not. 3., et analogia phrasium κοινωνῶ σοι τοῦτο, κοινωνῶ σοι οὐδέν. Sed VIII, 8. Καλλίγειτος καὶ Τιμαγόρας ὑπὲρ τοῦ Φαρναβάζου οὐκ ἐκοινώνουν τὸν στόλον ἐς τὴν Χίον, quum

neque haec ratio valeat, et passivum vel medium verbi ποιεῖσθαι insolens fit, ἐποιοῦντο cum Gr. a pr. m. E. (in quo ἐκφινοῦντο reperitur) Bas. scribendum videtur. Nam ἐποιοῦντο τὸν στόλον ita dici potest ut ἐπιστεύοντο a, ἐπεμέποντο τὴν τῆς πόλεως φυλακήν. Matth. l. l. p. 580. Δεῖσθαι porro in vv. V. 36. Τὸ μέντοι Πάνακτον ἐδίδοντο Βοιωτοὺς ὅπως μεταδώσουσι Λακεδαιμονίους verbi αἰτεῖν structuram habet. Φείδεσθαι denique cum accusativo coniunctum esse negamus, quum III, 74. Ἐμπιπρᾶσι τὰς οἰκίας, τὰς ἐν κύκλῳ τῆς ἀγορᾶς, καὶ τὰς ξυνοικίας, ὅπως μὴ ἡ ἔφοδος, φειδόμενοι οὔτε οἰκείας οὔτε ἀλλοτρίας nomina οἰκείας et ἀλλοτρίας etiam pro genitivis haberi possint („indem sie weder ein eigenes noch ein fremdes verschonen"), ut I, 90. legimus φειδόμενοι οὔτε ἰδίου οὔτε δημοσίου οἰκοδομήματος. Adde quae de usu singularis pro plurali cap. VII. disputata sunt.

Dativum pro accusativo fuerunt qui in his exspectarent: primum in dictione προσαφέξασθαι τὴν πόλιν, quae vel invito Stephano e libris reponenda I, 26., sed satis defensa ab Abresch. in Dilucc. Thucc. ad. l. l. Wess. ad Diod. Sic. t. I. p. 502. et Valcken. ad Herodot. l. V. p. 430. Magis offensioni sunt verba II, 88. μηδένα ὄχλον Ἀθηναίοις ὄντες Πελοποννησίων νεῶν ἐπιπομπεῖν, ubi verborum φεύγειν et ἀποδιδράσκειν structuram imitatus est scriptor, ut in ὑπεξέρχεσθαι III, 34. Idem verba cum ἐπὶ composita aliquoties cum accusativo coniunxit. Nihil quidem probat locus VI, 92. Ὃς ἂν τὴν ἑαυτοῦ ἀδίκους ἀπολέσας μὴ ἐπίῃ et IV, 96. ἐπίεσαν exhibendum, sed certum V, 110. Ὅσους μὴ Βρασίδας ἐπῆλθε, et ἐπιστρατεύειν τινί IV, 92. Add. Fisch. Comment. ad Cyrop. p. 580. Porson. ad Phoen. p. 267. et Matth. Gr. p. 532. not., unde hanc structuram non propriam esse Thucydidi intelliges. Cui ea reddenda erat etiam IV, 60., ubi vulgo invitis libris, optimis ἐπιστρατεύειν cum dativo coniungitur, quod sensu ab altero differre, perperam (vid. I, 107. III, 54.) ibi

statuit Kistemaker. Peius etiam hic commemorant ἀρξειν τινά I, 128., ubi vere scholiasta, Ἀττικὴ καὶ ἀρχαία ἡ φράσις. Vid. Matth. Gr. p. 512. Sed idem scholiasta VIII, 2. Τὸ γὰρ ἑπιὸν θέρος οἱοί τ' ἐσονται περιγενέσθαι accusativos τὸ γὰρ ἑπιὸν θέρος male pro dativis τῷ ἑπιόντι θέρει positos dicit, quum Thucydides significet, socios ne hoc quidem Atheniensibus reliquis concessisse [λόγον enim, quod vulgo additur, et in quo multum se torquent viri docti, ex auctoritate Cass. Aug. delendum est], eos *per* insequentem aestatem superstites fore s. bellum sustenturos. (Matth. Gr. p. 585. Thiersch. Gr. §. 269.) Tacemus περὶ φράσιν VI, 35. et alibi, de quo vid. Duk. ad V, 80. Sed notatu digna verba VI, 11. Σικελιῶται δ' ἂν μοι δοκοῦσιν, ὡς γε νῦν ἔχουσι, καὶ ἔτι ἂν ἧσσον δεινοὶ ἡμῖν γενέσθαι, εἰ ἄρξειαν αὐτῶν Συρακόσιοι. ὅπερ οἱ Ἐγεσταῖοι μάλιστα ἡμᾶς ἐκφοβοῦσι, id est ὅπερ ἐκφοβήσοντες ἡμᾶς λέγουσιν οἱ Ἐγεσταῖοι, qui praegnans sensus est, de quo infra cap. XXII. plura. Quanquam licet etiam provocare ad ea, quae a Thiersch. Gr. Gr. §. 267. 4. disputata sunt. Nec tentanda igitur haec IV, 125. Οἱ μὲν Μακεδόνες καὶ τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων εὐθὺς φοβηθέντες, ὅπερ φιλεῖ μεγάλα στρατόπεδα ἀσάφῶς ἐπιπλήγνυσθαι; quanquam facillime scripseris ὥςπερ, idque aliquo modo confirmes loco VII, 80. Οἷον φιλεῖ καὶ πᾶσι στρατοπέδοις, μάλιστα δὲ τοῖς μεγίστοις, φόβος καὶ δείματα ἐγγίγνεσθαι. Sed vulgatam tuentur verba VI, 33. Ὅπερ καὶ Ἀθηναῖοι αὐτοὶ οὗτοι, τοῦ Μήδου παρὰ λόγον πολλὰ σφαλέντος, ἐπὶ τῷ ὀνόματι, ὡς ἐπ' Ἀθήνας ἥξει, ἠξήθησαν. In utroque enim loco generale verbum *experiendi*, παθεῖν seu ποιεῖν (V, 70. Ὅπερ φιλεῖ τὰ μεγάλα στρατόπεδα ποιεῖν), omissum, et id ipsum, quod experiuntur magni exercitus et experti sunt Athenienses, quod proprie per epexegesin addendum erat (de qua vid. infra), statim clarius significatum est, ut alibi etiam συμβαίνειν vel γίγνεσθαι post φιλεῖ deest. Vid. Lamb. Bos. Ell. Gr. p. 655. Atque hactenus conferri

cum superioribus etiam possunt verba II, 40. ἢ τοῖς ἄλλοις ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει, ubi omissa generali sententia τοὐναντίον γίγνεται statim ratio, qua contrarium apud alios locum habeat, describitur. In his tamen nemini in mentem veniat ὅ pro accusativo habere atque per dativum explicare. Quod rursus factum V, 9. Καὶ τὰ κλέμματα ταῦτα καλλίστην δόξαν ἔχει, ἃ τὸν πολέμιον μάλιστ' ἄν τις ἀπατήσας, τοὺς φίλους μέγιστ' ἂν ὠφελήσειεν, quae sequuntur analogiam locutionis ἡ ἀδικία, ἣν ἠδίκησαν αὐτόν et similium (Matth. Gr. p. 566. sq.), nisi structuram mutatam iudicare malumus pro ἃ τὸν μὲν πολέμιον μάλιστ' ἂν ἀπατήσειε, τοὺς δὲ φίλους μέγιστ' ἂν ὠφελήσειε. Ita saltem si sana sunt verba V, 105. Τῆς δὲ ἐς Λακεδαιμονίους δόξης, ἣν διὰ τὸ αἰσχρὸν δὴ βοηθήσειν ὑμῖν πιστεύετε αὐτοὺς, μακαρίσαντες ὑμῶν τὸ ἀπειρόκακον, οὐ ζηλοῦμεν τὸ ἄφρον, scriptor αὐτούς initio omittere voluisse, sed quum *spem de Lacedaemoniis conceptam auxilio Meliis fore* audacter dici intellexisset, postea addidisse iudicandus est.

Haec omnia, quae de casibus dicta sunt, si complectimur, facile patet, si excipiuntur ea, quae aut corrupta, aut male intellecta sunt, nihil superesse, quod non vel communibus omnium linguarum legibus, vel analogia Graeci sermonis nitatur, atque ita etiam ab aliis Graecis scriptoribus aut scriptum sit aut scribi certe potuerit.

Cap. XII. Enallage δ) *modorum*.

Idem iudicium ferendum erit de modis et temporibus, ad quorum permutationem a Thucydide factam iam nos convertimus.

aa) *Indicativus* pro *coniunctivo*.

Bauerus affert ex III, 53. *Φοβούμεθα, μὴ ἀμφοτέρων ἅμα ἡμαρτήκαμεν.* Sed ibi consulto indicativo utitur scriptor, significaturus, Plataeensibus persuasum fuisse, se iure timere, eosque rem fere certo praevidisse. Vid. *Herm.* ad Vig. p. 810. Matth. p. 759. Thiersch. §. 343. 13. annot. 2. Add. Plat. Phaedon. §. 60. 77. Theaet. 3. Nam cogitandum, apud Graecos modum non ob particulam poni (ut fit apud Latinos, quum *ut* ὥστε significans aut *quum* tempus rei vere factae denotans satis male construunt cum coniunctivo), sed ex sensu pendere et cum eo mutari. Itaque alius Thucydidis locus I, 73. in quo *μή* vetandi vim habet, et tamen vulgo legebatur *μὴ στερισκώμεθα*, correctione indigebat. Tum VII, 68. *Καὶ κινδύνων οὗτοι στανιώτατοι, οἳ ἂν, ἐλάχιστα ἐκ τοῦ σφαλῆναι βλάπτοντες, πλεῖστα διὰ τὸ εὐτυχῆσαι ὠφελοῦσι* indicativum pro optativo positum male scribit Bauerus. Lege *ὠφελῶσι*, si mecum Thierschii praeceptum §. 345, 3. a. probas. Nam *βούλεται* III, 67. tantum operarum vitio in recentiores editiones venerat, quum Stephani editio adhuc *βούληται* recte exhibeat. Neque unquam in prosa sermone praesente indicativi *ἄν* addi videtur. Cf. Bekk. Anecdd. I. p. 126. et Devar. de Partice. p. 51.

Hic vero etiam *indicativus relativorum temporum, ubi Latinorum coniunctivo vel conditionalibus Gallorum temporibus respondet, an particula ἄν carere possit*, placet explorare. Fit hoc primum in verbis quibusdam impersonalibus vel impersonalium vim habentibus, ubi etiam Latini imperfectum indicativi ponere possunt. Matth. Gr. p. 713. not. 1. Schaef. Melett. critt. p. 55. et 150. Thiersch. §. 335, 1. c. Thuc. I, 37. *Εἰ ἦσαν ἄνδρες, ὥσπερ φασίν, ἀγαθοί; ὅσῳ ἀληπτότεροι ἦσαν τοῖς πᾶσι, τοσῷδε φανερωτέρων ἐχρῆν αὐτοὺς τὴν ἀρετὴν δεικνύναι.* Cap. 38. *Καλὸν ἦν, εἰ καὶ ἡμαρτάνομεν, εἶξαι τῇ ἡμετέρᾳ ὀργῇ.*

Tum etiam in aliis verbis, si nulla oriri potest ambiguitas, atque Latine proprie quidem plusquamperfecto coniunctivi utendum est, sed ei tamen etiam imperfectum indicativi substitui potest. Grotef. Gr. §. 243, 2. Thuc. VIII, 86. *Ὡρμημένων τῶν ἐν Σάμῳ Ἀθηναίων, πλεῖν ἐπὶ σφᾶς αὐτούς, ἐν ᾧ σαφέστατα Ἰωνίαν καὶ Ἑλλήσποντον εὐθὺς εἶχον οἱ πολέμιοι, κωλυτὴς γενέσθαι.* Quae cautelae ubi non observatae sunt, locus depravatus putandus. Ita VIII, 82. *Τήν τε παροῦσαν ἐλπίδα ἕκαστος τῆς τε σωτηρίας καὶ τῆς τῶν τετρακοσίων τιμωρίας οὐδενὸς ἀντηλλάξαντο* vel cum Gr. et vett. edd. *ἄν ἠλλάξ.* vel, quod praestare videtur, *ἄν ἀντηλλάξ.* scribendum. Etiam IV, 54. *ἄν* excidisse videtur; de qua re ibi dictum in nota. Add. ad Xenoph. Cyrop. V, 3, 22. et Anab. VII, 6, 21.

Futurum indicativi et coniunctivus saepe sine magno discrimine poni possunt, et tum ideo tum ob formae similitudinem a librariis permutantur. Quod fit

αα) post ὅπως μή.

Etenim inde ab Dawesio (Miscc. critt. p. 227. 459.) vulgo tradunt, ὅπως μή (non simplex ὅπως, quod invito Dawesio et Wolfio ad Lept. 266. dixit Matth. p. 738.) nonnisi cum coniunctivo aoristi primi passivi et aoristi secundi, non autem cum activi aut medii aoristi primi coniunctivo coniungi. Quae regula ut rationi repugnat, quum non intelligatur, cur in aoristo pr. passivo et aoristo sec. id liceat, quod in activi et medii aoristo pr. fieri posse negant, et cur ὅπως μή aliam structuram requirat, quam quae est in ὅπως sine negatione; ita usu damnatur. In Thucydide enim coniunctivus aoristi pr. activi est in his locis. I, 82. *Ὅπως μὴ πράξωμεν*, ubi tamen πράξομεν invenitur Lib. de synt. p. 162. Anecdd. Bekk. I, 67. *Ὅπως μὴ βλάψωσι.* IV, 66. *Ὅπως μὴ ἐπιβοηθήσωσι.* IV, 78. *Ὅπως μὴ ξυμβοηθήσωσι.* Medii autem aoristi pr. coniunctivus est I, 82. *Ὅπως μὴ ἀποστήσωνται*, ubi quidem

C. (supra scripto tamen ω) et Gr. (a. pr. m.) ἀποστήσονται exhibent, sed eadem verba repetuntur VIII, 4. I, 75. Ὅπως μὴ βουλεύσησθε. III, 56. Ὅπως μὴ οὐκ ἀποδέξωνται. Quae et alia plura exempla, in quibus ne unus quidem codex futurum praebet, in scriptore, cuius tot tamque egregios habemus libros, corrigere qui vellet, maxime temerarius esset. Atque etiam in aliis scriptoribus satis multa reperiuntur exempla, quae Dawesium refellant. E Xenophonte nos ipsi nonnulla notavimus ad Cyrop. III, 1, 27., de Luciano cf. Ind. ad Dial. Deor., de Platone Heindorf. ad Protag. p. 476. Add. Thiersch. Gr. §. 345. 13.

ββ) in *interrogationibus* obliquis.
(cf. Matth. Gr. p. 709. 2.)

In his plerumque praefertur futurum tempus. Ἀπορῶν, ὅτῳ τρόπῳ ἢ μένων πολιορκήσεται, ἢ καὶ ἀναχωρῶν διασωθήσεται, προσφέρει III, 109. Λόγους ἐποιοῦντο περὶ τῶν ἤδη πεπραγμένων καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος πολέμου, ὅτῳ τρόπῳ ἄριστα γενήσεται VIII, 45. Ἐσκέψαντο ὁρᾶν, ὅτῳ τρόπῳ μὴ ἀνεθήσεται τὰ πράγματα VIII, 63. Cf. VII, 44. Ὅπῃ σωθήσονται, ἐσκόπουν VII, 71. Cf. I, 52. VI, 93. Ἀποφήσαντες, ὅπῃ καθορμίσωνται (Vind. et Mosqu. καθορμίσονται, bene) τότε μὲν ἐς Πρωτῆν τὴν νῆσον ἀπέπλευσαν IV, 12. Ἐσκόπουν, ὅπως μετριώτατα — καταπαύσουσι (ita codd. vulgo καταπαύσωσι) τὴν ἀρχήν VIII, 24. Sed post οὐκ ἔχων, ὅπως legitur coniunctivus, Οὐκ ἔχων, ὅπως τῶν εἰρημένων ἔτι ἐξαπαλλαγῇ, ὑφίσταται τὸν πλοῦν IV, 28. Cf. II, 52. (ubi Regio non obtemperandum) V, 65. Ita etiam post εἴτε, Ἐβουλεύσαντο, εἴτε διακινδυνεύσωσιν, εἴτε ἥσσους VII, 1., quem modum aliquot codices non male exhibent etiam in simili loco II, 4. fin.

Etiam *futurum indicativi et optativus futuri* in quibusdam locis non multum diversi usus. Quod ex iis, quae a Matth. p. 709. sq. et p. 754. sq. de oratione

obliqua disputata sunt, et infra ex Oratione variata et inaequali optime apparebit. Quare non mirum est, saepe incertam in his esse scripturam. Non quidem II, 2. *Προϊδόντες οἱ Θηβαῖοι, ὅτι ἔσοιτο ὁ πόλεμος, ἠβούλοντο* (seu potius *ἐβούλοντο*, vide infra in capite de dialecto Attica) *τὴν Πλάταιαν προκαταλαβεῖν*, quanquam vel ibi Gr. ἔσσεται habet; neque IV, 83. *Εἰρήκεσαν οἱ παρὰ τοῦ Περδίκκου, ὡς πολλὰ αὐτοῖς ξύμμαχα ποιήσοι.* V, 7. *Ἀναλογιζομένων δὲ τὴν ἐκείνου ἡγεμονίαν, πρὸς οἵαν ἐμπειρίαν καὶ τόλμαν μετὰ οἵας ἀνεπιστημοσύνης καὶ μαλακίας γενήσοιτο.* VIII, 61. *Ἠπόρει, ὅπως βοηθήσοι.* Sed IV, 110. *Εἰδότες ὅτε ἥξοι, ἐπήρουν τὴν πρόσοδον* haud pauci libri ἥξει suppeditant. Discrepant etiam membranae I, 90.

bb) Coniunctivus.

aa) *Coniunctivo cum ἄν, ita ut per se constet, pro futuro dubitanter posito vel optativo* cum ἄν Homerus utitur. Il. I, 137. *Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι.* Cf. Matth. Gr. Gr. p. 727. Quem usum an prosae orationis scriptores imitentur, admodum dubium est. Unum Platonis locum Criton. c. 12. attulit Matthiae; sed ibi rectius verba distinxit Beckius, et ἄν est pro ἐάν. Alium Platonis locum Euthyphr. c. 4. *Οὐ γὰρ ἄν που ὑπέρ γε ἀλλοτρίου ἐπεξίησθα φόνου αὐτῷ* ipse inveni, in quo optativum reponere Hermannus non dubitat. Tria e Xenophonte exempla collegit Sturz. in Lex. Xenoph. s. ἄν, sed haec omnia incerta sunt. Adde his Hell. I, 7, 29; Lesbon. Protrept. p. 21. Reisk. et similia nonnulla. E Thucydide exempla notavimus haec I, 84. in verbis *Σπεύδοντες σχολαίτερον ἄν παύσαισθε* Cass. Aug. Cl. Reg. Gr. sex Pariss. habent παύσησθε. I, 140. *Ἀπισχυρισάμενοι δὲ, σαφὲς ἄν καταστήσητε αὐτοῖς, ἀπὸ τοῦ ἴσου ἡμῖν μᾶλλον προσφέρεσθαι.* Hic vel e Reg. (Par. G.) H. et Bas. optativus, vel, quod partim ob codicum auctoritatem, partim ob ipsum exquisitiorem loquendi usum praeferen-

dum est, e Cass., Aug. Pal. Gr. Par. D. futurum reponendum. III, 89. *Ἄνευ βεβαιοῦ οὐκ ἄν μοι δοκεῖ τὸ τοιοῦτο ξυμβῆναι γενέσθαι*, Cass. Cl. Reg. *δοκῇ*, sed ibi vulgata, ex qua *ἄν* pertinet ad *ξυμβῆναι*, vel ad sensum praestat. IV, 63. *Ἄγαν εἰ τύχοιμεν, φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις, διάφοροι δὲ οἷς οὐ χρή, κατ' ἀνάγκην γιγνώμεθα.* Quo in loco in plurimis et praestantissimis libris est *γιγνόμεθα*, e quo facile oritur *γιγνοίμεθα*. Cf. etiam IV, 86., ubi pro *φαινοίμεθα* in Cass. Aug. et aliis codicibus invenitur *φαινόμεθα*.

ββ) Aliquoties *coniunctivus in imperativum mutandus.* Nam I, 43. in *Κεφαλους τουσδε μήτε ξυμμάχους δέχησθε βία ἡμῶν, μήτε ἀμύνητε αὐτοῖς ἀδικοῦσι* coniunctivus praesentis cum *μή* prohibitivo coniunctus soloecus est. Cf. Gregor. Cor. et ei. Intpp. p. 15. sqq. Thomas Mag. p. 611. Herm. de Praeceptt. quibusdd. Atticistt. p. 4. sqq. Cum codicibus scribendum *δέχεσθε*. Idem vitium est V, 103. et VI, 17.

Alio vitio laborabat locus V, 55, quem correxit Haacke Symb. crit. ad l. V. Thucyd. p. 8., qui non debebat tentare V, 69., ubi propter *οὐ μή* recte sequitur coniunctivus. Matth. p. 728. Sed tollendum erat vitiosum *ποιῆται* VI, 28. Contra *κατάθησθε* I, 33. non mutatione, sed vera interpretatione egere, intelleximus cap. IX.

γγ) Neque sollicitandum *αἰ δέ τι δοκῇ* V, 77., quum apud Dorres et Ionas *αἰ* etiam sine *κα* cum coniunctivo recte iungatur. Quam structuram V, 79. bis invenies, *αἰ δέ ποτ ἀσφαλιᾶς δέη καινᾶς* et *αἰ δέ τινι τᾶν πολίων ἢ ἀφίλογα.* Vide Herm. ad Vig. p. 851. Sed in Attico sermone *εἰ cum coniunctivo* apud tragicos quidem facile admittitur (vid. Wunderlich. Observatt. critt. in Aeschyl. p. 195. sq. et Herm. ad Soph. Aiac. v. 491.), neque a prosa sermone plane alienum est (vid. Bekk. Anecdd. I, p. 144.) recentioribus maxime scriptoribus, ut Dionysio, Dio-

dore, Luciano (DD. VII, 2. DM. III, 3.) usitatum. Itaque in scholiasta Thucydidis haec structura caret offensione. Vid. I, 121. IV, 87. al. In Thucydide ipso paucissima tantum eius rei vestigia. In verbis enim I, 138. *Λακεδαιμόνιοι βούλονται τὴν εἰρήνην εἶναι, εἰη δ' ἂν, εἰ τοὺς Ἕλληνας ἀυτονόμους ἀφεῖτε*, boni codices praebent *ἀφῆτε*. Quod non quidem plane spreverim, sed ita tamen, ut simul cum nonnullis libris *εἰ* mutem in *ἤν* (vid. Matth. Gr. p. 748. 5.); quod si non placet, vulgata retinenda. Tum potissimum huc pertinent verba VI, 21. *Πρὸς δὲ τοιαύτην δύναμιν οὐ ναυτικῆς καὶ ταύτου στρατιᾶς μόνον δεῖ — ἄλλως τε καὶ εἰ ξυστῶσιν αἱ πόλεις φοβηθεῖσαι καὶ μὴ ἀντιπαράσχωσιν* etc., ubi modo quatuor corrupti codices *ἤν*. Sed VIII, 53. *Ἡρώτα ἕνα ἕκαστον αὐτῶν παρόντων τῶν ἀντιλεγόντων, ἤν τινα ἐλπίδα ἔχει σωτηρίας τῇ πόλει, — βασιλέως αὐτοῖς [Πελοποννησίοις] καὶ Τισσαφέρνους χρήματα παρεχόντων, σφίσι τε (Ἀθηναίοις) αὐτοῖς ἔφασαν, εἰ μή τις πείσει βασιλέα μεταστῆναι παρὰ σφᾶς*, vel in eo scriptore, a quo *εἰ* cum coniunctivo coniunctum esse constaret, aegre aliquis praeferret vulgatae scripturam codicum *πείσῃ*. Ceteroquin nisi numerus locorum, in quibus *εἰ* apud Thucydidem cum coniunctivo iungitur, nimis parvus, et ipsi exiguae fidei essent, res per se nullam haberet dubitationem, ita quidem, ut non coniunctivus pro optativo, sed *εἰ* pro *ἤν* accipiatur. Cf. Herm. de Praecepti. quibusdd. Atticistt. p. XI. sqq. Particulam enim *ἄν*, ex qua et *εἰ* illud *ἤν* conflatum est, etiam alibi omittit Thucydides, ubi a reliquis pedestris sermonis scriptoribus additur. Ita particulas *μέχρι, πρίν, ἕως, ἕστε* apud tragicos quidem *cum coniunctivo sine ἄν* legi constat (vid. Porson. ad Eurip. Med. p. 415.); sed in soluto sermone *ἄν* necessarium esse contendit Heindorf. ad Plat. Phaedon. cap. VI., a quo non multum recedit Reisig. Coniectt. in Aristoph. p. 64. sqq. Quanquam haec res etiam apud alios scriptores non caret dubitatione. Conf. Bekk. Anecdd. I,

p. 129. et nos ad Xenoph. Cyrop. III, 3, 50. In Thucydide certe ἄν omitti posse, dubio caret. Vid. III, 28. *Μέχρι οὗ τοῖς Ἀθηναίοις τι δόξῃ.* IV, 16. *Μέχρι οὗ ἐπανέλθωσιν οἱ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν Λακεδαιμονίων πρέσβεις.* IV, 41. *Μέχρι οὗ τι ξυμβῶσι.* IV, 46. *Μέχρι οὗ Ἀθήναζε πεμφθῶσιν.* VIII, 9. *Πρὶν διεορτάσωσι.* VI, 29. *Πρὶν διαγνῶσι,* ubi Mosqu. ex aperta correctione *διαγνῶναι.* Unde non spernenda Cass. Aug. Cl. Mosqu. scriptura *πρὶν ἐπ' αὐτὸ ἔλθῃ* II, 55. pro *ἔλθεῖν.* Alios locos minus certos, ut VI, 10. et 38., nunc nolumus urgere. Sed etiam *pronomini relativo* apud Thucydidem *coniunctivus sine* ἄν additur. Ne commemoremus verba III, 43. *ἤν τινα τύχητε,* quae ob sententiam ipsam incerta sunt (vid. not.), neve I, 76., ubi vulgatum *γένωνται* codices mutant in *γεγένηνται,* certa sunt exempla haec. IV, 17. *Τοὺς δὲ λόγους μακροτέρους οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν, ἀλλ' ἐπιχώριον ἂν ἡμῖν, οὗ μὲν βραχεῖς ἀρκῶσι, μὴ πολλοῖς χρῆσθαι, πλειόσι δὲ, ἐν ᾧ ἂν καιρὸς ᾖ, διδάσκοντάς τι τῶν προὔργου λόγοις τὸ δέον πράσσειν.* IV, 18. *Σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν οἵτινες τἀγαθὰ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο, καὶ ταῖς ξυμφοραῖς οἱ αὐτοὶ σύξυντώτερον ἂν προσφέροιντο, τόν τε πόλεμον νομίσωσι* etc., de quorum reliqua structura iam dictum cap. X. VII, 77. *ἐν ᾧ ἀναγκασθῇ.* Add. script. discrep. in Xenoph. Cyrop. II, 2, 25. IV, 1, 21. IV, 2, 33. VIII, 1, 6. et quae in primo loco atque ad III, 3, 50. in nostra editione annotavimus.

δδ) Post particulas consilium significantes coniunctivus in Thucydide frequentissimus etiam *praeterito praecedente,* idque vel ob substitutum cogitatione praesens tempus (cf. infra cap. XXI. 2.) vel ob permutatum sermonem rectum atque obliquum.

Ἵνα ᾤχετο ἵνα δοκῇ VIII, 82. Cf. VIII, 90. V, 43.
Ἵνα μή. ἐξεβεβλήκεσαν, ἵνα μὴ ἐπιβοηθῶσι IV, 1.

Μή. δείσαντες, μὴ ἀναλάβωσιν, διέκόμισαν III, 79. Cf. 80. 83. IV, 71. V, 3. VIII; 72. fin. 109. all.

Ὅπως. ἔπρασσεν ὅπως γένηται I, 65. III, 85. V, 45. VI, 75.

Ὅπως μή. ἦλθον, ὅπως μὴ σφῖσι γένηται I, 31. VI, 75.

Ita vero non dubitant dicere reliqui omnes historici. Cf. Herm. de emend. rat. Gr. Gr. p. 211. et ad Vig. p. 851. et alibi. Thiersch. Gr. §. 342. 2. et nos ad Xenoph. Cyrop. III, 2, 27. atque ad Lucian. Dial. Deor. XVI. Etiam optativum et coniunctivum coniungi in eadem periodo videbimus cap. XXI. 4. γ).

Qui quidem *usus coniunctivi in re praeterita pertinet etiam ad sententias relativas et temporales*, quatenus in his oratio recta et obliqua permutata existimatur. Herm. Obss. critt. in Aesch. et Eurip. p. 25. Thiersch. Gr. §. 346, 18. II, 74. *Οἱ Πλαταιεῖς ἐβουλεύσαντο Ἀθηναίους μὴ προδιδόναι, ἀλλ' ἀνέχεσθαι* (Cass. Reg. Cl. Par. H. *ἀντέχεσθαι*, ut post hoc verbum virgula interpungendum, et ex antecc. repetendum sit *Ἀθηναίων*: sed *iis firmiter adhaerere*; verum *ἀντέχεσθαι* cum genitivo rei potius quam personae iungitur, et a Cass. dissentiunt Aug. et Pal.) *καὶ γῆν τεμνομένην, εἰ δεῖ, ὁρῶντας, καὶ ἄλλο τι πάσχοντας, ὅ, τι ἂν ξυμβαίνῃ.* VIII, 56. *Ἠξίου ἐᾶν βασιλέα παραπλεῖν τὴν ἑαυτοῦ γῆν, ὅποι ἂν καὶ ὅσαις ἂν (ναυσὶ) βούληται.* I, 58. *Ἔδοκε νέμεσθαι, ἕως ἂν ὁ πρὸς Ἀθηναίους πόλεμος ᾖ.* Cf. VIII, 84. Xenoph. Cyrop. II, 2, 8. V, 1, 3. al.

Sic apud Tacitum frequens perfectum coniunctivi pro plusquamperfecto (vid. ad Annal. I, 10. Intt.) et praesens pro imperfecto, atque perfectum coniunctivi pro imperfecto usitatum etiam aliis Romanorum historicis. Nep. Milt. V, 1. Arist. I, 2. III, 2. Cim. IV, 1. Lys. I, 3. Ages. II; 2.

cc) Optativus.

αα) *Vitio librariorum pro aliis modis illatus.* Huc facile aliquis retulerit verba II, 39. *Καίτοι εἰ ῥᾳθυμίᾳ μᾶλλον ἢ πόνων μελέτῃ, καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον ἢ τρόπων ἀνδρείας ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν, περιγίγνεται ἡμῖν τοῖς τε μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν, καὶ ἐφ᾽ αὐτὰ ἐλθοῦσι μὴ ἀτολμοτέρους τῶν ἀεὶ ῥοχθούντων φαίνεσθαι*, ubi Vind. *ἐθέλομεν*. Sed vulgatam non solum ceteri codices defendunt, verum etiam Dionysius p. 801., qui ob hunc ipsum insolentiorem optativi *ἐθέλοιμεν* usum haec verba affert. Excusant etiam librorum scripturam ea, quae a Matth. Gr. p. 747. 3. et a Schaef. ad Dion. H. p. 214. annotata sunt. Alii loci vere vitiosi. Ac pro optativo quidem indicativus reponendus I, 38. *Καὶ δῆλον ὅτι, εἰ τοῖς πλέοσιν ἀρέσκοντές ἐσμεν, τοῖςδ᾽ ἂν μόνως οὐκ ὀρθῶς ἀπαρέσκοιμεν οὐδ᾽ ἐπιστρατεύοιμεν ἐκπρεπῶς, μὴ καὶ διαφερόντως τι ἀδικούμενοι.* Ubi postrema nihil aliud significare possunt, quam: *neque eximio modo bellum iis inferamus, nisi etiam insignem iniuriam acceperimus.* Ita igitur iniuria describeretur tanquam quae eo modo, quo loquuntur Corinthii, fortasse inferretur, fortassis etiam non inferretur, quod est contra loci naturam. Lege igitur cum optimis libris *ἐπιστράτευόμεν*, *bellum inferimus* (*inferre solemus*). Cf. Orat. variat. I, 42. *Τὸ ξυμφέρον, ἐν ᾧ ἄν τις ἐλάχιστα ἁμαρτάνοι, μάλιστα ἕπεται.* Ubi *ἁμαρτάνῃ* edidit iam Neophytus Ducas. II, 44. *Καὶ λύπη οὐχ ὧν ἄν τις μὴ πειρασάμενος ἀγαθῶν στερίσκηται, ἀλλ᾽ οὗ ἂν ἐθὰς γενόμενος ἀφαιρεθείη.* In quibus optativus significaret: *dolemus id, quo privari possimus.* Sed non sermo est de iis, qui aegre ferunt, quod aliquando, si quid aliud eveniat, bonis priventur, sed de iis, qui dolent bona iam amissa. Unde et praecedit *στερίσκηται*, et pro *ἀφαιρεθείη* ex Vind. et duobus aliis codicibus restituendum *ἀφαιρεθῇ* („*quo aliquis privatus fuerit*“).

Corrigendus etiam locus memorabilis, qui vulgo sic scribitur III, 44. *Ἦν τε γὰρ ἀποφήνω, πάνυ ἀδικοῦντας αὐτοὺς, οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω· ἢν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο.* Nam ἢν cum optativo proprie non construi, neminem fugit. Vid. Herodian. p. 433. Bekk. Anecdd. I, p. 144. Thom. Mag. pag. 267. et Herm. de Praeceptt. quibusdd. Atticistt. p. 14. sqq. Fit hoc igitur in hac atque aliis ex ἄν conflatis particulis tantum in oratione obliqua. Cf. Herm. ad Vig. p. 822. Talis est locus Thuc. VIII, 27. *Ἐκέλευε — ἐκεῖθεν ἤδη ξυναγαγόντας πάσας τὰς ναῦς, τοὺς ἐπίπλους, ἤν που καιρὸς εἴη, ποιεῖσθαι*, ubi omnes libri ἤν tuentur. Add. ad Xenoph. Cyrop. I, 5, 10. IV, 2, 6. not. His vero limitibus ea circumscribenda, quae a Schaefero Melett. Critt. p. 87. disputata sunt. Quae enim exempla regulae propositae repugnant, ea apud antiquiores quidem scriptores et pauca, et aliis de causis suspecta sunt, atque maximam partem facile corrigi possunt. Cf. Werf. Actt. Monacc. I, 1. p. 101. Neque enim aperte corruptis locis uti licet, ut nuper a nonnemine factum, qui ex Herodoto IV, 196. laudans verba *Ἦν μὲν φαίνηται σφι ἄξιος ὁ χρυσὸς τῶν φορτίων ἀπελόμενοι ἀπαλλάσσονται· ἢν δὲ μὴ εἴη ἄξιος, ἐσβάντες ὀπίσω ἐς τὰ πλοῖα κατέαται*, tacuit ibi in praestantissimis libris deesse εἴη. Itaque haud dubie etiam locus Thucydidis supra positus depravatus est, in quo facile liceret εἰ recipi, nisi hoc in depravatis modo libris legeretur. Aliam igitur correctionem circumspiciendam iudicavimus, de qua vid. not.

ββ) *Male intellectus.* I, 59. *Τὰ σκάφη μὲν οὐχ ἑλκον ἀναδούμενοι τῶν νεῶν, ὡς καταδύσειαν.* Schol. *Ἀττικῶς, ὧν κατέδυον.* Gregor. Cor. p. 58. *Τὸ λέγειν εὐκτικὰ ἀντὶ ὁριστικῶν Ἀττικόν ἐστι·* et laudat deinde hunc locum. Inepte. Pronomen relativum quum *quicunque* vel *si quis* significet, optativus in re praeterita de more ponitur. Matth. p. 751. Buttm. §. 126. annot. 6. Thiersch. §. 347,

1.

1. 6. Ineptius etiam in λέγοντες ὅτι δράσειαν II, 5. optativum indicativi locum tenere tradunt Koenius ad Gregor. Cor. l. l. et qui eum sequitur Gottleb. Illi autem νεῶν ἃς καταδύσειαν similia sunt verba, quae ex III, 84. init. protulit Matthiae p. 723, 5. Denique VII, 70., ubi in oratione obliqua codices Thucydidis φθέγγοιντο, Dionysius Halic. autem ἐφθέγγοντο exhibet, e Graecae linguae indole utrumque bene se habet.

Ceterum in talibus, quales modo appositae sunt, sententiis ἄν optativo non addi quum constet, factum tamen aliquoties in Thucydide, ut in Xenophonte (disp. De part. ἄν p. 55. sqq.), possit videri. VIII, 54. Καὶ ἐψηφίσαντο, πλεύσαντα τὸν Πείσανδρον καὶ δέκα ἄνδρας μετ' αὐτοῦ πρᾶξαι, ὅπῃ ἂν αὐτοῖς δοκοίη. Ubi ἄν magis ad ὅπῃ pertinet: *quomodocunque iis videretur*. VIII, 68. Ἀντιφῶν — πράτιστος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος καὶ ἃ ἂν γνοίη εἰπεῖν. In quibus tamen ἄν a multis codd. abest atque in aliis sedem mutat; itaque a nobis deletur.

γγ) *Post praesens historicum* recte optativum (ut VII, 17.) poni, notum est. Ita etiam apud Latinos praesens historicum sequitur imperfectum coniunctivi. Vid. Lange ad Salust. Catil. c. 34.

De transitu ab optativo ad coniunctivum et vicissim infra dicetur sub Oratione variata.

dd) Infinitivus.

αα) *Pro verbo finita*, si rem e Latinorum lingua iudicamus, poni constat *in oratione obliqua* in sententiis relativis, temporalibus similibusque, quarum primariae sententiae infinitivo expressae sunt. II, 102. Λέγεται δὲ καὶ Ἀκμαίωνι τῷ Ἀμφιάρεω, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρὸς, τὸν Ἀπόλλω τούτων τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν. IV, 98. Εἰ μὲν ἐπιπλέον δυνηθῆναι (ita codd. pro vulg. δυνηθεῖεν), παῦσ' ἂν ἔχων. Etiam VIII, 85. ἔξειν ex

optimis libris recipiendum. Structuram horum locorum, quae nonnullos viros doctos fugit, satis expediverunt Bauer. ad II, 102. Heilm. et Bredov. ad I, 91. Matth. Gr. p. 773. Herm. ad Vig. p. 832. Imitantur eam interdum Latinorum historici, maxime Livius. Vid. Scheller. Gr. p. 678. f. Etiam enunciata infinitivis ita interposita, ut in aliis linguis parenthesin constituant, et verbum finitum recipiant, infinitivum retinent. V, 72. *Ξυνέβη αὐτῷ, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ἐφόδῳ καὶ ἐξ ὀλίγου παραγγείλαντι, τόν τε Ἀριστοκλέα καὶ τὸν Ἱππονοΐδαν μὴ θελῆσαι παρελθεῖν, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο τὸ αἰτίαμα ὕστερον φεύγειν ἐκ Σπάρτης, δόξαντας μαλακισθῆναι, καὶ τοὺς πολεμίους φθάσαι*, ubi accuratius scribenti *ἔφυγε* dicendum esse, multis docuit Bauer. Cf. infra cap. postremo de parenthesi dicta.

ββ) *Pro imperativo.* Res notissima. Vid. V, 9. Matth. p. 784. sq. Thiersch. §. 295.

γγ) *Pro participio.* Vid. Matth. p. 795. not. 3. Add. IV, 47. *Ξυνελάβοντο δὲ τοῦ τοιούτου — οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων, κατάδηλοι ὄντες τοὺς ἄνδρας μὴ ἂν βούλεσθαι ὑπ' ἄλλων κομισθέντας*, ubi usitatam structuram participium requirere, sed ut plurium participiorum concursus evitetur, infinitivum substitutum esse, recte monent Interpretes. Sed male huc trahit scholiasta verba I, 21. *Εὑρῆσθαι δὲ ἡγησάμενος ἐκ τῶν ἐπιφανεστάτων σημείων, ὡς παλαιὰ εἶναι, ἀποχρώντως.* Ubi *ὡς* ante infinitivum restringendi vim habet, *quantum testimonia de rebus priscis perspicua esse possunt.* Vid. Matth. Gr. p. 783. sq.

δδ) *Infinitivo simplici structura per coniunctionem aliquam substituta.* Praeter ea, quae Matthiae habet p. 761. not. 2., considera haec. VI, 88. *Ψηφισάμενοι ὥστε πάσῃ προθυμίᾳ ἀμύνειν.* VIII, 45. *Καὶ τοὺς τριηράρχους καὶ τοὺς στρατηγοὺς τῶν πόλεων ἐδίδασκεν (ὁ Ἀλκιβιάδης) ὥστε δόντα χρήματα αὐτὸν (τὸν Τισσαφέρνην) πεῖσαι ὥστε*

ξυγχωρῆσαι ταῦτα ἑαυτῷ. VIII, 79. Αἰσθόμενοι δὲ οἱ ξύμμαχοι καὶ ὁ Ἀστύοχος τὸν θροῦν, καὶ δόξαν αὐτοῖς ἀπὸ ξυνόδου ὥστε διαναυμαχεῖν. VIII, 86. Παρῆσαν δὲ καὶ Ἀργείων πρέσβεις, ἐπαγγελλόμενοι τῷ ἐν τῇ Σάμῳ τῶν Ἀθηναίων δήμῳ ὥστε βοηθεῖν. Similia nonnulla e Xenophonte dedimus in Ind. ad Cyrop. s. v. ὥστε. Sed I, 90. Ἕως ἂν τὸ τεῖχος ἱκανὸν αἴρωσιν ὥστε ἀπομάχεσθαι non dicitur *murum idoneum ad pugnandum*, sed *idoneum, ex quo pugnetur*; neque post adiectiva ὥστε sine sensus mutatione additur, quod sentiet, qui vernaculum *zu* et *um zu* post adiectiva discernere didicerit. Itaque I, 28. in Ἕτοιμοι δὲ εἶναι καὶ ὥστε ἀμφοτέρους μένειν κατὰ χώραν, σπονδὰς δὲ ποιήσασθαι non licet coniungere ἕτοιμοι εἶναι ὥστε ἀμφοτέρους μένειν, praesertim quum ne omisso quidem ὥστε, quod pauci modo iique depravati libri proscribunt, bene procederet sententia. Neque licet post ἕτοιμοι δὲ εἶναι ex antecedd. repetere ποιεῖν ταῦτα, quia hoc significaret, τὰς ναῦς καὶ τοὺς βαρβάρους ἀπὸ Ἐπιδάμνου ἀπάγειν, quo absonus sensus efficeretur. Neque etiam veremur, ne quis cum Freimundo isto faciat, qui in libello, cui titulus Philologische Blätter fasc. 1. p. 20., δέ per γε explicandum putat; cui quidem, antequam rursus de libris philologicis iudicium ferat, benevole suademus, ut Grammaticam paulo diligentius inspiciat. Itaque nos manemus in sententia iam olim exposita, et cum Stephano δέ, quod scholiasta ignorat, expungimus.

ee) Participium.

αα) *Pro verbo finito nusquam legitur.* Afferunt quidem, si omittimus αἴτιον δ' ἐγένετο — οἱ πολλοὶ οὐκ εἰδότες, de qua formula verbum praedicato accommodatum habente (vid. cap. VII.) ibi dixit Duk. IV, 76., et quosdam nominativos absolutos, qui cap. IX. explanati sunt, verba IV, 76. Ἅμα δὲ ταῦτα (ἔδει) ἐν ἡμέρᾳ ἑπτῇ

γίγνεσθαι, ὅπως μὴ ξυμβοηθήσωσιν ἐπὶ τὸ Δήλιον οἱ Βοιωτοὶ ἀθρόοι, ἀλλ' ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν κινούμενοι. In quibus sensum non permittere monent, ut ξυμβοηθήσωσι repetatur. Bene quidem; sed ex eo desumendum βοηθήσωσι. Praeterea ipsum κινούμενοι spernunt optimi libri. Vid. not. I, 25. Κορίνθιοι δὲ κατά τε τὸ δίκαιον ὑπεδέξαντο τὴν τιμωρίαν — — ἅμα δὲ καὶ μίσει τῶν Κερκυραίων, ὅτι αὐτῶν παρημέλουν, ὄντες ἄποικοι· οὔτε γὰρ ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς διδόντες γέρα τὰ νομιζόμενα, οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν, ὥςπερ αἱ ἄλλαι ἀποικίαι· περιφρονοῦντες δὲ αὐτούς, et quae sequuntur, in quibus nullum est verbum finitum. Ubi nonnulli dixerunt, γάρ abundare (vid. schol.), quod fieri non potest, alii (ut Neoph. Ducas) hanc particulam suspectam esse, quod iudicium non confirmat codicum auctoritas; alii παρημέλουν ex antecedd. repetendum, et verba sic ordinanda esse, παρημέλουν γὰρ, οὔτε — οὔτε; alii denique (vid. schol.), participia subaudito ἦσαν posita esse pro verbo finito (cf. Herm. ad Vig. p. 770. 776.). Voluit enimvero scriptor, quum periodum inciperet, repetere in fine παρημέλουν vel simile aliquod verbum addere; sed quum plura orationis membra sint, rem oblitus est. Ita VIII, 87. legitur Διότι δὲ οὐκ ἦλθον, πολλαχῇ εἰκάζεται· οἱ μὲν γὰρ, ἵνα διατρίβῃ ἀπελθὼν, ὥςπερ καὶ διενοήθη, τὰ τῶν Πελοποννησίων· tum sequuntur alia membra per οἱ δέ et ἄλλοι δέ, omnia carentia verbo finito; repetendum enim εἶκαζον. Denique II, 68., ubi προσπαρακαλέσαντες libri et scholiasta recipi iubebant, punctum post τριάκοντα in comma mutandum. Vid. Cens. erud. in Ephemm. Ienn. a. 1816. m. Ian.

Alios locos, qui aliquo modo huc pertinent, vide infra sub *Structura variata et inaequali* et sub *Breviloquentia*.

ββ) *Pro infinitivo.* Hic dici non potest quantum erraverint viri docti, quum Graecos Latine loqui vellent:

Nos omissis iis, in quibus constans Graecae linguae usus participium requirit, atque etiam iis, quae ab imperitis scholiastis male intellecta sunt (ut I, 138. *ἀπὸ τοῦ πείραν διδοὺς ξυνετὸς φαίνεσθαι*, et ita etiam I, 121. III, 13. al.) tractamus tantum ea, quae vel ab aliis Graecis scriptoribus vel ab ipso Thucydide aliis in locis per infinitivum declarata sunt. Ponitur igitur participium loco infinitivi

aaa) sine articulo post verba dicendi, persuadendi, decernendi.

Cf. Matth. p. 796. sq. Add. VI, 6. *Ἐψηφίσαντο πρέσβεις πέμψαντες πρῶτον ἐς τὴν Ἔφεσον*, ubi nullus infinitivus sequitur. VI, 34. *Εἰ δ' ἴδοιεν παρὰ γνώμην τολμήσαντας, τῷ ἀδοκήτῳ μᾶλλον ἂν πανσπλαγεῖεν, ἢ τῇ ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς δυνάμει· πείθεσθε οὖν, μάλιστα μὲν ταῦτα τολμήσαντες, εἰ δὲ μή, ὅτι τάχιστα τἆλλα ἐς τὸν πόλεμον ἑτοιμάζειν.* (Cf. IV, 17., quem locum iam habet Matth.) VII, 68. *Νομίσωμεν, ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι — ἅμα δὲ ἐχθροὺς ἀμύνεσθαι ἐγγενησόμενον ἡμῖν.* Sed qui locus ex I, 70. a nonnullis huc refertur, is, ne redundet verbum *τυχεῖν*, alio modo interpretandus est. Vid. not. De verbis autem *ἐνδέχεται περιμένοντας* etc. I, 124., quae variis modis intelliguntur, iam supra cap. XI. actum est. Denique I, 141. *Αὐτόθεν δὴ διανοήθητε ἢ ὑπακούειν πρόσθεν τι βλαβῆναι, ἢ, εἰ πολεμήσομεν, καὶ ἐπὶ μεγάλῃ καὶ ἐπὶ βραχείᾳ ὁμοίως προφάσει μὴ εἴξοντες*, si nolumus simul variam esse structuram, etiam e *πολεμήσομεν* licet repetere *πολεμεῖν*.

bbb) cum articulo in neutro.

ααα) Ita ut participium substantivi instar sit. Matth. p. 834. Add. V, 9. *Τοῦ ὑπαπιέναι πλέον ἢ τοῦ μένοντος τὴν διάνοιαν ἔχουσι.* VI, 24. *Τὸ ἐπιθυμοῦν τοῦ πλοῦ οὐκ*

ἐξηρέθησαν. Cf. quae de participio pro substantivo posito dicta sunt cap. VIII. init.

βββ) *Per copulationem duarum loquendi rationum.* V, 7. Οὐ βουλόμενος αὐτοὺς διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους βαρύνεσθαι, ἀναλαβὼν ἦγε. Confudit ibi scriptor formulas dicendi ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους et διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθῆσθαι. De quo ne quis dubitet, et διὰ τό per διὰ τοῦτο interpretetur, quem usum horum verborum ex VII, 71. (quanquam hunc locum etiam aliter intelligi posse videbimus sub structura ἀπὸ κοινοῦ) Thucydidi vindicare studuit Goeller. Actt. Monacc. t. II, f. 3. p. 516. comparemus simillimum locum IV, 36. Καὶ νῦν τοῦ ἀφανοῦς τε τούτου διὰ τὸ ἀτέκμαρτον δέος καὶ διὰ τὸ ἤδη φοβερὸν παρόντας Ἀθηναίους παν' ἀμφότερα ἐκπλαγέντες, ubi aut infinitivo παρεῖναι, aut participio sine τό utendum erat. Nino VIII, 105. ubi vulgo scribitur, Οἱ Πελοποννήσιοι διὰ τὸ κρατήσαντες ἀδεῶς ἄλλοι ἄλλην ναῦν διώκειν, ἤρξαντο μέρει τινὶ σφῶν ἀτακτότεροι γενέσθαι, sed Cass. Aug. Pal. διώκοντες pro διώκειν suppeditant, haec difficilior trium praestantissimorum librorum scriptura haud dubie praeferenda est, ut διὰ τὸ κρατήσαντες pro κρατήσαντες simpliciter, vel διὰ τὸ κρατῆσαι positum sit. „Ita VI, 84. διὰ τὸ μὴ ἀσθενεῖς ἡμᾶς ὄντας ἀντέχειν Συρακουσίοις, fortasse pro εἶναι, *quia nos non simus infirmi, resistere Syracusanis.* Et sic videtur scholiastes cepisse: διὰ τὸ δύνασθαι ἔχειν, ὥστε κ. τ. λ.; sed idem sensus e verbis, uti sunt, emergit: *quia nos non debiles resistimus Syracusanis.* Nec dubito haec referre I, 2. Τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον οὖσαν ἄνθρωποι ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί, pro εἶναι (vid. schol.), ut ab ἐκ τοῦ pendeat; et si cum Abresch. iungi liceat ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον sc. χρόνου, quod ego supplerim, non τόπου, ut ille; ubique enim λεπτόγεως erat Attica. Sed ἐκ τοῦ non placet; [nam ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον χρόνου, pro ἐκ τοῦ πλείστου seu παλαιοτάτου χρόνου, vel pro ἐπὶ πλεῖστον sine

his additamentis, praeter morem acceptum esset.] Verum οὖσαν pro εἶναι dici posse, reliqua exempla ostendunt. Bauer. Add. VI, 1. *Διείργειν τὸ μὴ ἥπειρος οὖσα*, quod alibi semper per infinitivum effertur. Vid. Matth. Gr. p. 781. not. 5.

Cap. XIII. Enallage a) *temporum* et β) *personarum*. Subiicitur b) *hypallage*.

aa) Praesens.

αα) *Pro imperfecto* Bauerus invenit I, 68. *Οὐ περὶ ὧν ἐδιδάσκομεν ἑκάστοτε τὴν μάθησιν ἐποιεῖσθε, ἀλλὰ τῶν λεγόντων μᾶλλον ὑπενοεῖτε, ὡς ἔκενεν* (ita codd. vid. infra in cap. de dial. Thuc.) *τῶν αὐτοῖς ἰδίᾳ διαφόρων λέγουσι*, ubi oratio recta et obliqua, ut saepe alibi, permutatae sunt. Vid. Matth. Gr. p. 711. Tum I, 41. *Φίλον ἡγοῦνται τὸν ὑπουργοῦντα, ἢν καὶ πρότερον ἐχθρὸς ᾖ.* Neophytus Ducas: *Τὸ μὲν πρότερον τοῦ παρῳχημένου μόριον, τὸ δὲ ἦν ᾖ πρὸς τὸ μέλλον. ἀξυμβίβαστα ἄρα ἀλλήλοις· κείσθω δὴ ἀντὶ τοῦ, καὶ εἰ πρότερον ἐχθρὸς ἦν.* Potius notio adverbii *πρότερον* non nimis premenda, nisi ipsum *εἰ — ἦν* reponi placet; nam *ἦν* habent certe C. E., et *εἰ* atque *ἦν* saepe confundi constat. Vitium etiam in verbis III, 57. *Ἐς τοῦτο γὰρ δὴ ξυμφορᾶς προκεχωρήκαμεν, οἵτινες Μήδων τε πρατησάντων ἀπολλύμεθα, καὶ νῦν ἐν ὑμῖν τοῖς πρὶν φιλτάτοις Θηβαίων ἡσσώμεθα.* Nam ὄλλυσθαι etiamsi ipsum *in praesente* praeteriti temporis notionem habeat, ut demonstrare studuit Doederlein. Actt. Monacc. I. 1. p. 46., quanquam huic fidem non habet Censor eruditus Ephemm. lenn. 1816. no. 12., tamen vere monitum est, pro perfecto tantum, quod huc non quadrat, non autem pro imperfecto vel aoristo poni posse. Scribe igitur *ἀπωλόμεθα*.

ββ) *Pro imperfecto cum ἄν.* III, 65. *Εἰ μὲν ἡμεῖς αὐτοῦ πρός τε τὴν πόλιν ἐλθόντες ἐμαχόμεθα, καὶ τὴν γῆν ἐδηοῦμεν ὡς πολέμιοι, ἀδικοῦμεν· εἰ δὲ ἄνδρες ὑμῶν οἱ πρῶτοι καὶ χρήμασι καὶ γένει — — ἐπεκαλέσαντο ἐκόντες, εἰ ἀδικοῦμεν;* ubi postrema quidem recte dicta sunt, quoniam *εἰ ἐπεκαλέσαντο* notat *si arcessiverunt* (quod re vera ab iis factum est) vel aliis verbis *quum arcessiverint*; sed in priore membro proprie requirebatur *εἰ ἐμαχόμεθα — ἠδικοῦμεν ἄν*, pro quo scripsit *ἀδικοῦμεν* concinnitatis causa, ut videtur. Apud alios scriptores etiam perfectum in apodosi talium sententiarum legitur. Facile excusari possunt verba Platon. Apol. Socr. 5. *Πόθεν αἱ διαβολαί σοι αὗται γεγόνασιν; οὐ γὰρ δήπου σοῦ γε οὐδὲν τῶν ἄλλων περιττότερον πραγματευομένου, ἔπειτα τοσαύτη φήμη τε καὶ λόγος γέγονεν, εἰ μή τι ἔπραττες ἀλλοῖον ἢ οἱ πολλοί*, quae breviter dicta sunt pro *λόγος γέγονεν, ὃς οὐκ ἂν ἐγένετο, εἰ μή.* Maiorem offensionem habent Aeschyli verba Agam. 866.

> *Καὶ τραυμάτων μὲν εἰ τόσων ἐτύγχανεν*
> *ἀνὴρ ὅδ', ὡς πρὸς οἶκον ὠχετεύετο*
> *φάτις, τέτρωται δικτύου πλέω λέγειν.*

γγ) *Participium praesentis pro aoristi vel perfecti participio.* Ubi participium substantivi instar est. Ne commemoremus *φεύγοντας*, quo nomine saepissime eos denotari, qui in exilium eiecti sunt, satis constat, Thucyd. III, 4. scribit *Πέμπουσιν ἐς τὰς Ἀθήνας οἱ Μιτυληναῖοι τῶν διαβαλλόντων ἕνα, ᾧ μετέμελεν ἤδη*, ubi non est, cur cum Reiskio pro *διαβαλλόντων* e coniectura ponas *διαβαλόντων*, quum *οἱ διαβάλλοντες* sint *accusatores*. Add. II, 2. *Θέμενοι ἐς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα, τοῖς ἐπαγομένοις οὐκ ἐπείθοντο*, ubi non accurata est Stephani nota, et II, 5. *Εὐρύμαχος, πρὸς ὃν ἔπραξαν οἱ προδιδόντες.* Cf. Lobeck. ad Aiac. p. 277. In quibus locis simul permanens effectus rei praeteritae indicatur, qua ratione *ἀδικούμενοι* I, 38. explicandum esse vidit Herm. ad Soph. El. v. 47.

δδ) *Praesens pro aoristo indicativi.* Latinorum praesens historicum. Matth. Gr. p. 704. Cf. infra sub Oratione variata.

εε) *Pro praeterito perfecto*, quae cognata tempora sunt. Ὡς αὐτοὶ μετὰ προειρημένων τῶν τοῦ δικαίου κεφαλαίων ἐς ὑμᾶς ἐρχόμεθα, δεδήλωται I, 40. Quod usitatius ἤκομεν dixisset scriptor. Matth. p. 704.

ζζ) *Pro futuro.* In quaque fere lingua tempus proxime futurum et aoristus futuri praesente denotantur. I, 121. Μιᾷ τε νίκῃ ναυμαχίας κατὰ τὸ εἰκὸς ἁλίσκονται. Multa annotarunt interpretes ad II, 44., sed in his (ut vere monuit Abresch. Obss. Miscell. T. III. p. 150.) aut verbum εἶμι est, quod apud Atticos in futuri vim abiit, aut in eodem sermonis tenore semel praesens et semel futurum tempus invenitur, de quibus locis (ex quorum numero sunt etiam ii, quos habet Dion. H. p. 801.) infra sub Oratione variata et inaequali dicetur. Aliquoties etiam in eo erratum, quod verba in οω in futuro contractionem Atticam pati (Matth. p. 213. d.) non perspectum est. Et sane haec res nondum plane dubio caret. Cf. Buttm. Gr. max. §. 95. not. 16. Nam ἐλευθεροῦτε II, 8. etiam aliter explicari potest (vid. Herm. ad Vig. p. 901.), et de οἰκειοῦντας VI, 23. Bauerus scribit: „Legi malim οἰκιοῦντας [boni enim libri οἰκοῦντες habent], suppleto ὡς, *tanquam condituros*; neque enim facere hoc volebant Athenienses, sed ita comparari atque instrui iubet Nicias, ut qui urbem velint inter infesta omnia condere.“ Add. Interprr. ad I, 100. Mirum vero est, ἐπέρχεσθε per futurum intellectum esse a Dukero in his verbis III, 47. Νῦν μὲν γὰρ ὑμῖν ὁ δῆμος ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν εὔνους ἐστὶ, καὶ ἢ οὐ ξυναφίσταται τοῖς ὀλίγοις, ἢ, ἐὰν βιασθῇ, ὑπάρχει τοῖς ἀποστήσασι πολέμιος εὐθὺς, καὶ τῆς ἀντικαθισταμένης πόλεως τὸ πλῆθος ξύμμαχον ἔχοντες, ἐς πόλεμον ἐπέρχεσθε· εἰ δὲ διαφθερεῖτε τὸν δῆμον τῶν Μιτυληναίων, —— πρῶτον μὲν ἀδι-

κήσετε. Nam verba διαφθερεῖτε et ἀδικήσετε patet nullam vim habere posse in ἐπέρχεται, quod ad νῦν refertur, et rationem Atheniensium et aliarum civitatum, qualis tunc erat, describit. Denique V, 54. Ἥιδει δὲ οὐδεὶς ὅποι στρατεύουσιν fortassis praestat scribere στρατεύσουσιν. Vid. supra sub Mod. Indicat. et infra sub Temp. Fut.

ηη) *Infinitivus praesentis pro futuri infinitivo*, post verba sperandi, credendi et similia, per negligentiorem sermonem, qui apud nostrates constans, neque Latinis ignotus est. Sanct. Min. I, 133. sqq. IV, 27. Πάντων ἐφοβοῦντο μάλιστα τοὺς Λακεδαιμονίους, ὅτι ἔχοντάς τι ἰσχυρὸν αὐτοὺς ἐνόμιζον οὐκέτι ἀφίσιν ἐπιπηρυκεύεσθαι. Bene igitur codices I, 127. Νομίζοντες, ἐπεσόντος αὐτοῦ, ῥᾷον σφίσι προχωρεῖν τὰ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων pro vulg. προχωρήσειν. Saepe enim Grammatici hoc tempus temere mutarunt, ut Pind. Olymp. I, 64. ubi vid. Boeckh. Add. infra sub Aoristo et Oratione variata.

hh) *Participium praesentis pro futuri participio.* IV, 81. Ἡ ἔκπεμψίς μου — γεγένηται τὴν αἰτίαν ἐπαληθεύουσα. III, 18. Ἐπὶ Μήθυμναν ὡς προδιδομένην ἐστράτευσαν. Cf. Duk. ad V, 65.

bb) Imperfectum.

αα) *Pro praesente*, si excipiuntur quaedam loquendi formulae, de quibus vid. Heind. ad Plat. Phaedon. 55., admitti non potest, quum imperfectum praeteritis et relativis temporibus annumerandum sit. Attamen I, 10. Καὶ ὅτι μὲν Μυκῆναι μικρὸν ἦν, ἢ εἴ τι τῶν τότε πόλισμα νῦν μὴ ἀξιόχρεων δοκεῖ εἶναι, οὐκ ἀκριβεῖ ἄν τις σημείῳ χρώμενος ἀπιστοίη, μὴ γενέσθαι τὸν στόλον τοσοῦτον, Gottleb. ἦν pro ἐστί intelligi vult. Quod sane speciosum est. Nam Thucydidis quidem aetate Mycenae, ab Argivis antea devastatae, parvae erant, sed prius magis celebres eas esse oportebat (unde etiam *magnae Mycenae* vocantur a Virgi-

lio Aen. II, 331.), neque quicquam aliud sibi propositum habet Thucydides, quam ut eos facile falli posse ostendat, qui e praesenti urbium quarundam conditione etiam de pristinis earum rebus iudicent. Quum tamen Grammatica Gottleberi rationi non faveat, concedere Thucydidem existimandus est, ut Bauerus monet, Mycenarum oppidum semper parvum fuisse τῇ ὄψει, at non τῇ δυνάμει.

ββ) *Pro perfecto.* I, 55. *Πολλὰ δὲ, ὥςπερ ἐν ἀρχῇ ὑπελίπομεν, τὰ ξυμφέροντα ἀποδείκνυμεν, καὶ μέγιστον, ὅτι οἵ τε αὐτοὶ πολέμιοι ἡμῖν* (ita libri, vulgo ὑμῖν) *ἦσαν, ὅπερ σαφεστάτη πίστις, καὶ οὗτοι οὐκ ἀσθενεῖς.* Non hoc fidem confirmat, quod alicui iidem hostes per aliquod tempus *erant* — potuit enim cum iis postea in gratiam redire — sed quod iidem hostes ei *fuerunt et adhuc sunt*, γεγένηνται. Kistemak. tamen ἦσαν per ἦσαν ἄν, *iidem hostes nobis forent*, interpretatur.

γγ) *Pro aoristo.* *Ὀλύμπια ἐγένετο, οἷς Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς παγκράτιον τοπρῶτον ἐνίκα* V, 49. Non saepius nec diutius *vincebat*, sed semel *vicit*. Refertur tamen haec sententia ad priorem, ideoque temporis relativo locus, et simul effectus victoriae (ut honor, quo victor fruebatur) ita permanere significatur. Itaque hac in re semper etiam Diodorus, Dionysius aliique imperfecto utuntur. Eodem modo excusari possunt haec III, 58. *Παυσανίας μὲν γὰρ ἔθαπτεν αὐτούς*, sed non III, 49. *Ἐκράτησε δὲ ἡ Διοδότου· καὶ τριήρη εὐθὺς ἄλλην ἀπέστελλον.* Cf. Oratio variata et inaequalis.

δδ) *Pro plusquamperfecto.* II, 25. *Ἀπέστειλαν τὰς ἑκατὸν ναῦς, ἅςπερ παρεσκευάζοντο.* Non potuerunt mittere naves, quas adhuc *parabant*, sed quas iam *paraverant*. Nisi forte igitur imperfecto significatur *paratas habebant*, coniicias legendum cum Gr. ὥςπερ παρεῖχε. Nam ita habes IV, 2. *Τὰς τεσσαράκοντα ναῦς ἀπέστειλαν, ὥςπερ παρεσκευάζοντο*, et IV, 129. *Ἐξέπλευσαν ἐπὶ τὴν Μένδην ὥςπερ*

παρασκευάζοντο. Aliquantum differt locus VII, 36. Οἱ δὲ Συρακούσιοι ἐν τούτῳ, πυνθανόμενοι αὐτῶν τὸν ἐπίπλουν, αὖθις ταῖς ναυσὶν ἀποπειράσαι ἐβούλοντο, καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ τοῦ πεζοῦ, ἅτε ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, πρὶν ἐλθεῖν αὐτούς, φθάσαι βουλόμενοι, ξυνέλεγον. In quibus magis ad quotionis diuturnitatem, quam eo, quod tempus iam praeterierat, respicitur.

cc) Perfectum.

αα) *Pro futuro* dici prorsus absonum est, quum haec tempora sibi opposita sint. De loco difficili I, 142. init. vide infra eo capite, ubi agitur de Synonymis, quae vocantur. Mirus etiam videri debet perfecti usus in his II, 8. Ἐν τούτῳ τε πεπωλύσθαι ἐδόκει ἑκάστῳ τὰ πράγματα, ᾧ μή τις αὐτὸς παρέσται, praesertim si comparantur cum IV, 14. Καὶ ἐν τούτῳ πεπωλύσθαι ἐδόκει ἕκαστος, ᾧ μή τινι καὶ αὐτὸς ἦγω παρῆν. Sed in priori loco persuasionis firmitatem, cui futura iam facta videntur, significare vult scriptor („ieder hielt das, wobei er selbst zu seyn nicht hoffen durfte, für so gut als schon verhindert"). Denique ἀφῖχθαι a nonnullis male intellectum III, 31., ubi vid. not.

dd) Aoristus.

αα) *Pro praesente*, ubi consuetudinis vim habet. Ἐλπὶς τοὺς ἀπὸ περιουσίας χρωμένους αὐτῇ, κἂν βλάψῃ, οὐ παθεῖλε V, 103. Cf. Matth. Gr. p. 703. Herm. ad Vig. p. 746. et Thuc. I, 70.

ββ) *Participium aoristi pro participio praesentis.* II, 18. Τοὺς Ἀθηναίους τῆς γῆς ἔτι ἀκεραίου οὔσης ἐνδώσειν τι καὶ κατοικήσειν περιϊδεῖν αὐτὴν τμηθεῖσαν. Ducas: Βέλτιον ἦν, τεμνομένην. At frequens haec structura. II, 20. Οὐ περιόψεσθαι ἐδόκουν τὰ σφέτερα διαφθαρέντα. Cf. ad finem huius capitis sub Hypallage.

γγ) *Pro imperfecto* dictum male putant VIII, 45. in ἀπήλασεν, quia reliqua verba ἐδίδασκε, ἀπέφαινε et similia huius sint temporis. Sed *amandandi* notio rem, quae celeriter absolvitur, significat, non item *docendi* et *declarandi* notio. Ex quibus I, 12. a codd. recte imperfectum ἐξέπεμπε pro vulg. ἐξέπεμψε exhiberi manifestum est, quanquam reliqua verba ibi in aoristo posita sunt. Sed II, 49. aoristus ἐνέπεσε, qui mediis in imperfectis a libris quibusdam maximae auctoritatis suppeditatur, non videtur probari posse.

δδ) *Pro plusquamperfecto.* Vid. Matth. Gr. p. 691. not. Buttm. §. 124, 3, not. 1. Fit hoc maxime ibi, ubi a Gallis tempus, quod vocant *defini passé* vel *antérieur défini*, a Latinorum autem scriptoribus iis, quibus Graeci in deliciis sunt, perfectum (Salust. Catil. c. 55. ibique Lange) ponitur. I, 62. Στρατηγὸν ἤρηντο Ἀριστέα, τῆς δὲ ἵππου Περδίκκαν. ἀπέστη γὰρ εὐθὺς πάλιν τῶν Ἀθηναίων καὶ ξυνεμάχει τοῖς Ποτιδαιάταις. VI, 99. Αἱ νῆες τῶν Ἀθηναίων οὔπω ἐκ τῆς Θάψου περιέπλευσαν ἐς τὸν μέγαν λιμένα, ἀλλ' ἔτι οἱ Συρακούσιοι ἐκράτουν. Ita Cass. Vulgo ex interpret. περιεπεπλεύκεσαν.

εε) *Pro futuro aoristus indicativi nunquam legitur.* Vid. Herm. ad Vig. p. 747. Nam quod I, 23. ad verba Διότι δ' Ἔλυσαν, τὰς αἰτίας προέγραψα πρῶτον in scholiis vulgo scribitur, Ἔγραψα πρῶτον [ἀντὶ τοῦ, γράφω μετ' ὀλίγον, id ne scholiasta quidem tam inepte proponere potuit, sed e Cass. atque Aug. exarandum Προέγραψα] ἀντὶ τοῦ, μετ' ὀλίγον ἔγραψα. Aoristus non quidem significat, absoluta historia prooemium demum scriptum esse — nam ita omnino non exstaret, quum illa nunquam ad finem perducta sit; cf. supra cap. II. — sed ut perfectum in epistolis Latinorum eos respicit, qui hos libros lecturi sint.

ζζ) *Participium aoristi non magis futuri temporis notionem simpliciter habet.* Vid. Herm. ad Vig. p. 774.

qui locos Thucydidis huc relatos explicuit. In eo, qui est VI, 21. et quem nuper etiam examinavit Goeller. Actt. Monacc. t. II, f. 3. p. 346.; etiam optimi libri ἀπαρτήσοντες suppeditant. Τπακούσαντες autem I, 140. revera aoristi notionem habet, et τοῦτο non spectat ad ἄλλο τι μεῖζον, sed ad τὸ βραχὺ τοῦτο.

ηη) *Sed in futurum exactum Latinorum participium aoristi nonnunquam solvi potest.* Ita δεξάμενοι intelligendum esse I, 33. vidimus cap. IX., atque eodem modo interpretandum ἑλομένοις II, 7.

θθ) *Infinitivus aoristi*, ut praesentis infinitivus, *non raro legitur pro futuro post verba sperandi, putandi, coniiciendi etc.* Dubia quidem verba I, 72. Νομίζοντες μᾶλλον αὐτοὺς ἐκ τῶν λόγων πρὸς τὸ ἡσυχάζειν τραπέσθαι, quum boni codices ibi praebeant μᾶλλον ἂν αὐτούς. Sed certi sunt loci hi. II, 3. Ἐνόμισαν ἐπιθέμενοι ῥᾳδίως κρατῆσαι, ubi hic loquendi usus fugit Stephanum, quum de correctione cogitaret. I, 81. Οὕτως εἰκὸς, Ἀθηναίους φρονήματι μήτε τῇ γῇ δουλεῦσαι μήτε ὥσπερ ἀπείρους καταπλαγῆναι τῷ πολέμῳ. Adde I, 121. II, 11. III, 40. V, 22. Οὐκ ἔφασαν δέξασθαι (Xenoph. Hellen. V, 1, 32. Οὐκ ἔφη δέξασθαι. Anab. IV, 5, 15. Οὐκ ἔφασαν πορεύεσθαι.) Cf. ad Cyrop. I, 5, 9. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 48. et ad Protag. p. 467. Matth. p. 707. sq. Thiersch. §. 291, 5. Herm. ad Soph. Aiac. v. 1061. et infra Orat. variata cap. XXI. 4. 5. Quum vero aoristi et praesentis infinitivi eo tantum differant, quod ille rem celerius praetereuntem, hic diutius durantem significat, non mirum est, utrumque, ubi res postulat, in hac structura coniungi. IV, 24. Εἰ γὰρ κρατήσειαν τῷ ναυτικῷ, τὸ Ῥήγιον ἤλπιζον πεζῇ τε καὶ ναυσὶν ἐφορμοῦντες ῥᾳδίως χειρώσασθαι (quod pro χειρώσεσθαι ex optimis codd. reponendum erat), καὶ ἤδη ὑφῶν ἰσχυρὰ τὰ πράγματα γίγνεσθαι. Cf. III, 95. Οἳ προθύμως ἐδόκουν κατὰ τὴν Ἀθηναίων ἀεί ποτε φιλίαν ξυστρατεύειν, ἢ κἂν βίᾳ προσαχθῆναι, ubi Reiskius maluit ξυστρατεύσειν.

ii) *Optativus aoristi*, quem plerumque *praeteriti temporis vim* constat amittere, *interdum* tamen eam *retinet*. Vid. Matth. Gr. p. 700. Talis est locus II, 5., *in* quo Koenium optativo indicativi significationem male tribuisse capite praecedente vidimus. VI, 46. *Διεθρόησαν, ὡς χρήματα πολλὰ ἴδοιεν.* Add. not. ad Xenoph. Cyrop. I, 6, 13.

ee) Futurum.

aa) *Futuri infinitivus pro infinitivo praesentis vel aoristi*. Ex verbis, quae secundum Thomae Mag. praecepta s. v. *Βούλομαι* et nostratium loquendi consuetudinem cum infinitivo futuri non coniunguntur, plura hanc structuram apud Thucydidem admittunt. E vulgatis exemplaribus huc pertinent verba III, 28. *Οὔτ' ἀποκωλύσειν δυνατοὶ ὄντες.* VII, 21. *Μὴ ἀθυμεῖν ἐπιχειρήσειν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους.* VIII, 55. *Διενοοῦντο βοηθήσειν*, ubi vid. Duk. Sed si praestantissimos libros sequimur, his multi alii loci addendi, quos mutarent Thomae sectatores. I, 27. *Ἐδοκήθησαν δὲ καὶ τῶν Μεγαρέων ναυσὶ σφᾶς ξυμπροπέμψειν.* VI, 6. *Ἐφιέμενοι ἄρξειν.* 57. *Ἐβούλοντο πρότερον, εἰ δύναιντο, πρότιμωρήσεσθαι.* 101. *Βουλόμενοι ἀποκλήσεσθαι.* VIII, 2 *Ξυμπροθυμηθέντες ἀπαλλάξεσθαι.* VII, 11 *Δυναίμεθ' ἂν χρήσεσθαι.* Qui loci neque ex ea Hermanni observatione explicari possunt, qua Graecis usitatum esse dicit (de Praeceptt. quibusdd. Atticist. p. XIV.), ubi in principali verbo futuri significatio insit, etiam infinitivum futuri adiungere (quo usu tantum excusari possent verba II, 29. *Πείσειν γὰρ Σιτάλκην πέμψειν στρατιάν* et V, 35., quem locum vide sub Orat. variat. cf. Xenoph. Cyrop. VI, 1, 21.); neque iis, quae in Ephemm. Ienn. a. 1816. p. 96. sq. disputata sunt, satis illustrantur vel hanc ipsam disputationem confirmant. Add. ad Xenoph. Cyrop. VII, 5, 12, et Schaef. ad Theogn. p. 16. sq. ad Oed. R. v. 722.

Melett. critt. p. 99. ad Dion. p. 210. sqq. His subiungimus quaestionem an *futuro ἄν addi possit.* Negat id Grammaticus in Bekk. Anecdd. I, 126. sq. et ita etiam Schneid. ad Xenoph. Cyrop. I, 5, 2. Male. Thucyd. II, 80. *Λέγοντες, ὅτι ῥᾳδίως ἂν κρατήσουσι.* Ibid. *Νομίζοντες, εἰ ταύτην πρώτην λάβοιεν, ῥᾳδίως ἂν σφίσι τἆλλα προσχωρήσειν.* V, 15. *Γνόντες νῦν μᾶλλον ἂν ἐνδεξομένους.* VI, 20. *Οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν τὴν ἡμετέραν εἰκότως ἀντ' ἐλευθερίας προσδεξομένας.* Secundum vulgatam scripturam duo alia huius usus exempla reperiuntur VI, 50. et VIII, 71., sed ibi non consentiunt codices praestantissimi. Contra I, 140. eandem dicendi rationem e libris restituendam esse, docuimus praecedente capite s. n. bb) αα). Cf. Devar. de Partice. p. 54. sq. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 259. Heindorf. ad Plat. Phaedon. c. 5. Schaef. ad Gregor. Cor. p. 66. Matth. Gr. p. 882. Sturz. Lexic. Xenoph. I, 173.

ββ) *Futurum simplex pro futuri periphrastici tempore imperfecto.* III, 16. *Ναυτικὸν παρεσκεύαζον, ὅ, τι πέμψουσιν ἐς τὴν Λέσβον.* IV, 22. *Ξυνέδρους σφίσιν ἐκέλευον ἑλέσθαι, οἵτινες — ξυμβήσονται.* VIII, 1. *Ἐδόκει ἀρχήν τινα πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἑλέσθαι, οἵτινες — προβουλεύσουσι.* In quibus omnibus pronomen relativum structuram particulae ὅπως sequitur. Cf. supra sub Indicat.

Missis temporibus iam sequuntur pauca f) de *Personis.*

aa) *Persona prima pro secunda.* III, 30. *Ἀλκίδα καὶ ὅσοι πάρεσμεν.* Ubi figura est, quam vocant *κοίνωσιν.*

bb) *Prima pro tertia.* VI, 78. Hermocrates Syracusanorum legatus, quae de civibus suis Syracusanis dicenda erant, in se unum convertit, *ἔχων ξύμπαντον ἐμέ* etc. Alio modo I, 82. *Ἀνεπίφθονον, ὅσοι ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ὑπ' Ἀθηναίων ἐπιβουλευόμεθα, μὴ Ἕλληνας μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρους προσλαβόντας διασωθῆναι,* pro *ἐπιβουλεύονται·* pertinet

net enim ad ὅσοι: sed dedit proximo ἡμεῖς." BAUER. Simillimus locus, in quo

cc) *secunda persona pro tertia* reperitur, III, 67. Ἦν οἱ ἡγεμόνες ὥςπερ νῦν ὑμεῖς κεφαλαιώσαντες πρὸς τοὺς ξύμπαντας διαγνώμας ποιήσεσθε, quae frustra tentata sunt. Add. ad Xenoph. Cyrop. IV, 1, 3. et quae de verbo ad praedicatum accommodato monita sunt cap. VII. fin.

dd) *Tertia singularis pro secunda pluralis.* „I, 42. Μὴ νομίσῃ (τις) δίκαια μὲν τάδε λέγεσθαι, ξύμφορα δὲ, εἰ πολεμήσει, ἄλλα εἶναι. *Alia esse utilia, si pugnarit* pro *si pugnaritis.* Unus enim non poterat suscipere bellum. Sed quoniam inceperat τίς, ad id reliqua accommodavit ut VI, 78. init." BAUER.

Haec omnia de verborum modis, temporibus et personis dicta si complectimur, videmus, verum esse, quod iam supra innuimus, scriptorem nostrum etiam in his quum universa rationis praecepta tum indolem atque analogiam linguae patriae, ut par erat, secutum esse, neque sibi indulsisse quod non ab aliis quoque Graecis vel scriptum est vel scribi potuisset.

Quod si enallage commentum est Grammaticorum, multo minus

b) *Hypallage* ferri potest, qua effici dicitur, ut duo vel casus vel modi etc. invicem permutentur. Tamen etiam huius ineptissimae dicendi rationis exempla aliquot protulerunt. Nam I, 6. in vv. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων διὰ τὸ ἀβροδίαιτον οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνας λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες scholiasta οἱ πρεσβύτεροι τῶν εὐδαιμόνων dictum vult pro οἱ εὐδαίμονες τῶν πρεσβυτέρων, quod secuti sunt plerique interpretes. At quaenam causa adest, cur ibi potius de opulentiore parte seniorum, quam de senioribus ex opulentis, seu iis opulentis, qui iam aetate provecti erant, agi putemus? Speciosiora verba IV, 126. Καὶ γὰρ πλήθει ὄψεως δεινοὶ καὶ βοῆς μεγέθει ἀφόρητοι. Ubi Gottleb.

„Hypall. pro ὄψει πλήθους.“ Portus: „*multitudinis adspectu.*“ Sed recte monet Corayus unum ex his substantivis adiectivi vice fungi (cf. infra sub Pleonasmo); ut comparari haec possint cum ἄστρων εὐφρόνη et similibus, quae tanquam unam notionem continentia cogitantur, et de quibus conferri potest Herm. ad Vig. p. 890. sq. Ex verbis huc retulerunt III, 7. Καὶ ὕστερον ὑποσπόνδους τοὺς νεκροὺς ἀποπλεύσαντες οἱ Ἀθηναῖοι παρὰ τῶν Λευκαδίων ἐκομίσαντο. Quae interpretantur per κομισάμενοι ἀπέπλευσαν. Verum ibi ἀποπλεύσαντες non est *quum domum navigassent*, sed *quum paulum ab insula* (ad quam prius appulerant) *recessissent.* Nam Bredowii et Iacobii interpretationem: „die Athener erhielten *bei ihrer Abfahrt* die Leichname der ihrigen“ non fert participium aoristi. Nostram autem explicationem illustrat locus IV, 44. Καὶ ἀναβάντες ἐπὶ τὰς ναῦς ἐπεραιώθησαν ἐς τὰς ἐπικειμένας νήσους· ἐκ δ' αὐτῶν ἐπικηρυκευσάμενοι, τοὺς νεκροὺς, οὓς ἐγκατέλιπον, ὑποσπόνδους ἀνείλοντο. Haud dissimilis priori locus VIII, 24. Χαλκιδέα τε τὸν Λακεδαιμόνιον ἄρχοντα μετ' ὀλίγων παραβοηθήσαντα ἀποκτείνουσι, καὶ τροπαῖον τρίτῃ ἡμέρᾳ ὕστερον διαπλεύσαντες ἔστησαν. Ubi Portus rursus: „Per hypallagen“ inquit „dictum esse videtur pro στήσαντες διέπλευσαν.“ Quem vere refutat Abreschius scribens: „Hypallage si esset, non puto ita nostrum scripturum fuisse, sed ἀποπλεύσαντες, vel ἐπαναπλεύσαντες, ἐπαναγαγόμενοι, ἐπαναχωρήσαντες. Adde, si per triduum tenuissent, minus procedere quod addit, οὐ μετὰ κράτους τῆς γῆς σταθέν. Quare accipere malim de tumultuaria excensione, qua facta, occisis cum duce paucis hostium, recessisse, ac triduo post repetita Panormo eos trophaeum statuisse.“ De Μηδὲ δυεῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν I, 33., quae per φθάσωσιν ἁμαρτόντες nonnulli explicuerunt, in notis ibi dicetur. Sed IV, 45. Καὶ ἀπολαβόντες τὸν τῆς Χερσονήσου ἰσθμὸν ἐτείχισαν, perinde erat utrum sic an ἀπέλαβον τειχίσαντες scriberetur, quum una notio ἀπετείχισαν seu τείχει ἀπέλαβον signi-

ficanda esset. Restant difficiliora verba VIII, 81. *Ὅτι μὲν γὰρ αἱ Φοίνισσαι νῆες — μέχρι Ἀσπένδου ἀφίκοντο, σαφὲς ἐστι. διότι δὲ οὐκ ἦλθον, πολλαχῇ εἰκάζεται· οἱ μὲν γάρ, ἵνα διατρίβῃ ἀπελθὼν — τὰ τῶν Πελοποννησίων —· οἱ δὲ, ἵνα τοὺς Φοίνικας προαγαγὼν ἐς τὴν Ἀσπενδον ἐκχρηματίσαιτο ἀφείς.* Portus: „Pro *ἐκχρηματισάμενος ἀφείη.*“ Gregor. Cor. p. 87.: *Ἀντὶ τῶν μετοχῶν Ἀττικοὶ τοῖς ῥήμασι κέχρηνται καὶ ἀντὶ ῥημάτων ἐναλλὰξ μετοχαῖς ὡς ὁ Θουκυδίδης.* — Fortassis ibi *ἀφιείς* scribendum; „dafür dass er sie entliesse, durch ihre Entlassung.“ Quanquam etiam vulgata defendi poterit, si pecuniam ab iis tunc quidem promissam, sed demum post reditum in patriam solutam esse cogites; atque omnino saepe tenue in his est participii aoristi et praesentis discrimen, atque in illo minus tempus ipsum, quam actionis celeris perfectio spectatur. Vide supra a. dd) *ββ*). Certe hypallage ne hic quidem ulla.

Cap. XIV. c) De *antimeria* seu ipsarum *orationis partium earumque generum* permutatione.

Pars prior, in qua *substantiva*, *adiectiva*, *pronomina* et *particulae* considerantur.

Quanquam Te, Lector benevole, in nugis refutandis iam admodum diu retinuimus, tamen non possumus non a Te petere, ut etiam per hoc et proximum caput in via, quam ingressi sumus, procedere nos patiaris, et ipse benignum comitem Te nobis adiungas. Nam persuasum quidem Tibi habeas, nobis et aeque iniucundum atque Tibi hoc esse iter, et simul aliquanto difficilius, quum nobis itineris praesidia undecunque colligenda et via munienda sit, in qua Tu sine magna molestia sequaris. Quod si nihilominus defatigeris, culpam huius rei non in nos conferas, sed in eos, qui quum Thucydidis laudibus obtrectent, tam longum cursum nos instituere

cogunt. Quippe non contenti iis conviciis, quibus vocabulorum formas a gravissimo scriptore temere confusas esse queruntur, eo usque impudentiae progressi sunt, ut eorum etiam genera et ipsas orationis partes ab eo saepe promiscue poni contenderent. Ne igitur hi maledici homines nos carpant, dicentes rem imperfectam relictam, age, Lector benevole, etiam hanc ultimam molestae quaestionis partem aggrediamur. Omittimus, tamen ea, quae in vulgus nota sunt, ut permutationem abstractorum et concretorum. Nam quanquam etiam horum nonnulla ridicule reprehendit Dion. p. 803., ad haec tamen melius eo loco, ubi de figuris agetur, respici posse iudicamus. Restant

α) Substantivum.

aa) pro adiectivo positum.

Hic afferunt verba II, 36. *Βάρβαρον ἢ Ἕλληνα πόλεμον ἐπιόντα προθύμως ἠμυνάμεθα.* Sed vocabula *Ἕλλην, Ἑλλάς, βάρβαρος* et similia (ut *ἡ Ἰὰς ξυγγένεια* IV, 61.) saepissime etiam apud alios scriptores adiectiva esse constat. Vid. praeter notam Gottleb. maxime Interprr. Aeschyl. ad Prometh. v. 2. Schaef. Melett. critt. p. 41. Goell. Actt. Monacc. t. II. fasc. p. 230. et Matth. Gr. p. 592. Nec erat cur abuterentur verbis II, 97. *περίπλους ἐστὶν ἡ γῆ*, quum *περίπλους* etiam adiectivum sit. Maiorem dubitationem habet quod exhibent codices VI, 66. *ἧ ἐφοδώτατον ἦν τοῖς πολεμίοις* pro vulg. *ἧ εὐεφοδ. κ. τ. λ.*

bb) Pro pronomine.

Pronomen quum non necessaria sit orationis pars, sed nominum tantum locum obtineat, et sermonis vel perspicuitatis vel elegantiae inserviat, patet, ubi hae virtutes vel non laeduntur vel minus curantur, ubique nomina ipsa poni posse. Quare haec interdum etiam ibi reperiuntur, ubi pronomina usitatiora sunt. Ut V, 18.

Ἢν Ἀθηναῖοι πείθωσι τὰς πόλεις, βουλομένας ταύτας ἐξέστω ξυμμάχους ποιεῖσθαι αὐτοὺς Ἀθηναίοις, i. e. *αὐτοὺς ἑαυτοῖς*. Quanquam hunc locum sollicitat Haacke symb. ad l. V. Thucyd. p. 22. VI, 105. (*Οἱ Ἀθηναῖοι*) *τοῖς Λακεδαιμονίοις ἤδη εὐπροφάσιστον μᾶλλον τὴν αἰτίαν ἐς τοὺς Ἀθηναίους τοῦ ἀμύνεσθαι ἐποίησαν.*

cc) pro verbo, et vicissim verbum pro substantivo.

Hic multa halucinantur Dionysius et Thucydidis interpretes, Romanorum loquendi consuetudinem sequentes. Quos constat aurea aetate multis substantivis abstractis caruisse, ideoque verbis eorum loco usos esse. Quo oratio fit laxa et dissoluta, verborum quidem copiosa ideoque oratorio ornatui apta, sed historico densum et concisum sermonem sectante parum digna. Quam Romanae linguae paupertatem bene sentientes quum alii scriptores, qui post oppressam libertatem vixerunt, tum qui optime inter eos veram historici sermonis indolem perspexit Tacitus, multa nova substantiva formarunt. Vid. Athenaeum vol. II. fasc. 2. p. 268. sqq. Nostri autem critici e Cicerone suo omnia iudicantes tantum abest ut hoc intelligant, ut, ubi Graecae linguae praestantiam debebant agnoscere, cui pro diversitate sermonis et substantivis et verbis magis uti licet, ibi Thucydidem vituperent, et ducem gravem ac severum in garrulum concionatorem mutatum velint. Hinc vide quo iure reprehendant haec verba I, 41. *Δικαιώματα μὲν οὖν τάδε πρὸς ὑμᾶς ἔχομεν, ἱκανὰ κατὰ τοὺς Ἑλλήνων νόμους, παραινεσιν δὲ καὶ ἀξίωσιν χάριτος τοιάνδε*, ubi si quis vult discere, quid sit cum vi, quid sit ieiune scribere, comparet Porti interpretationem Latinam, quae si a Tacito conficienda fuisset, hic certe non dubitasset *admonitionem et postulationem gratiae* dicere. Atque hoc modo, ut hoc obiter significemus, Thucydidis libri in Latinum sermonem conver-

tendi sunt, ut etiam in Latinis Thucydidem loquentem agnoscas. Quanquam in aliis longe difficilior erat interpretatio Latina. Huc pertinet *ἡ οὐκ ἀποτείχισις* sive potius *ἡ οὐ περιτείχισις* (nam error simul notandus Dionysii confundentis *τὴν τοῦ Πλημμυρίου ἅλωσιν* s. *λῆψιν*, quae aliquoties legitur l. VII., cum *τῇ τῆς Λευκάδος οὐ περιτειχίσει* III, 94.), de quo loquendi genere vid. Duk. ad I, 158. Quod tertium Dionysius affert *ὀλόφυρσιν* pro *ὀλοφύρεσθαι* positum, id si ex I, 143. *τὴν ὀλόφυρσιν μὴ οἰκιῶν καὶ γῆς ποιεῖσθαι* desumpsisset, satis stulte locutus esset, quum ibi non solum nomen *ὀλόφυρσιν*, sed tota formula *ὀλόφυρσιν ποιεῖσθαι* prorsus ex more Graecorum pro *ὀλοφύρεσθαι* posita sit. Sed haud dubie in mente habet paulo insolentiorem structuram II, 51. *Ἐπεὶ καὶ τὰς ὀλοφύρσεις τῶν ἀπογιγνομένων τελευτῶντες καὶ οἱ οἰκεῖοι ἐξέκαμνον*, in qua praegnans sensus est pro *ἐκκάμνοντες οὐκέτι ἐποιοῦντο*. Quae huc refert Bauerus Philol. Th. P. p. 6. sq., si non omnino vana sunt, eo pertinent, quod substantiva casum verborum, unde derivata sunt, adiuncta habent, qua de re iam supra sub dativo egimus. Recte de omni hoc substantivorum usu in Thucydide iudicavit Heilmannus de ing. et serm. Thuc. p. 181., ubi sermonem ita sublimem, sed simul in aliis linguis, nisi sensum solum spectamus, explicatu difficilem reddi monet. Exempla sunt dictiones *κωλυτὴν γίγνεσθαι* et *μηνυτὴν γίγνεσθαί τινος* (Duk. ad III, 25. et VIII, 86.) *διδάσκαλον πάντων* (neutro genere) *γίγνεσθαι* VIII, 45., et quae his similia sunt; sed facilius imitatione assequi possumus, *σωτῆρα γίγνεσθαί τινος* III, 59. et *προδότην γίγνεσθαί τινος* III, 40. Quibus addunt *σωφρονιστὴν εἶναι τῆς γνώμης* III, 65. et alia multa. Nec minus abstracta cum verbis *εἶναι* vel *γίγνεσθαι* ita dicuntur, ut iis usitatius unum verbum substituatur. Huc pertinent verba *ἐγένετο ἡ διάφευξις αὐτοῖς* III, 23. et alia quae habet Heilm. l. l. cf. etiam verba *ἄνευ προφάσεως καὶ — καταφρονήσεως* V, 8. Denique Thucydides ob hoc studium per substantiva loquendi

nomina quaedam ex verbis vel ipse primus derivavit, vel certe ab aliis scriptoribus evitata in libros suos recepit, ut διαπολέμησις, καταπολέμησις et alia multa in σις, quae infra proferentur. Vicissim verba pro substantivis poni, si excipiuntur infinitivi et participii cum articulo, quorum ubique hic usus est, nequaquam potest verisimile iudicari, quum ita Thucydides suo ipse ingenio, grandiorem et lentiorem orationis per substantiva incessum amanti, repugnaret. Neque ullum novimus, qui nostri scriptori talem loquendi consuetudinem affingere voluerit, praeter Dionysium, a quo unum idque valde ineptum profertur exemplum sumptum ex I, 23. *Τὴν μὲν ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ, τοὺς Ἀθηναίους ἡγοῦμαι μεγάλους γιγνομένους καὶ φόβον παρέχοντας τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν.* Ubi partim ἀναγκάσαι pro ἀνάγκη, partim πολεμεῖν pro πόλεμον positum dicit. Posterius, de quo monet etiam scholiasta, annotare certe supervacaneum erat, quum aeque recte dicas *cogere ad bellum gerendum* quam *cogere ad bellum*; prius autem quomodo ullum sanum sensum habeat, et quomodo substantivum ἀνάγκη hic non modo necessarium sit, sed admitti possit, non video, nisi forte Dionysius ἀναγκάσαι pro τοῦ ἀναγκάσαι scriptum iudicavit, et omnem structuram sic expedivit, *τὴν τῆς ἀνάγκης τοῦ πολέμου αἰτίαν*, quod fieri per ordinem verborum non licet. Sed aut haec explicatio instituenda, ut τὴν ἀληθεστάτην πρόφασιν τοὺς Ἀθηναίους ἡγοῦμαι primaria verba esse dicamus, quae deinde reliquis accuratius definiantur (*verissimam causam Athenienses, iudico, quod hi potentiores facti coegerunt eos ad bellum gerendum*), aut τοὺς Ἀθηναίους μεγάλους γιγνομένους statim coniungendum, et deinde, ut vulgo loquuntur, ὥστε supplendum.

β) Adiectivum.

aa) pro substantivo positum.

Neutrum adiectivorum cum articulo saepissime substantivi vim habere constat. Fit hoc autem duobus modis. Primum pro abstracto substantivo dicitur. E quo genere Bauerus in Philol. Thuc. haec habet p. 8. „I, 68. *Τὸ πιστὸν τῆς πολιτείας*, i. e. *ἡ πιστότης*. c. 69. *τὸ ἀναίσθητον ὑμῶν*. II, 63. *τὸ ἄπραγμον οὐ σώζεται* II, 71. *ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἀσθενεῖ τῆς γνώμης*, *propter vestram imbecillitatem consilii*. [VI, 16. *τῷ ἐμῷ διαπρεπεῖ τῆς Ὀλυμπίαζε θεωρίας*.] IV, 71. *κατὰ τὸ ξυμμαχικόν*.“ Idem in libello De Lect. Thuc. addit *τινὸς ὑπόπτου γενομένου* I, 102. *τὸ εὐτυχὲς* II, 44. *τὸ ξυγγενές* I, 6. *τὸ οἰκεῖον* I, 9. Cui adiectivo interdum aliud annectitur, ut I, 37. *τὸ εὐπρεπὲς ἄσπονδον*, VI, 34. *τὸ ξύνηθες ἥσυχον*. Atque ita etiam participia poni, iam cap. VIII. init. intelleximus. Deinde adiectivo et participio neutrius generis hominum quorundam universitas significatur, quod pariter cap. VIII. demonstratum est. Sed ut haec loquendi consuetudo etiam apud alios scriptores Graecos reperitur, ita illa adeo ad alias linguas ex parte spectat, ut tantum frequens eius usus in Thucydide annotandus, sed nullum inde ei crimen movendum esset.

bb) Pro adverbio, et vicissim adverbium pro adiective.

Hic ea iuvat silentio praeterire, quae ex Matth. Gr. p. 621. §. 446. debent nota esse. Quo pertinent etiam *ἀφικνοῦνται αἰφνίδιοι* VIII, 14. (ut non mala sit vulg. scriptura *αἰφνίδιοι ἦν προσπέσωσι* VI, 49.). Reliqua omnia talia sunt, ut adiectivum non minus recte quam adverbium ponatur, nec ullus Graecus scriptor ita dicere dubitaverit. Ut *ξυνήθη τὴν δίαιταν μεθ' ὅπλων ἐποιήσαντο* I, 6., *φανερωτέραν τὴν ἀρετὴν δεικνύναι* I, 38., *τοιούτου μέντοι τούτου ξυμβάντος* I, 73., *μηδὲν διαφέροντας τῶν ἄλλων ὑφ' ἡμῶν τετιμῆσθαι* III, 39., *Κλέων ἐνταῦθα δὴ πολὺς ἐνέκειτο* IV, 22.

(vid. Intpp. Aesch. Sept. adv. Theb. v. 6.), τὸ εὔψυχον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἐξεῖς ἐνδείκνυνται IV, 126., οὐδὲν ἀθρόοι ἔπραξαν I, 3. etc. Aut in neutro, τὸ παλαιὸν Ἑλληνικὸν ὁμοιότροπα τῷ νῦν βαρβαρικῷ διαιτώμενον I, 6., ἀμφότερα significans *utraque ratione* (in beiderlei Hinsicht, terra marique) not. I, 13.

Quod si vicissim adverbium pro adiectivo legitur, primum praeterimus adverbia temporis atque loci articulum praefixum habentia, ut ἀεί, νῦν, σήμερον, ἄνω, quae prorsus pro adiectivis in Graeca lingua dicuntur. Simili modo usurpatur etiam adverbium ἰδίᾳ, I, 68. Τῶν αὐτοῖς ἰδίᾳ διαφόρων, quem locum a Stephano tentatum defendit alius I, 95. Τῶν ἰδίᾳ ἀδικημάτων. Sed etiam cum verbis εἶναι et γίγνεσθαι Thucydides adverbia coniungit, quod in γίγνεσθαι mirum non est, quum hoc non tantum sit copula, quam dicunt, logica, et *fieri* significet, sed etiam *nasci* et *effici* denotet. Facile igitur probari potest librorum scriptura ὕστερον pro ὕστερος in verbis Ὅμηρος πολλῷ ὕστερον ἔτι καὶ τῶν Τρωϊκῶν γενόμενος I, 3., quanquam c. 14. non minus recte legitur ταὐτα (τὰ ναυτικὰ) πολλαῖς γενεαῖς ὕστερα γενόμενα τῶν Τρωϊκῶν. Et II, 14. χαλεπῶς αὐτοῖς ἡ ἀνάστασις ἐγίγνετο valet *aegre iis perficiebatur migratio*, vel in mente habuit scriptor χαλεπῶς ἀπανίσταντο, ut I, 2. scripsit, quod magis ibi consentaneum est quam χαλεπὴ αὐτοῖς ἐγίγνετο ἡ ἀνάστασις, *molesta iis fiebat* (pro quo *erat* requirebatur) *migratio*. Sed etiam ubi εἶναι et γίγνεσθαι revera copulae sunt, ea adverbia, quae non ex adiectivis derivata sunt, maxime δίχα et χωρίς, (Matth. Gr. p. 427. et 889.) atque etiam οὕτως (II, 47. οὐ μέντοι τοσοῦτός γε λοιμὸς οὐδὲ φθορὰ οὕτως ἀνθρώπων ἐμνημονεύετο γενέσθαι), ὅμοια et ἴσα (de quibus supra cap. VIII. dictum), iis adduntur. Sed ῥᾳδίως in μὴ ῥᾳδίως αὐτῷ πάλιν οὔσης τῆς ἀναχωρήσεως, ut codices scribunt pro ῥᾳδίας IV, 10., dubium est. Legitur tamen adeo in Ciceronis Rosciō Amer. c. 5. *Omnes hanc quaestionem te praetore de manifestis*

maleficiis quotidianoque sanguine remissius *sperant futuram*, et e Graecis plura huc pertinentia habet Thiersch. Gr. §. 307, 5. Quod denique nonnulli μᾶλλον aliquoties per μείζονες et δυνατώτεροι explicuerunt, ut I, 8. 28. III, 82. (ubi comma post δέ delendum, ut iungatur μᾶλλον καὶ ἡσυχαίτερα καὶ τοῖς εἴδεσι διηλλαγμένα), male factum est. Quanquam cum verbo γίγνεσθαι etiam μᾶλλον pro adiectivo ponitur. Ita IV, 68. ἀσφάλεια δὲ αὐτοῖς μᾶλλον ἐγίγνετο τῆς ἀνοίξεως, quae male intellexerunt schol. et Port. Nec poterunt cuiquam talia mira videri, qui modo nostram linguam contulerit.

cc) Adiectivorum gradus comparationis permutati.

Sed ut adiectiva cum aliis orationis partibus confundi, ita etiam eorum comparandi gradus inter se permutari dicunt, cuius rei disquisitionem hic inseramus.

αα) Positivus pro comparativo et vicissim.

Si omittimus eam Graecorum loquendi consuetudinem, quam Matthiae Gr. p. 625. attigit, omissionem adverbii μᾶλλον post ὅσῳ, de qua in structura ἀπὸ κοινοῦ exponetur; et usum particulae ἀλλά post comparativum, ut II, 43. et V, 99., de qua re vid. Matthiae Gr. p. 631.: primum ii supersunt loci, in quibus perinde fere erat, utrum positivus an comparativus poneretur. Ut I, 69. Λανθάνειν μὲν οἰόμενοι — ἧσσον θαρσοῦσι· γνόντες δὲ εἰδότας περιορᾶν, ἰσχυρῶς ἐγκείσονται. Tum dictiones ἄμεινον εἶναι, βέλτιον εἶναι et similes, de quibus disseruimus ad Xenoph. Cyrop. V, 1, 11. Porro Grammaticus in Bekk. Anecdd. I, 109. quum apud Thucydidem l. III. νεώτερος pro νέος reperiri scribit, erravit certe, si, ut Interpretes existimarunt, respexit ad verba III, 26. ἡγεῖτο δὲ τῆς ἐξβολῆς ταύτης Κλεομένης ὑπὲρ Παυσανίου τοῦ Πλειστοάνακτος υἱέος, βασιλέως ὄντος καὶ νεωτέρου ἔτι, ubi νεώτερος

est *teneriore aetate, quam qui exercitui praeesse posset, ut iung,* quod VI, 12. plene dicitur νεώτερος ἐς τὸ ἄρχειν. Sed haud dubie ille in mente habuit verba I. II. c. 6. μηδὲν νεώτερον ποιεῖν περὶ τῶν ἀνδρῶν. Cf. Matth. Gr. p. 634. Sequuntur paulo memorabiliora. II, 40. Τὸ πένεσθαι οὐχ ὁμολογεῖν τινὶ αἰσχρὸν, ἀλλὰ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ αἴσχιον. Ubi nisi ita verba coniungi vis, τὸ οὐχ ὁμολογεῖν, i. e. τὸ ἀρνεῖσθαι, πένεσθαι, i. e. ὅτι πένεται, quod et durum est et parum aptam sententiam efficit („negare se pauperem esse, [quum tamen sit,] alicui turpe, verum paupertatem non fugere re ipsa, turpius"), sed interpretaris, „*Paupertatem confiteri, turpe non est, at non vitare factis, turpius*"; recte Bauerus quaerit: „*Quorsum* turpius, *si illud* turpe *plane* non est?" Et habet Grammaticus in Bekk. Anecdd. I, 365. Αἴσχιον, ἀντὶ τοῦ αἰσχροῦ· Θουκυδίδης. Nempe scriptor mutata structura ita perrexit, quasi orationem incepisset, τὸ πένεσθαι οὐχ ὁμολογεῖν τινὶ αἴσχιον τοῦ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ, ἀλλὰ τοὐναντίον μὴ διαφ. etc.: aut αἴσχιον resolvendum in μᾶλλον αἰσχρόν, ita ut hoc non sit *magis turpe*, sed *potius turpe*, quo sensu aliquoties hac particula utitur scriptor noster. Vid. not. ad III, 65. IV, 10. Simillimus locus VIII, 27. Οὐ γὰρ αἰσχρὸν εἶναι, Ἀθηναίους ναυτικῷ μετὰ πλείονος ὑποχωρῆσαι· ἀλλὰ καὶ μετὰ στενοῦν τρόπον αἴσχιον ξυμβήσεσθαι, ἢν ἡσσηθῶσι. Sequuntur verba III, 9. Τοὺς γὰρ ἀφισταμένους ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ξυμμαχίαν τὴν πρὶν ἀπολείποντας οἱ δεξάμενοι, καθ' ὅσον μὲν ὠφελοῦνται, ἐν ἡδονῇ ἔχουσιν· νομίζοντες δὲ εἶναι προδότας τῶν πρότου φίλων, χείρους ἡγοῦνται. In quibus scholiasta et Gregorius Corinthius p. 115. χείρους interpretantur per κακούς, contra quos nonnulla disputavit Stephanus. Vid. not. — „III, 65. Ὡς δὲ ὑμεῖς μᾶλλόν τε ἠδικήκατε τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἀξιώτεροί ἐστε πάσης ζημίας, πειρασόμεθα ἀποφαίνειν. „„*Vos iniuste fecisse et digniores esse poena.*"" Quibusnam *digniores?* Thebanis vero. At eos poena dignos quis dicebat? Nisi forte διὰ τὸν Μηδισμόν. At ne

hunc quidem tunc puniendum in Thebanis quisquam dicebat. Solvendus ille comparativus in μᾶλλον ἄξιοι, ut μᾶλλον non ad ἄξιοι pertineat, sed ad totum. „„*Digni estis poena potius*““ sc. quam venia aut beneficio. Nec aliter IV, 61. *Οὐ τοῖς ἄρχειν βουλομένοις μέμφομαι, ἀλλὰ τοῖς ὑπακούειν ἑτοιμοτέροις οὖσι.* „„*Non succenseo iis, qui velint imperare, sed iis, qui* paratiores *sint obedire.*““ Quibusnam *paratiores?* Possis intelligere, paratiores ad obediendum, quam illi sint ad imperandum; quo nomine Romanos saepe ridebat Tiberius. Sed nil habet contextus, quod hoc suadeat. [Schol. *ἑτοιμοτέροις οὖσιν· ἀντὶ τοῦ ἑτοίμοις.*] Itaque hypallagen statuam, ac *si* foret, *οὐ μέμφομαι τοῖς ἄρχ. βουλ., ἀλλὰ μᾶλλον (μέμφομαι) τοῖς ἑτοίμοις οὖσιν ὑπακούειν.*“ BAUER. — De omni usu comparativorum pro absolutis cf. Reizii iudicium de inclinat. acc. p. 54. et in Vig. p. 719.

ββ) Superlativus pro comparativo.

Superlativus quo sensu comparativi locum obtinere dicatur, docuit Hermann. ad Vig. p. 718. Ita si res intelligitur, frequens est haec loquendi consuetudo in Thucydide.

„VI, 13. *Μέγιστον τῶν πρὶν κινδύνων, maximum priorum* periculorum, pro *μείζονα*, maius prioribus periculis; nam si *priora* sunt pericula, novum istud non pertinet ad ea, nec *inter ea maximum*, sed *maius* est *illis*. Ita I, 10. Troianam expeditionem vocat *μεγίστην τῶν πρὸ αὐτῆς, maximam earum*, quae *ante illam* sunt susceptae, i. e. *maiorem iis*; non enim *inter eas* numeranda ut maxima, a quibus ut posterior separatur.“ BAUER.

I, 1. *Ἐλπίσας τὸν πόλεμον μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων.* 11. *Ταῦτα ὀνομαστότατα τῶν πρὶν γενόμενα.* 50. *Ναυμαχία αὕτη Ἕλλησι πρὸς Ἕλληνας νεῶν πλήθει μεγίστη δὴ τῶν πρὸ ἑαυτῆς γεγένηται.* VI, 31. *Παρασκευὴ*

γὰρ αὕτη — πολυτελεστάτη δὴ καὶ εὐπρεπεστάτη τῶν ἐς ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐγένετο. V, 60. Στρατόπεδον γὰρ δὴ τοῦτο κάλλιστον Ἑλληνικὸν τῶν μέχρι τοῦδε ξυνῆλθε.

De πολλῷ μάλιστα vid. Duk. ad IV, 92. et Matth. Gr. p. 656. sq.

γ) *Pronominum* genera permutata.

Etiam pronomina aliquot tradunt permutari, et primum quidem

aa) αὐτοῦ, οὗ, ἑαυτοῦ.

Ex his proprie in sententia una et simplici ἑαυτοῦ ad subiectum huius ipsius periodi, αὐτοῦ autem ad subiectum alius periodi referri; in duobus autem inter se iunctis enunciatis ἑαυτοῦ ad subiectum sententiae aliunde pendentis, οὗ ad praecipuae sententiae subiectum, denique αὐτοῦ ad neutrum horum nominum pertinere; sed pro οὗ etiam ἑαυτοῦ et αὐτοῦ, maxime in singulari numero, reperiri, iam e Buttm. Gr. §. 114. 3. constat. Praeterea οὗ in genitivo et accusativo singularis plane spretum esse a Thucydide, nisi quod pro οὗ aliquoties σφῶν dixit, cap. VII. intelleximus. Itaque non poterit mirum videri, in eadem orationis conformatione de iisdem hominibus σφῶν, ἑαυτῶν et αὐτῶν legi, quod infra, ubi de variata oratione agitur, exemplis confirmabimus. Legitur adeo ἐκείνων pro σφῶν II, 13. Ὅταν ἐν τῇ γῇ ὁρῶσιν ἡμᾶς δηοῦντας καὶ τἀκείνων φθείροντας. Facile etiam feremus σφῶν pro ἑαυτῶν, ut VI, 64. Ἔλεγε δὲ, τοὺς Ἀθηναίους αὐλίζεσθαι ἄπο τῶν ὅπλων ἐν τῇ πόλει — καὶ εἰ βούλονται ἐκεῖνοι (οἱ Συρακούσιοι) πανδημεὶ ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ ἅμα ἕῳ ἐπὶ τὸ στράτευμα ἐλθεῖν, αὐτοὶ μὲν (οἱ Καταναῖοι) ἀποκλήσειν αὐτούς (ita codd. pro τούς. intellige autem Athenienses) παρὰ σφίσι (τοῖς Καταναίοις). Cf. VIII, 10. Quare ambiguitatem quandam captant Boeoti in usu horum pronominum IV, 99. Οἱ δὲ Βοιωτοὶ ἀπεκρίναντο, εἰ μὲν ἐν τῇ Βοιωτίᾳ εἰσὶν, ἀπιόντας ἐκ

τῆς ἑαυτῶν ἀποφέρεσθαι τὰ σφέτερα, ubi vide quae cap. 98. praecesserunt et quae sequuntur, et confer cap. 97. extr., ubi plenius dictum ἀποφέρεσθαι τὰ σφέτερα αὐτῶν. Nec minus dubitatione vacat σφῶν αὐτῶν pro solo σφῶν v. ἑαυτῶν. VIII, 65. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Πείσανδρον, παραπλέοντές τε, ὥςπερ ἐδέδοκτο, τοὺς δήμους ἐν ταῖς πόλεσι κατέλυον, καὶ ἅμα ἔστιν ἀφ' ὧν χωρίων καὶ ὁπλίτας ἔχοντες σφίσιν αὐτοῖς ξυμμάχους, ἦλθον ἐς τὰς Ἀθήνας. Atque ita VIII, 70. explicanda scriptura αὐτοῖς σφίσι. Unde oritur ambiguitas quaedam sermonis I, 19. Sed maxime dubitant, an σφῶν etiam pro αὐτῶν apud nostrum scriptorem dicatur, quod negavit Goeller. Actt. Monacc. t. II. fasc. 3. p. 341. sqq. Meminit tamen ipse aliquot locorum, in quibus σφῶν ita usurpatum videatur. Quorum unum male intellexit, IV, 99. Νομίζοντες (οἱ Βοιωτοὶ), τὴν μὲν Ὠρωπίαν, ἐν ᾗ τοὺς νεκροὺς — κεῖσθαι ξυνέβη, Ἀθηναίων κατὰ τὸ ὑπήκοον εἶναι, καὶ οὐκ ἂν αὐτοὺς βίᾳ σφῶν κρατῆσαι αὐτῶν. Recte Portus: *sed tamen ipsos* (Athenienses) *nunquam se invitis suorum cadaveribus* (αὐτῶν spectat ad νεκρῶν) *potituros*. Vid. ibi Bredow. Reliqui sunt hi. V, 49. Λακεδαιμόνιοι τοῦ ἱεροῦ ὑπὸ Ἠλείων εἴρχθησαν — — οὐκ ἐκτίνοντες τὴν δίκην αὐτοῖς, ἣν — Ἠλεῖοι κατεδικάσαντο αὐτῶν, φάσκοντες, σφᾶς ἐπὶ Φύρκον τε τεῖχος ὅπλα ἐπενεγκεῖν καὶ ἐς Λέπρεον αὐτῶν ὁπλίτας ἐν ταῖς Ὀλυμπιακαῖς σπονδαῖς ἐςπέμψαι. IV, 114. Κατέφυγον δὲ καὶ τῶν Τορωναίων ἐς αὐτοὺς (τοὺς Ἀθηναίους), ὅσοι ἦσαν σφίσι (τοῖς Ἀθηναίοις) ἐπιτήδειοι. VI, 61. Οὐχ ἥκιστα τοὺς Μαντινέας καὶ Ἀργείους βουλόμενοι (οἱ Ἀθηναῖοι) παραμεῖναι, δι' ἐκείνου (τοῦ Ἀλκιβιάδου) νομίζοντες πεισθῆναι σφᾶς ξυστρατεύειν. Add. VII, 70. Μετὰ δὲ τοῦτο πανταχόθεν σφίσι τῶν Συρακουσίων καὶ ξυμμάχων ἐπιφερομένων, οὐ πρὸς τῷ ζεύγματι ἔτι μόνον ἡ ναυμαχία, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν λιμένα ἐγίγνετο. Quorum exemplorum duo satis audaci ratione corrigere conatur Goeller. Quem nequaquam sequemur, si cogitaverimus, in his omnibus locis ambiguitatem oriri non potuisse, (quum et sensus planus sit et V, 49. ac

VI, 61., si de Eleis et Atheniensibus ageretur, pronomen σφᾶς omittendum esset), ubi autem perspicuitati non officiatur, etiam a Latinis pronomina *sui*, *eius*, *ipsius* promiscue usurpari. Vid. Scheller. Gr. p. 316. sq. et Grotef. §. 136. b) c). Quid? quod in talibus locis etiam ἑαυτῶν apud Graecos pro αὐτῶν dicitur, non quidem VIII, 56., ubi historia non minus quam libris iubentibus cum Benedicto et Goellero scribendum τὴν ἑαυτοῦ γῆν, sed VIII, 58. Λακεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους, ἐπὴν αἱ βασιλέως νῆες ἀφίκωνται, τὰς ἑαυτῶν ναῦς ἣν βούλωνται τρέφειν, ἐφ' ἑαυτοῖς εἶναι. Sed ubi sermo ambiguus fieret, hoc non concedi, et ubi pronomina ἑαυτοῦ, οὗ et αὐτοῦ distinguuntur, hoc non aliter fieri, quam sic ut vera eorum vis retineatur, dubio caret. Ex quo III, 31., de quo difficillimo loco vid. not. αὐτοῖς vel αὐτούς necessario ad Athenienses, σφίσι ad eorum hostes pertinere, perspicuum est.

bb) Ἑαυτῶν et ἀλλήλων.

Ut omnino per negligentiam quandam linguarum pronomina reflexiva etiam pro reciprocis ponuntur; ut *hi homines se feriunt* non solum significare potest *horum quisque se ipse verberat*, sed etiam *hi se mutuo caedunt*: ita etiam apud Graecos ἑαυτῶν, ubi sine ambiguitate fieri potest, pro ἀλλήλων dici, facile exspectes. Qualem negligentiam ne Thucydidem quidem fugisse docent ea quae ad III, 59. e Prisciano adscripserunt viri docti et quae in Actt. Monacc. t. II, f. 2. p. 249. sq. disputavit Goeller. Sed scholiastae vicissim ἀλλήλων per ἑαυτῶν explicanti III, 81., Οἱ πολλοὶ τῶν ἱκετῶν — διέφθειραν αὐτοῦ ἐν τῷ ἱερῷ ἀλλήλους, non debebat fidem habere Matthiae Gr. p. 678., nisi forte etiam Latine *supplices se mutuo interfecerunt* (i. e. alter alterum strangulavit) pro *supplex quisque se ipse interfecit* dici posse opinatur.

cc) Ἑαυτοῦ et ἡμαυτοῦ atque σεαυτοῦ.

Res nota e Grammaticis. Vid. I, 82. Matth. §. 489. II. Buttm. §. 114. not. 5. et nos ad Xenoph. Cyrop. I, 6, 44.

δ) Particulae

motum e loco significantes ita usurpantur, ut quietem, vel etiam motum in locum, denotare videantur. Esse hoc attractionis genus monuit Buttm. §. 138. 8., et aliquot exempla suppeditat Matth. p. 877. sq. Sed haec, quam late hic usus pateat, non satis docent, unde nos accuratius rem persequamur.

Ἀπό. VII, 63. Πρότερον ἢ τοὺς ἀπὸ τοῦ καταστρώματος ὁπλίτας ἀπαράξητε. Bene Bauerus: „Dicitur pro ἀπαράξ. ἀπὸ τοῦ καταστρώμ. τοὺς ὁπλίτας τοὺς ἐν αὐτῷ v. ἐπ' αὐτοῦ." Cf. VIII, 1. 13. et VIII, 27. in Ὁπλίσας καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ νεῶν ὁπλίτας inest simul notio verbi ἐξαγαγών. V, 34. Ἤδη ἡκόντων αὐτοῖς τῶν ἀπὸ Θρᾴκης μετὰ Βρασίδου ἐξελθόντων στρατιωτῶν, *quum ad ipsos iam ex Thracia rediissent milites, qui cum Brasida illuc profecti fuerant.* (Port.) III, 4. Οὐ γὰρ ἐπίστευον τοῖς ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων προχωρήσειν. Quae interpretes non intellexerunt. Explica: *non enim confidebant, legatis Athenas missis ab Atheniensibus aliquid processurum.* Nam sequitur cap. V. Οἱ δ' ἐκ τῶν Ἀθηνῶν πρέσβεις ὡς οὐδὲν ἦλθον πράξαντες. Vide statim ἐκ.

Ἐκ. V, 56. Ἐς δὲ Πύλον ἐκόμισαν τοὺς ἐκ Κρανίων Εἵλωτας. VIII, 80. Οἱ ἐκ τῆς Σάμου πέμπουσι βοήθειαν. I, 8. Οἱ ἐκ τῶν νήσων κακοῦργοι ἀνέστησαν ὑπ' αὐτοῦ. I, 18. Οἵ τε Ἀθηναίων τύραννοι καὶ οἱ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος κατελύθησαν. IV, 19. Ἀνταιτοῦντες τοὺς ἐκ τῆς νήσου ἄνδρας („vicissim poscentes, ut ex insula nobis reddantur viri, qui ibi inclusi tenentur.") Cf. VIII, 11. 20. 24. 38.

Paulo

Paulo insolentiores hi loci. V, 34. *Τοὺς δ' ἐκ τῆς νήσου ληφθέντας σφῶν — ἀτίμους ἐποίησαν.* Ubi Bauerus: „Aut brevius" inquit „dictum, more nostri scriptoris, pro *τοὺς ἐν τῇ νήσῳ ληφθέντας καὶ ἀνακομισθέντας ἐξ αὐτῆς* aut *ληφθέντας* est pro *ἀναληφθέντας, receptos, redditos ipsis.*" VIII, 2. *Πρὸς τὴν ἐκ τῆς Σικελίας τῶν Ἀθηναίων μεγάλην κακοπραγίαν* (i. e. *τὴν ἐν τῇ Σικ. γενομένην καὶ ἐκ τῆς Σικ. ἀγγελθεῖσαν καὶ*) *πάντες ἐπηρμένοι ἦσαν.* Sed verba V, 80. *Τὸ ἐξ Ἐπιδαύρου τεῖχος κελεύοντες ἐκλιπεῖν* corrupta videntur. In iis Lindau spicileg. crit. in Thucyd. p. 10. *ἔξω Ἐπιδαύρου* coniicit. Verum *intra* Epidaurum fuisse munitionem, nemo, qui cap. 75. legerat, poterat opinari; quare non *extra*, sed tantum *ad*, *ἐπὶ Ἐπιδαύρῳ*, dicendum erat. Sed VII, 31. *Ὁ Δημοσθένης τότε ἀποπλέων ἐκ τῆς Κερκύρας μετὰ τὴν ἐκ τῆς Λακωνικῆς τείχισιν* recte idem Lindau cum Mosqu. rescribit *ἐπὶ τῆς Κερκ.* Valla: *in Corcyram traiiciens.* Nondum enim Corcyram pervenisse Niciam manifestum est, quia paulo post demum Pheam, Zacynthum, Cephalleniam et Acarnaniam appellit; itaque ex Laconica Corcyram petit.

Huc referunt etiam usum praepositionis *ἐκ* post verba *ἀναιρεῖσθαι* et *θάπτειν.* Matth. p. 578. d. II, 54. *Θάπτουσι τοὺς ἐκ τῶν πολέμων.* 35. *ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις.* Quorum similis est ratio atque supra verborum *τοὺς ἐκ τῆς νήσου ληφθέντας.*

Παρά. V, 42. *Τοὺς ἄνδρας τοὺς παρὰ Βοιωτῶν ἀπολαβόντας Ἀθηναίοις παραδοῦναι*, i. e. *τοὺς ἄνδρας τοὺς παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς* (*τοὺς Ἀθηναίων δεσμώτας* cap. 59.) *παρ' αὐτῶν ἀπολ. κ. τ. λ.* VIII, 11. *Τὰς παρὰ σφῶν πέντε ναῦς ἐβούλοντο πέμπειν.* Cf. VIII, 85.

Αὐτόθεν. V, 52. *Τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων παραλαβών.* „*Τῶν αὐτόθεν* est ex brevitate Thucydidea pro *τῶν αὐτόθι ξυμμ. παραλαβών* (*τινας*) *αὐτόθεν.*" BAUER. Hoc modo posita formula *οἱ αὐτόθεν ξύμμαχοι* saepe redit. Cf. VII, 34. 71. Pariter similes dictiones. Vid. II, 25. VIII, 1.

Ἐκεῖθεν. Ὅπως εἴργωσι τοὺς ἐκεῖθεν ἐπιβοηθεῖν I, 62. *Κωλύοντας τὰς ἐκεῖθεν ναῦς* VIII, 107.

Nonnihil diversa ab his confusio praepositionum ἐν et ἐς.

Ἐν pro ἐς poni putant III, 106. *Οἱ μετ' Εὐρυλόχου Πελοποννήσιοι ὡς ἤσθοντο τοὺς ἐν Ὀλπαις Ἀμπρακιώτας ἥκοντας*, ubi ne collocatio quidem verborum hoc permittit; sed ex *ἐν Ὀλπαις* repetendum *εἰς Ὀλπας*. *Quum Peloponnesii Ambraciotas, qui Olpis erant, eo pervenisse sensissent.* IV, 42. *Ἐν Ἀμπρακίᾳ καὶ ἐν Λευκαδίᾳ ἀπέσαν αὐτῶν πεντακόσιοι.* Ubi in *ἀπέσαν* inest simul *ἀπῆσαν*, ut vicissim dicimus *παραγίγνεσθαι s. παρεῖναι εἴς τινα τόπον.* IV, 14. *Ταῖς δὲ λοιπαῖς ἐν τῇ γῇ καταπεφευγυίαις ἐνέβαλλον.* In quibus et *ἐν τῇ γῇ* cum *ἐνέβαλλον* proxime iungi potest, ut ad *καταπεφευγυίας* suppleatur *εἰς τὴν γῆν* seu *ἐκεῖ*, et perfectum significat: *qui ad terram confugerant et ibi erant;* quod I, 47. accuratius dicitur *Ἦσαν δὲ καὶ τοῖς Κορινθίοις ἐν τῇ ἠπείρῳ πολλοὶ τῶν βαρβάρων παραβεβοηθηκότες.* Similis locus VII, 87. *Ὅσα εἰκὸς ἐν τοιούτῳ χωρίῳ ἐμπεπτωκότας κακοπαθῆσαι.* Etiam substantivum *καταφυγή* hanc sibi adscivit structuram VIII, 11. *Τὰ περὶ τὴν ἐν τῷ Πειραιῷ τῶν νεῶν καταφυγὴν ἠγγέλθη.* Add. Sturz. Lex. Xenoph. t. II. p. 166. Sola verba VII, 17. *Παρεσπενάζοντο αὐτοὶ ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ* excusare non possumus. (*H. ἐς τὴν Σικελίαν.*) Nihilominus codices huic similem scripturam exhibent etiam VIII, 101. *Πειραιοῦνται* (pro vulg. *δεικνοποιοῦνται*) *ἐν Ἀργινούσαις.* (Marcellin. §. 46. *Ἀπελθὼν ἐν τῇ Θρᾴκῃ, τὸ κάλλος ἐπεῖ τῆς συγγραφῆς συνέθηκε.* Cf. §. 55.)

Ἐς pro ἐν Priscianus male deprehendit in verbis I, 24. *Ταῦτα δὲ ἱκέται παθεζόμενοι ἐς τὸ Ἡραῖον ἵζοντο*, quum *καθέζεσθαι, considere*, recte ita struatur. Itaque III, 75. rursus legimus *καθίζουσιν ἐς τὸ Ἡραῖον ἱκέται*, et ita saepius. Tum VII, 71. *Πάντων ἀνακειμένων τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὰς ναῦς* modo qui, ut Bauerus, Graeca ex La-

tinis indicat, afferre audebit. Cf. Matth. Gr. s. εἰς p. 845. Speciosiora haec VI, 16. *Λακεδαιμονίους ἐς μίαν ἡμέραν κατέστησα ἐν Μαντινείᾳ περὶ τῶν ἁπάντων ἀγωνίσασθαι.* Scholiasta: *ἀντὶ τοῦ, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ.* At iunge cum *κατέστησα*, *in unum diem* (auf einen Tag, für einen Tag). Sed VIII, 95. in vv. *Ὧν ἀφικομένων ξὺν ταῖς πρότερον ἐν Εὐβοίᾳ οὔσαις ἑξ καὶ τριάκοντα ἐγένοντο*, nolim probari Cass. Aug. scripturam *ἐς Εὔβοιαν*. Nam *εἶναι ἐς* si eo modo, quo *παρεῖναι ἐς* dicatur (et scribunt certe Xenophontis codices Cyrop. VI, 1, 1. *Ὅτι πολὺς ὄχλος ἐπὶ τὰς θύρας εἴη*), debet significationem *profectum esse s. venisse in aliquem locum* accipere, quod ibi non commodum est. Recte autem, quanquam non admodum usitate, dictum VIII, 48. *Καὶ ἐκινήθη πρότερον ἐν τῷ στρατοπέδῳ καὶ ἐς τὴν πόλιν ἐντεῦθεν ὕστερον*, ubi ipsa praepositione *ἐς* notio *progrediendi* accedit. Vide infra sensum praegnantem. In aliis, e quibus argumentantur, locis *ἐς* valet *apud*, *quod attinet ad*. I, 6. *Σημεῖα δ' ἐστὶ ταῦτα τῆς Ἑλλάδος ἔτι οὕτω νεμόμενα τῶν ποτὲ καὶ ἐς πάντας ὁμοίων διαιτημάτων.* I, 33. *Φέρουσα ἐς τοὺς πολλοὺς ἀρετήν*, *afferens apud pleroque virtutis existimationem.*

Cap. XV. Argumentum praecedentis capitis continuatur. Pars posterior. *Verborum genera* permutata.

Verborum cum substantivis permutationem quum iam praecedente capite examinaverimus, nunc tantum eorum genera spectanda sunt. Quae quidem invicem permutari, si generatim pronunciatur, noli credere. Quod tamen quum a Thucydide factum dicat Dionysius Halic. p. 796. et 797. atque Atticis adeo hanc permutationem tribuat Grammaticus Meermannianus p. 647. in Schaeferi edit. Gregor. Corinth. (cf. id. p. 644. Gregor. p. 171. Grammatic. August. p. 673. Excerpta e cod. Vatic. p. 686.); necesse est rem paulo accuratius examinemus.

Quae igitur pro hoc usu exempla commemorantur (cf. Dorvill. ad Charit. p. 434. sq. ed. Lips. Vig. p. 179. sqq. Maittaire de dial. p. 107. Matth. Gr. Gr. p. 688. sq.), ex iis multa falso intellecta sunt. Maxime dubius locus II, 7. ubi vulgo scribunt: *Παρεσκευάζοντο δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν, πρεσβείας τε μέλλοντες πέμπειν παρὰ βασιλέα, καὶ ἄλλοσε ἐς τοὺς βαρβάρους, εἴ ποθέν τινα ὠφέλειαν ἤλπιζον ἑκάτεροι προσλήψεσθαι· πόλεις τε ξυμμαχίδας ποιούμενοι, ὅσαι ἦσαν ἐκτὸς τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως. καὶ Λακεδαιμόνιοι μὲν, πρὸς ταῖς αὐτοῦ ὑπαρχούσαις ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας, τοῖς τἀπείνων ἑλομένοις, ναῦς ἐπετάχθησαν ποιεῖσθαι κατὰ μέγεθος τῶν πόλεων.* Sed codd. pro *Λακεδαιμόνιοι*, quod Gottleberus primus recepit, legi iubent *Λακεδαιμονίοις*. Quo admisso Kistemakerus *ναῦς* pro nominativo pluralis voluit, eodemque modo iudicavit Neophytus Ducas. Sed id fieri nullo modo potest, quum Thucydides in nominativo pluralis non alia forma utatur quam *νῆες*. Moeris p. 266. *Νῆες, ὡς Θουκυδίδης, Ἀττικῶς· ναῦς, Ἑλληνικῶς.* Phrynich. p. 68. ed. Pauw. *Αἱ νῆες ἐρεῖς, οὐχ αἱ ναῦς· σόλοικον γάρ.* (utuntur tamen recentiores, ut Diodorus.) Thomas Magister p. 626. *Νῆες ἐπὶ εὐθείας, οὐ ναῦς· ἐπὶ δὲ αἰτιατικῆς ναῦς, οὐ νῆας.* Stephanus igitur pro *ἐπετάχθησαν*, coniecit *ἐπετάχθη*, atque haec lectio in Vindobonensi codice reperta est. Sed ea nimis correctionem sapit, quam quae probari possit. Itaque Hermannus nobis significavit, si e praecedentis periodi subiecto *οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι* solum nomen *οἱ ξύμμαχοι* repetatur, vulgatam ferri posse. Verba tunc ita interpretanda sunt: „A Lacedaemoniis socii praeter eas naves, quae ibi (Lacedaemone, per eam figuram, de qua diximus alibi) ex Italia atque Sicilia erant, alias in usum eorum, qui ad illorum (Lacedaemoniorum) partes accesserint, conficere iussi sunt.“ Iam durum quidem est, quod nonnisi pars quaedam subiecti ex antecedentibus repetenda est; sed Thucydides id ideo sibi permittere potuit, quod et ex adiecto

dativo *Λακεδαιμονίοις* et e verbi *ἐπιτάττεσθαι* notione de solis sociis sermonem esse intellectum iri speravit. Ut autem Graeci omnino, ita etiam Thucydides pro *τοῦτό μοι ἐπιτάσσεται* praefert structuram *ἐπιτάσσομαι τοῦτο*. I, 140. *Οἷς εἰ ξυγχωρήσετε, καὶ ἄλλο τι μεῖζον εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε.* Cf. Matth. Gr. Gr. p. 579. sq. Ita igitur etiam hic bene scribi potuit *οἱ ξύμμαχοι ἐπετάχθησαν ναῦς ποιεῖσθαι*. Deinde saepius legimus, Lacedaemonios eo consilio classem parari voluisse, ut Atheniensium sociis, qui defecissent, auxilium ferre possent. Sic Archidamus dicit I, 81. *Εἰ τοὺς ξυμμάχους ἀφιστάναι πειρασόμεθα, δῆσει καὶ τοῖσδε ναυσὶ βοηθεῖν, τὸ πλέον οὖσι νησιώταις.* Eodem igitur modo II, 7. fortassis socii perhibentur iussi esse naves conficere *τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις*, *in usum eorum, qui Atheniensium societate relicta ad Lacedaemoniorum partes accesserint.* Aoristi enim participium notionem futuri exacti habere posse capite XIII. vidimus. Obstare tamen huic explicationi videtur, quod iam tum naves Italas et Siculas Lacedaemone fuisse neque alibi dictum neque ob ipsam belli historiam verisimile est; ita ut malis coniungi *ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις*. Utounque est, certe non eo usque stultitiae progrediemur, ut scriptorem, quod centies bene *ἔταξαν* et *ἐτάξαντο* dixit, semel soloece *ἐτάχθησαν* efferre voluisse putemus, atque ad hanc absonam rem probandam proferamus exempla verborum *ἐδεήθη*, *προυθυμήθη* etc. active intelligendorum. Accedimus ad alios locos, in quibus multo minor deprehenditur difficultas. II, 65. *Τά τε ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἀμβλύτερα ἐποίουν, καὶ τὰ περὶ τὴν πόλιν πρῶτον ἐν ἀλλήλοις ἐταράχθησαν:* Portus; „Et res, quae militiae gerebantur, debilitarunt, et domi totum reipublicae statum mutuis discordiis tunc primum conturbarunt.“ Sed ibi neque *ἐταράχθησαν* pro activo positum, neque *τὰ περὶ τὴν πόλιν* pro nominativo habendum — ita enim et *ἐταράχθη* requireretur et periret concinnitas — sed structura potius haec est, *οἱ τοῦ δήμου προ-*

στάται ἐταράχθησαν τὰ περὶ τὴν πόλιν. Tum III, 39. Εἴωθε δὲ τῶν πόλεων αἷς ἂν μάλιστα — ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, ὑς ὕβριν τρέπειν inepte scholiasta τρέπειν pro τρέπεσθαι accipit. Verba posita sunt pro εἴωθε δὲ ἡ εὐπραξία ἐκείνας τὰς πόλεις ἐς ὕβριν τρέπειν, αἷς ἂν μάλιστα ἀπροσδόκητος ἔλθῃ. III, 45. Ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι. Bauer: „Pro ἀξιουμένῳ, cum sic digni et graves habeamur.“ Male. Significant Graeca: *In tali vestra animi sententia. s. cum vos ita iudicetis.* De participio pro infinitivo cf. cap. XIII. Iam tribus capitibus ante III, 40. legimus: Μάλιστα δὲ οἱ μὴ ξὺν προφάσει τινὰ κακῶς ποιοῦντες ἐπεξέρχονται, καὶ διόλλυνται, τὸν κίνδυνον ὑφορώμενοι τοῦ ὑπολειπομένου ἐχθροῦ. Quae verba ab Henrico Stephano in Thes. s. v. διόλλυμαι laudantur, ut hoc verbum semel apud Thucydidem activam significationem habere doceat. Schol. ἐπέρχονται καὶ διαφθείρουσι. Portus: *Ad internecionem usque persequuntur.* Sed ibi διόλλυνται τὸν κίνδυνον ὑφορώμενοι τοῦ ὑπολειπομένου ἐχθροῦ iungendum esse („Sie können es nicht ertragen Gefahr von dem verschont gebliebenen Feinde fürchten zu müssen“) monuit Censor eruditus in Ephemm. Ienn. Deinde III, 59. de verbis οἵκτῳ σώφρονι λαβόντας, in quibus fuerunt qui λαβόντας per εἰλημμένους interpretarentur, cap. X. sub dativo dictum. III, 75. Ὁ δὲ δῆμος, δείσας, μή τι νεωτερίσωσιν, ἀνίστησί τε αὐτοὺς πείσας, καὶ διακομίζει ἐς τὴν πρὸ τοῦ Ἡραίου νῆσον, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐκεῖσε αὐτοῖς διεπέμπετο. Portus: *Et quae ad vitam sustentandam erant necessaria, illuc ad ipsos transmittebat.* Male. Διεπέμπετο passivum est. Qualis transitus ad aliud genus saepius interpretes in errorem induxit, ut in ὡρμίσαντο I, 51. Οἱ Κερκυραῖοι ἐφοβήθησαν, μὴ πολέμιαι ὦσιν (αἱ νῆες), ἔπειτα δὲ ἔγνωσαν, καὶ ὡρμίσαντο (αἱ νῆες), ubi male Portus: *Postea illas agnouerunt, et in suas sedes receperunt.* IV, 108. Τῆς γεφύρας μὴ κρατούντων (τῶν Λακεδαιμονίων), ἄνωθεν μὲν μεγάλης οὔσης ἐπὶ πολὺ λίμνης τοῦ ποταμοῦ, τὰ δὲ πρὸς Ἠιόνα τριήρεσι τηρουμένων, οὐκ ἂν δύνασθαι προελθεῖν.

Quod scholiasta adscripsit τηρουμένων ἀντὶ τοῦ τηρούντων τῶν Ἀθηναίων, falsum esse, praeterquam quod τηρεῖσθαι longe aliud quid significat, vel inde manifestum est, quia τηρουμένων non potest de Atheniensibus dictum esse, quum κρατούντων ad Lacedaemonios referendum sit. De his igitur intelligendum etiam τηρουμένων sensu passivo; nam quum *observare hostem* exprimatur per τηρεῖν τὸν ἐναντίον (cf. II, 83.), Lacedaemonii recte dici possunt τηρήσαι τηρεῖσθαι. Eodem capite legimus verba: Ὁ δὲ ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἐφιέμενος στρατιὰν προσαποστέλλειν ἐκέλευε. Thomas Mag. Ἐφιέμενος καὶ ὁ ὀρεγόμενος, καὶ ὁ ἐντελλόμενος, καὶ ὁ πέμπων. Laudat deinde haec verba. Cf. Hesych. et Phavor. Sed sensu mittendi activum quidem, nequaquam autem medium huius verbi poni licet. Recte igitur cupiditatis notionem etiam hic invenit Neophytus Ducas: Ὁ δὲ Βρασίδας αὖθις ἔστειλε μετὰ πάσης ἐφέσεως εἰς τὴν Λακεδαίμονα ζητῶν νὰ στείλωσιν εἰς αὐτὸν ἐκεῖθεν προξέτι καὶ ἄλλην δύναμιν. VII, 5. Δι' ἐλάσσονος γὰρ πρὸς τῷ λιμένι τῶν Συρακοσίων ἐφορμήσειν σφᾶς, καὶ οὐχ, ὥσπερ νῦν, ἐκ μυχοῦ τοῦ λιμένος τὰς ἐπαγωγὰς ποιήσεσθαι, ἤν τι ναυτικῷ κινῶνται. Interpretes: *si quid illi classe molirentur.* At refer ad Athenienses; *si quo modo* (τι) *classe* (mari) *perturbarentur*; quod vel ob suppressum pronomen praestat. De sensu verbi διεβέβληντο, quod Portus per διεβάλλειν ἤρξαντο interpretatus erat VIII, 83., in nota dixit Duk. In aliis modo propria verborum significatio spectanda est, si activum passivi vim non habere cognoscere cupimus. Ita ἡ πόλις (εὖ, σωφρόνως, ἐς ὀλίγους etc.) οἰκεῖ, quam formulam etiam Thucydidi II, 37. restitui iubent omnes libri non correcti, significat proprie, *urbs*, i. e. *eius cives*, *bene habitat*; verum hoc potest valere, *bene administratur.* Cf. Schneider. ad Xen. Cyrop. VIII, 1, 2.

Alii loci correctione indigent. Ita νεωτερίζοι IV, 76. in νεωτερίζοιτο, quo vel librorum vestigia ducunt, mutandum esse in notis docuit Duk. Tum VI, 12. Οἷς τότε

ψεύσασθαι καλῶς, χρήσιμον, καὶ τῷ τοῦ πέλας κινδύνῳ, αὐτοὺς λόγους μόνον παρασχομένους, ἢ κατορθώσαντός που τοὺς φίλους ξυναπολέσθαι haud dubie scribendum ξυναπολέσαι. Alterum autem VIII, 55. vel ob librorum auctoritatem mutandum. Qui autem vere huc relati sunt loci, in iis, si activum et passivum permutari perhibentur, aa) agitur de *infinitivis, qui supini in u vice funguntur*, ubi nostrates quoque activis utuntur, ut *dies ist leicht zu thun.* Cf. Dorvill. l. l. p. 469. et imprimis p. 256., exempla a Fischero allata ad Veller. III, 2., p. 24., Vig. p. 203., Matth. Gr. Gr. p. 762., 766., et prae omnibus Dawes. Miscc. critt. p. 79. sq., ubi docet eos errare, qui ex hac dicendi ratione colligant, Graecis licuisse quavis occasione ac modo activum pro passivo usurpare. bb) Deinde aliquot verba aut *formam activi* habent, sed *notionem passivi*, ut ἑάλωκα, ἑάλων· aut *formam passivi* et *notionem activi*, ut deponentia. *Deponentia* autem Graecorum omnino nondum satis a mediis distincta sunt, et multi vix sciunt, etiam Graecis sua deponentia esse. Ut autem apud Latinos perfecta quorundam deponentium etiam passivam habent significationem (quem loquendi usum amat Thucydidis imitator Salustius. Vid. Lang. ad Catil. c. 6.), idem fit apud Graecos in perfectis et aoristis. Vid. Matth. Gr. Gr. p. 684. not. Add. εἰργασμένος I, 93. et alibi. Κεκτημένος VII, 70. fin. (ἡ κτηθεῖσα ἡγεμονία Dion. H. p. 2061.) Sed iidem in quibusdam verbis, quibus olim activae formae fuerunt, adeo praesenti et imperfecto passivam significationem tribuunt. Ita βιάζεσθαι (de cuius activa forma vid. Bekk. Anecdd. I, p. 86.) I, 2. Ῥᾳδίως ἕκαστοι τὴν ἑαυτῶν ἀπολείποντες, βιαζόμενοι ὑπό τινων ἀεὶ πλειόνων. I, 77. Ἀδικούμενοί τε, ὡς ἔοικεν, οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον ὀργίζονται, ἢ βιαζόμενοι. VII, 84. βιαζόμενοι ὑπὸ τῆς παντα χόθεν προσβολῆς ἱππέων. Huc etiam referendum erit προὐπέπτετο VIII, 66. (Τὰ φηθησόμενα πρότερον αὐτοῖς προὐπέπτετο) et προσεδέχετο IV, 19., quippe quod neque de victore

commode intelligatur, neque ullo modo cum scholiasta et Valla ad victum referri possit; ideoque sensu passivo accipiendum est; nisi forte προςδέχεται, ut saepe ἐνδέχεται, pro verbo impersonali significante *fieri potest* haberi placet. (Add. ἐλογίζετο Dion. H. p. 2151.)

cc) *Activum* autem *et medium facile aliquoties permutari possunt.* Quoniam enim utrumque notionem designat, quae a subiecto efficitur, nec nisi eo discrepant, quod hoc actionem ad eum, unde profecta est, significat redire, saepe loci ita comparati esse possunt, ut, etiamsi obiectum actionis diserte non indicetur, tamen eam ad subiectum spectare ex orationis nexu intelligamus. Ita fit, ut activum pro medio ponatur, sive in hoc accusativus pronominis reciproci, sive omnino relatio quaedam ad subiectum latet.

αα) Huius generis est I, 16. τὰς ἐν τῇ ἠπείρῳ πόλεις δουλοῦν (*sibi subiicere.* Cf. Interprr. Thom. M. p. 249. sq.), III, 37. δηλοῦν τὴν γνώμην (*suam intelligentiam declarare*), III, 46. τὴν ἁμαρτίαν καταλῦσαι (*suum peccatum* eluere), qualia admodum frequenter leguntur. Hinc Thucydides etiam verba quaedam, quae apud nonnullos scriptores semper media sunt, in activo posuit, ut *Μεταπέμπω*, de quo vide Interprr. ad Moer. Att. ad Thom. M. et ad Thuc. VI, 88., atque *Μεταχειρίζω*, de quo cf. Bekk. Anecdd. I, 107. Phot., Interprr. Thom. Mag. et Duk. ad Thucyd.

ββ) Ad alterum genus referendum ἐπιμιγνύντες, quod a Dionysio p. 796. e. vv. Οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις I, 2. laudatur, et similiter etiam c. 13. exstat, sed non passivi, verum medii notionem habet. Cf. Fischer. l. l. p. 61. sq. Quae suppressio pronominis reflexivi effecit, ut multa verba activa neutrali sensu dicantur. Cf. Burgess. Add. ad. Dawes. Misco. critt. p. 414. Ex his in Thucydide maxime memorabile περαιοῦν II, 67. Πορευομένους αὐτοὺς διὰ τῆς Θρᾴκης ἐπὶ τὸ πλοῖον, ᾧ ἔμελλον τὸν Ἑλλήσποντον-

τον περαιώσειν (cf. Thom. Mag. et eius Interpp.), praesertim quum alibi semper hoc sensu medio ipse usus sit I, 5. 10. 26. VII, 1. al. Etiam πειρᾷν c. inf. conari (nam *tentandi* significatione legitime activum ponitur, quanquam ibi vicissim medio usus Thucydides IV, 132. ὥστε μηδὲ πειρᾶσθαι Θεσσαλῶν) aliquoties dixit pro πειρᾶσθαι, ut I, 50. Δείσαντες, μὴ ἐς τὴν γῆν σφῶν πειρῶσιν ἀποβαίνειν, quod fecit etiam Xenoph. Memor. 1, 2, 29., nisi forte ibi mavis πειρῶντα ad Εὐθυδήμου referens interpungere, Κριτίαν μὲν τοίνυν αἰσθανόμενος ἐρῶντα Εὐθυδήμου καὶ πειρῶντα, (ὥστε) χρῆσθαι, καθάπερ οἱ πρὸς τἀφροδίσια τῶν σωμάτων ἀπολαύοντες. Notemus porro IV, 35. Ξυγκλήσαντες (*conglobeati*) ἐχώρησαν ἐς τὸ ἔσχατον ἔρυμα τῆς νήσου. Adde verba, quae magis nota sunt, ἀποκρύπτειν I, 65. not. ἄγειν et composita (Duk. ad V, 54.) ἐκβάλλειν et alia verbi βάλλειν composita, διδόναι IV, 108., ubi vid. Coray. et Schaef. ad Lamb. B. p. 127., ἔξισοῦν V, 71. VI, 87., ἔχειν eiusque composita, quorum usus notissimus (ut ἀνέχειν, ἡ ἄκρα ἀνέχει, I, 46. ἡ νῆσος ἀνέχει πρὸς τὸ πέλαγος IV, 53, ἐπέχειν significatione *cunctandi* seu *morandi* IV, 124. VII, 74. all. atque *abstinendi* cf. Duk. ad. VII, 33. et τούτου μὲν ἐπέσχον VIII, 31. add. Plat. Phaedon. 66.) ἐξιέναι I, 46. e codicibus restitutum secundum analogiam aliorum compositorum ex ἰέναι (vid. Herodot. I, 6, 7. 20. al. Thuc. II, 102. IV, 103. Bened. ad h. l. Heindorf. ad Plat. Phaedon. c. 60. et Lobeck. ad Soph. Aiac. v. 248.) παραφέρειν (vid. Schneid. Lex. Graec.), στηρίζειν II, 49. Cf. Vig. p. 179. sqq. Matth. Gr. p. 687. et de Latinis Sanct. Minerv. passim (vid. Ind.).

Semel etiam pronomen indefinitum τί omissum videtur, quo factum est, ut activum pro passivo dictum aliquis existimet. Intelligimus autem locum I, 144., quem Dionysius p. 796. laudat, Οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει ἐν ταῖς σπονδαῖς, οὔτε τόδε, ubi, ut nobis significavit Hermannus, pronomina ἐκεῖνο et τόδε pro accusativis habenda et τί

supplendum est. Sed hic locus habet sane, quod displiceat, ut praepositionem ἐν, quae in Dionysio deest, eiiciendam esse aliquando subspicatus sim. Ita κωλύει neutraliter positum esset pro *impedimento* est, et quoniam ad sensum idem denotaret, quod ἐμπόδιόν ἐστι, cum dativo coniunctum esset, a qua ratione non multum abfuit Abreschius, quem vide in Auctar. Dilucidd. Thucydd. p. 265. Sed partim codices omnino omnes in praepositione illa retinenda consentiunt, partim eiusmodi dictio si admitti posset, non Thucydidi, sed Aeschylo potius aut Pindaro conveniret. —

γγ) *In quibusdam verbis vel nullum vel tenue discrimen est activi et medii.* Huc pertinet primum παρέχειν et παρέχεσθαι. II, 9. *Λακεδαιμονίων μὲν οἵδε ξύμμαχοι. Τούτων ναυτικὸν παρείχοντο Κορίνθιοι — αἱ δ' ἄλλαι πόλεις πεζὸν παρεῖχον. Ἀθηναίων δὲ Χῖοι — Τούτων ναυτικὸν παρείχοντο Χῖοι — οἱ δ' ἄλλοι πεζὸν καὶ χρήματα.* I, 98. *Τοῦ δὲ ἱππικοῦ τὸ πλεῖστον αὐτοὶ Ὀδρύσαι παρείχοντο.* I, 68. *Παρέσχε ναυτικόν.* I, 30. *Ναῦς καὶ χρήματα παρέσχον Κορινθίοις.* Cf. I, 27. 96. Itaque VII, 33. quum vulgo legatur *Ὅσπερ καὶ τοὺς ἀκοντιστὰς, δυνάστης ὢν, παρέσχετο αὐτοῖς*, Aug. G. H. exhibent *παρέσχεν.* Tum ἀριθμεῖν et ἀριθμεῖσθαι. III, 20. *Ἠριθμοῦντο δὲ πολλοὶ ἅμα τὰς ἐπιβολὰς, καὶ ἔμελλον οἱ μέν τινες ἁμαρτήσεσθαι, οἱ δὲ πλείους τεύξεσθαι τοῦ ἀληθοῦς λογισμοῦ, ἄλλως τε καὶ πολλάκις ἀριθμοῦντες.* Ita composita verba διαριθμεῖν, καταριθμεῖν apud alios saepe medii formam induunt nec mutant significationem. Eadem fere res in verbo καθιστάναι et καθίστασθαι. Nam quod I, 18. dicitur *Καὶ τὰ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι καθίστασαν*, alibi ad utilitatem auctori rei inde ortam simul innuendam medio denotatur, ut VIII, 95. *Εὔβοιαν ἅπασαν ἀποστήσαντες καὶ τἆλλα τὰ περὶ αὐτὴν καθίσταντο.* V, 12. *Καθίσταντο ὅ,τι αὐτοῖς ἐδόκει μὴ καλῶς ἔχειν.* VIII, 23. *Τὰ ἐν τῇ Λέσβῳ πάλιν κατεστήσαντο.*

δδ) *Porro verborum quorundam, quae in antiquo sermone deponentia fuerant, media* pro *activis reperiuntur.* Ita quum veteres poetas constet ὁρᾶσθαι et ἰδέσθαι usurpasse, etiam Thucydides in compositis quidem verbis hunc usum retinuit. II, 45. *Μὴ περιορᾶσθε τοὺς πολεμικοὺς κινδύνους*, qua significatione alibi noster quoque scriptor frequentat activum περιορᾶν. Cf. Thom. M. s. h. v. VII, 33. *Οἱ δ' ἄλλοι — οἱ πρότερον περιορώμενοι ξυστάντες ἐβοήθουν.* Cf. VI, 93. 103. Et quanquam IV, 62. legimus *Χρὴ τὴν αὐτοῦ τινα σωτηρίαν ἀπ' αὐτῶν (τῶν ἐμῶν λόγων) προϊδεῖν*, tamen I, 17. scribitur *τὸ ἐφ' ἑαυτῶν μόνον προορώμενοι* et IV, 64. adeo *προειδόμενοι*. Haud aliter tamen Xenophon. Vid. Sturz. Lex. Xenoph.

εε) Offendit vero usûs medii *ἐξελάσασθαι* IV, 35. *Πειρώμενοι μὲν ἐξελάσασθαι ἐκ τοῦ μετεώρου, οἱ δὲ μὴ ἐνδοῦναι.* Sed VII, 5. extr. rursus habemus *ἐξελάσασθαι ἐκ τῆς χώρας*, et legitur semel etiam in Xenophonte *ἐξελαύνεσθαι* (vid. Sturz. Lex.). Confirmatur etiam res usu verborum *ὠθεῖσθαι* et *ἀπωθεῖσθαι*, quae non solum significatione a se depellendi, repudiandi, abominandi (verstossen, verwerfen I, 35. 37. V, 22. zurückschlagen II, 4.), ubi legitime medium ponitur, sed etiam ubi simpliciter valent *protrudere, propellere* medio dicuntur. Ita illo ipso Thucydidis loco praecedit *ὥσασθαι ἐπειρῶντο*. Add. VIII, 25. Thom. M. et Sturz. Lex. Xenoph. s. h. v. Etiam *ἐπείγεσθαί τι* Thucydides dixit notione *properandi aliquid*, ut VI, 100. VIII, 9., ita tamen, ut res, quae properantur, ad agentem spectent. Facilius vituperio obnoxia verba VIII, 7. *Ἐπειγομένων τῶν Χίων ἀποστεῖλαι τὰς νεῦς*, quae si ita sola afferuntur, quisque interpretabitur *properantibus Chiis mittere naves*, quum tamen, ut nexus sententiarum docet, significent *instantibus Chiis, ut naves (sibi) mitterentur.* Quare scholiasta: *Ἐπειγομένων ἀντὶ τοῦ ἐπειγόντων.* Sed *ἐπάγεσθαι arcessere* non ponitur pro *ἐπάγειν adducere*, verum verba *ἐπαγομένων*

αὐτοὺς I, 3. a nonnullis male intellecta sunt. Vid. not. Καταδικάζεσθαι autem V, 49. Τὴν δίκην, ἣν Ἠλεῖοι κατεδικάσαντο αὐτῶν, multam, quum Elei (in suum commodum) iis irrogaverant, ne ab aliorum quidem scriptorum usu plane abhorret. Cf. Schneid. Lexic.

ξξ) Interdum etiam *medium ideo quod vis eius iam in addito pronomine reflexivo inest, pro activo positum videtur.* Non quidem I, 31. Ἐπεγράψαντο seu, ut libri habent, Ἐσεγράψαντο ἑαυτούς, ubi medium notat *inscribendum curare*, ideoque pronomen necessario additur. Sed I, 33. Ἢ κακῶσαι ἡμᾶς, ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι. III, 40. Τοῖς μὲν οὖν χαριεῖσθε, ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσεσθε. Nisi in hoc verbo (ut in simili κολάζειν) futurum medii activi vim habere putamus. VII, 5. Λίθους προπαραβάλλεσθαι (male vulgo προσπαραβάλλεσθαι) σφίσι. Ut ab aliis dicitur τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῖς πορίζεσθαι. Vid. Schaef. ad Dion. Hal. p. 88. Et Ὑπελείπετο ἕκαστος ἑαυτῷ ῥαστώνην dixit Demosth. de Cor. Τὸν κλῆρον ἐν σφίσι διῃρημένοι βόσκονται Lucian. D. M. V. Verum IV, 62. de more scriptum Τὴν εἰρήνην πῶς οὐ χρὴ καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ποιήσασθαι; nam cum εἰρήνην ποιῆσαι sit *pacem conciliare*, εἰρήνην ποιεῖσθαι autem *pacem facere*, medium etiam hic retinendum erat.

ηη) Quod ducit nos ad confusionem verborum ποιεῖν et ποιεῖσθαι omnino, quam saepius deprehendit Bauerus, sed plerumque male. Nam πόλεμον ποιεῖν I, 28. est *bellum excitare* (cf. I, 40.) et σπονδὰς ποιεῖν V, 76. *foedus efficere, conciliare*, zu Stande bringen, quo sensu etiam ξυνθήκας ποιεῖν intelligendum VIII, 36. Porro duces recte dicuntur μάχην ποιεῖν, at milites μάχην ποιεῖσθαι, quum illi auctores sint, ut pugna fiat. Sic IV, 91. Παγώνδας βουλόμενος τὴν μάχην ποιῆσαι. V, 59. Δύο ἄνδρες προσελθόντες Ἀγιδι διελεγέσθην μὴ ποιεῖν μάχην. Deinde viri in civitate principes vel etiam liber populus, qui concio-

nem convocant et instituunt, bene leguntur ἐκκλησίαν ποιεῖν. II, 22. Περικλῆς ἐκκλησίαν οὐκ ἐποίει αὐτῶν. Cf. IV, 118. 120. I, 139. Ποιήσαντες ἐκκλησίαν οἱ Ἀθηναῖοι γνώμας ἀρίστων αὐτοῖς προὐτίθεσαν. VI, 72. Συρακόσιοι ἐκκλησίαν ἐποίουν. Et quanquam dux pleramque ἐκκλησίαν ποιεῖ, milites autem ἐκκλησίαν ποιοῦνται, tamen VIII, 76., ubi de exercitu seditioso agitur, qui ducibus imperium abrogaturus erat, activum excusari potest. Add. VIII, 93. In quorum locorum nonnullis non multum intererat, ποιεῖν an ποιεῖσθαι diceretur. Ita quod Thucydides II, 34. medio significavit, οἱ Ἀθηναῖοι ταφὰς ἐποιήσαντο, apud Platonem Menex. c. 1. extr. dicitur ταφὰς ποιεῖν; nam illud proprie est idem quod θάπτειν, hoc quod nos dicimus, ein Begräbniss veranstalten, quae tandem ad idem redeunt. Non accurate igitur ad illum Platonis locum hac de re disputavit Gottleb. Neque magnopere iam haerebis in Ἦν Λακεδαιμόνιοι ξενηλασίας μὴ ποιῶσι I, 144. Sed minus excusationis admittit VI, 58. Μετὰ γὰρ ἀσπίδος καὶ δόρατος εἰώθεσαν τὰς πομπὰς (ita codd. pro προπομπὰς) ποιεῖν. Ubi Par. A. γρ. πέμπειν. Apud scholiastam denique Thucydidis ποιεῖν prorsus ita ut ποιεῖσθαι usurpatur: nam λῃστείαν ἐποίουν habet I, 5. et στρατείαν ἐποίουν I, 15. eo sensu, quem boni scriptores medio tribuunt.

θθ) Ἄρχεσθαι pro ἄρχειν legitur I, 144. Πολέμου οὐκ ἄρξομεν, ἀρχομένους δὲ ἀμυνούμεθα. Quod orationis commutationi datum videtur in loco ceteroquin non obscuro. Dionysius activo utitur p. 1366. Ἀρξάντων ἐκείνων παρασπονδεῖν ἀμύνεσθαι τοὺς ἄρξαντας.

ιι) Σπένδειν et σπένδεσθαι quum alibi semper ita discernat cum reliquis Graecis scriptor noster, ut illud significet *libare*, hoc *pactum facere* (quo posteriore sensu se apud nullum idoneum scriptorem activum legisse testatur Kusterus de verbis mediis I, 39.) semel tamen videtur hoc discrimen neglexisse. Nam IV, 98. scribitur

Σαφῶς τε ἐκέλευον σφίσιν εἰπεῖν, μὴ ἀπιοῦσιν ἐκ τῆς Βοιωτῶν γῆς — ἀλλὰ κατὰ τὰ πάτρια τοὺς νεκροὺς σπένδουσιν ἀναιρεῖσθαι. Ubi quum oratio etiam aliis de causis dura sit, coniicias legendum *σπεύδουσιν*, quod verbum etiam apud Xenophontem cum infinitivo iungitur. Pro vulgata tamen aliquantum facit locus III, 24. *Ἐσπένδοντο ἀναίρεσιν τοῖς νεκροῖς.*

κκ) *Futura medii pro futuris activi* praeter ea, quae vulgo nota sunt, non invenimus alia in Thucydide, nisi huc referri placet *Δικαιώσομαι*, de quo superius dictum. Notandum vero verbum *χωρεῖν*, cuius simplex quanquam in futuro medii ponitur (cf. Buttm. Gr. §. 100. 4. not. 8. etsi Dionysius Hal. *χωρήσω* dixit Antiq. p. 1565., sed idem *ἀκούσω* p. 980., *ἀπολαύσω* p. 1072., *σιωπήσω* p. 2171. al. Add. quae monuimus ad Xenoph. Cyrop. I, 4, 16. et *γελάσω* Luc. D. M. XXX, 7.) pleraque tamen eius composita activi futurum retinent. Ita *προχωρήσειν* exstat III, 4. et *ξυγχωρήσειν* I, 140., pro quo Buttmannus dicit in usu esse *ξυγχωρήσεσθαι*, quod alia significatione legitur IV, 64. *Προσχωρήσεσθαι* habes III, 13. VIII, 48., sed *προσχωρήσειν* II, 80. *ἀναχωρήσοντες* VII, 72.

dd) *Neutris cum praepositione ὑπό sensu passivo* omnes scriptores toties utuntur, ut e nostro talia seorsum annotare supervacaneum sit. Cognoscere ea qui cupiat, congesta inveniet in Indice, quem Thucydidis editioni subiungemus, *s. v. ὑπό.*

ee) Sed etiam *passivum et medium* eatenus permutantur, quatenus αα) passivo interdum uti licet pro medio. Quemadmodum enim, ubi subiectum simul obiectum actionis est, non ubique necessarium esse vidimus, ut is, ad quem spectet actio, diserte significetur, unde usus activi pro medio originem duxit, ita alibi nonnisi hoc desideratur, ut quis hoc vel illud passus esse dicatur, nihil autem refert, utrum ipse an alius eius rei auctor fuerit.

Quo factum est, ut medium non tantum in quibusdam formis passivo simile sit, sed etiam alias formas, quibus caret, si quando iis opus sit, ex passivo recipiat (ut I, 62. *Ἀγορὰν ἔξω τῆς πόλεως ἐπεποίηντο* et II, 78. *Πλαταιῆς παῖδας καὶ γυναῖκας ἐκπεπομισμένοι ἦσαν*, ubi plusquamperfecto si utendum erat, alia forma non aderat. Cf. VI, 36., ubi *καταλελυμένους* pro *καταλελυκότας* positum dicit scholiasta. Add. Thom. M. p. 503. sq. Fischer. ad Well. III, 2. p. 62. Matth. l. l. p. 683); denique interdum passivo prorsus cedat. Quod valet ad intelligendum locum I, 120. *Ἡμῶν δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις ἤδη ἐνηλλάγησαν, οὐχὶ διδαχῆς δέονται ὥστε φυλάξασθαι αὐτούς· τοὺς δὲ τὴν μεσόγειαν μᾶλλον καὶ μὴ ἐν πόρῳ κατῳκημένους εἰδέναι χρή, ὅτι* etc. Quo in loco Dionysius quidem p. 797. *ἐνηλλάγησαν* et *κατῳκημένους* pro activis dicta esse vult; sed posita potius sunt pro mediis, quod in *ἐνηλλάγησαν* apertum est, in *κατῳκημένους* autem inde intelligi potest, quod iam Herodotus pro *οἰκεῖν* dicit *οἰκεῖσθαι τὰς νήσους*, quasi *οἰκεῖσθαι* sit deponens.

ββ) *In mediis futurum tempus constat non raro passivam significationem habere.* Matth. p. 690. Buttm. §. 123, 5. E Thucydide exempla quaedam adscripsit Duk. ad II, 87. et VII, 25. Nos vero addimus *ἀδικήσομαι* V, 56. et VI, 87., *βλάψομαι* VI, 64. (quod schol. interpret. *βλαβήσομαι*. cf. I, 81.), *ἐάσομαι* I, 142., *ἐλασσώσομαι* VII, 25., *ζημιώσομαι* III, 40., *οἰκήσομαι* VII, 67., *πολεμήσομαι* I, 68. III, 45., *προσάξομαι* IV, 105., *στερήσομαι* III, 2., *ταράξομαι* VII, 36., *τηρήσομαι* IV, 30., *τρίψομαι* VI, 18. Sed *κρατήσεσθαι* IV, 9. optimi libri mutari iubent in *κρατηθήσεσθαι*.

Cap. XVI. d) De Ellipsi et Pleonasmo, item Periphrasi et Verbositate. Subiiciuntur nonnulla de Hebraeorum linguae imitatione, quam in Thucydide deprehendisse sibi visi sunt nonnulli.

Haec de verborum generibus dicta sunto, atque ita absolvimus quaestionem de orationis partium earumque generum et attributorum permutatione. Iam verò subiiciendus locus de ellipsi et pleonasmo, qui per omnem linguam Graecam latissime patet. Etenim si aliud quicquam persuadere nobis potest, accurate in omnibus servare Thucydidem indolem Graecae linguae, haec persuasio prodeat necesse est ex hac contemplatione usus ellipseos atque pleonasmi apud hunc scriptorem. Quem brevitatis studiosissimum esse quum et inter omnes constet, et infra declaratum sit, et vocabula libenter supplenda reliquisse et omnibus superfluis diligenter abstinuisse credideris.

a) Ellipsis.

Atqui ellipsin si dicis cum Hermanno talem omissionem, qua aliquid ad sententiae integritatem quidem deest, sed ita, ut ex grammaticis legibus tamen oratio pro integra habeatur, ideoque secernis ab ea et structuram ἀπὸ κοινοῦ (quae verba e praecedentibus vel sequentibus repetit, et infra considerabitur) et aposiopesin; et paucissima in Thucydide omissa invenies, quae non aliorum scriptorum exemplis stabilias, et quae subaudiuntur per ellipsin, non saepius quam apud alios scriptores apud eum deesse animadvertes. Cui iudicio repugnant quidem innumerae ellipses a scholiastis et aliis interpretibus confictae atque interdum satis speciosae (ut omissio partic. ἤ I, 33., ubi vid. not., atque μᾶλλον ante comparativum VII, 49., ubi vid. Duk. cl. Herm. ad Vig. p. 884. sq.; item coniunctionis ὅτι, de qua vide

sub Oratione variata); sed eas omnes ut refutemus, non possumus in animum inducere; cui lubet, examinet eas ipse ope Indicis ad scholia in edit. Duk. vel Lips. Veras autem ellipses, quae Thucydidis propriae existimentur, invenimus tantum has: ellipsin nominis τόπος in verbis ἐς τὸν κατὰ τὸ Ὀλυμπίειον VI, 65., quae tamen cum Dukero veremur ut genuina sint (vid. ibi not.); item nominis ἀγροί in vv. Ὁπόσα ἢ χωρία ἢ ὁμόρους Ἀμφιλόχων ἔχουσι, in quibus ὁμήρους scribendum esse suspicati sumus (vid. not.). Tum difficiliorem locum IV, 65. Τὸ ξύμπαν τε δὴ γνῶμεν, πειθόμενοι μὲν ἡμοὶ, πόλιν ἔξοντες ἕκαστος ἐλευθέραν, ἀφ' ἧς, αὐτοκράτορες ὄντες, τὸν ἐὺ καὶ κακῶς δρῶντα ἐξ ἴσου ἀρετῇ ἀμυνούμεθα· ἢν δὲ ἀπιστήσαντες ἄλλοις ὑπακούσωμεν, οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα, ἀλλὰ, καὶ ἄγαν εἰ τύχοιμεν, φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις, διάφοροι δὲ οἷς οὐ χρὴ, κατ' ἀνάγκην γιγνοίμεθα. Scholiastes: Οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα] λείπει τὸ, ὁ ἀγὼν ἡμῖν ἔσται. Etenim Thucydides hoc et verbum μάχεσθαι atque similia toties cum praepositione περί coniunxit, ut hic, ubi mox sequitur, διάφοροι γιγνόμεθα, subaudire ausus esse videatur. Heilmannus tamen potius λόγος ἔσται supplendum vel etiam περὶ τό (ex γίγνεσθαι περί τι, occupari aliqua re) scribendum putat. Aliquo modo similis locus III, 45. Ἀδοκήτως γὰρ ἔστιν ὅτε παρισταμένη (ἡ τύχη) καὶ ἐκ τῶν ὑποδεεστέρων κινδυνεύειν τινὰ προάγει, καὶ οὐχ ἧσσον τὰς πόλεις, ὅσῳ περὶ τῶν μεγίστων, ἐλευθερίας ἢ ἄλλων ἀρχῆς· quanquam ibi facilius ἀπὸ κοινοῦ repetas κινδυνεύουσι.

Pertinet huc etiam *suppressio articuli*, quam interdum ibi deprehendas, ubi ex vernaculi sermonis atque etiam aliorum Graecorum scriptorum consuetudine non exspectetur. Sed ex his locis nonnulli male intellecti sunt: in aliis Graece articulum et addere et omittere licet: denique cogites, quam facile a librariis in his minutis rebus peccari potuerit. Loci autem ipsi hi sunt.

Primum ubi substantivum adiectivo praemissum articulum habet, is ante adiectivum aliquoties non repetitus videtur, quemadmodum postulat lingua Graeca. VIII, 16. *Ὡς ἑώρα τὰς ναῦς πολλὰς τὰς ἀπὸ τῆς Χίου.* Sed ibi *πολλάς* ad *ἑώρα* referendum, *ὡς ἑώρα πολλὰς* (*οὔσας*) *τὰς ναῦς τὰς ἀπὸ τῆς Χίου.* Ita etiam VIII, 6. *Ὅθεν καὶ τοὔνομα Λακωνικὸν ἡ οἰκία αὐτῶν ἔσχεν*, i. e. *τοὔνομα ἔσχεν Λακωνικὸν* (*ὄνομα*). Compara modo Gallicam lingnam (*il a les cheveux rouges*) et similia, quae nos monuimus ad Lucian. Dial. Deor. VIII., et quae paulo post de articulo post pronomina demonstrativa omisso dicentur. Magis mirum, sicubi adiectivum pro substantivo positum articulo caret, IV, 31. *Ἐν ταύτῃ μὲν τῇ πρώτῃ φυλακῇ ὡς τριάκοντα ἦσαν ὁπλῖται, μέσον δὲ καὶ ὁμαλώτατόν τε καὶ περὶ τὸ ὕδωρ οἱ πλεῖστοι αὐτῶν καὶ Ἐπιτάδας ὁ ἄρχων εἶχε.* Similibus in locis II, 81. et IV, 96, ubi editiones articulum addunt, codices eum proscribunt. Ante *δεξιὸν κέρας* deest VI, 67. Diversi generis sunt verba I, 10. *Λακεδαιμονίων γὰρ εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη, λειφθείη δὲ τά τε ἱερὰ καὶ τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη, πολλὴν ἂν οἶμαι ἀπιστίαν τῆς δυνάμεως προελθόντος πολλοῦ χρόνου τοῖς ἔπειτα πρὸς τὸ πλέος αὐτῶν εἶναι· καίτοι Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο [μοίρας] νέμονται, τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται· ὅμως δὲ, οὔτε ξυνοικισθείσης πόλεως οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένης, — φαίνοιτ' ἂν ὑποδεεστέρα.* Ubi Stephano *ξυνοικισθείσης τῆς πόλεως* scribendum videbatur. cf. not. Rursus VIII, 67. codices *Ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω πόλεως*, sed editiones articulum addunt. I, 125. *Ἐπειδὴ ἀφ' ἁπάντων ἤκουσαν γνώμην.* Ante nomen patris I, 24. *Οἰκιστὴς δ' ἐγένετο Φάλιος Ἐρατωνείδου.* Sic II, 67. in verbis *Παρατυχόντες δὲ Ἀθηναίων πρέσβεις Λέαρχος ὁ Καλλιμάχου καὶ Ἀμεινιάδης ὁ Φιλήμονος* optimi codices articulum *ὁ* bis omittunt. Causa omissionis manifesta IV, 119., ubi tot nomina propria deinceps posita sunt, ut articulus toties repetitus aures laederet. In ceteris Thu-

cydidis locis articulus ante nomen patris additus legitur. Disputarunt de usu eius in his formulis nonnulla Schaeferus ad Lamb. Bos. p. 507. et Herm. ad Vig. p. 701., sed ita, ut rem nondum dubitationibus liberasse videantur. Omittitur etiam a Thucydide sublimioris sermonis exemplum secuto articulus ante substantiva pronominibus demonstrativis ὅδε et οὗτος instructa, non solum ubi substantivum ad praedicatum proxime pertinet, et nos pronomen in neutro ponimus, Graeci autem et Latini substantivo accommodant (I, 55. *Αἰτία αὕτη πρώτη ἐγένετο τοῦ πολέμου τοῖς Κορινθίοις ἐς τοὺς Ἀθηναίους*: alia exempla qui desiderat, inveniet I, 1. 2. 50. 146. II, 9. 31. al.) aut in sententiis contractis, quae ad eandem normam explicari possunt (I, 98. *Πρώτη τε αὕτη πόλις ξυμμαχὶς παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐδουλώθη*, i. e. *αὕτη ἐγένετο πρώτη πόλις ἣ ἐδουλώθη*, et II, 91. *Πόλεις ἑκάτεροι τάσδ' ἔχοντες ξυμμάχους ἐς τὸν πόλεμον καθίσταντο*), sed etiam in sensu demonstrativo (ubi familiaris sermo ῑ paragog. addit, quod in orationibus evitat Thucydides), plerumque quidem cum nominibus propriis (I, 57. *Κερκυραίων τῶνδε οὐ μόνον περὶ τοῦ δέξασθαι σφᾶς τὸν λόγον ποιησαμένων*: add. c. 43. 53. Plat. Apol. Soor. 22. Luc. Dial. Deor.), sed etiam sine his (II, 74. *Ἐπὶ γῆν τήνδε ἤλθομεν*, ubi Cl. *τὴν γῆν*). Verum IV, 74. fin. post *αὕτη* articulus excidisse videtur. Cf. cum his Reisig. Coniectt. in Aristoph. I. p. 178. Quum duo nomina disiunguntur et opponuntur, vel ad diversum genus pertinent, articulus proprie repetendus est, ut fit etiam in lingua vernacula et Gallica apud diligentiores scriptores. Nihilominus Thucydides scripsit V, 75. *Τούς τε πρεσβυτέρους καὶ νεωτέρους*, (sed II, 13. *ἀπό τε τῶν πρεσβυτάτων καὶ τῶν νεωτάτων*, quanquam etiam ibi Reg. om. articulum) VII, 14. *Τά τε ὄντα καὶ ἀπαναλισκόμενα*, unde etiam IV, 9. in vv. *Τοὺς πολλοὺς τῶν τε ἀόπλων καὶ ὡπλισμένων* non est cur cum Gr. *τῶν* repetamus, et I, 141. in vv. *Ἥ τε*

μεγίστη καὶ ἡ ἐλαχίστη δικαίωσις alter articulus cum optimis libris potest omitti. VII, 7. Αἵ τε τῶν Κορινθίων νῆες καὶ Ἀμπρακιωτῶν καὶ Λευκαδίων. VIII, 16. Ὁ πεζὸς καὶ ὁ Κλαζομενίων καὶ Ἐρυθραίων. I, 54. Τά τε ναυάγια καὶ νεκροὺς ἀνείλοντο, ubi tamen τούς ut addatur, suadet locus, ubi eadem verba addito τούς repetuntur, VII, 72.

β) Pleonasmus.

Ellipsi oppositus *pleonasmus*, „qui adiectione continetur vocabuli prorsus abundantis, id est, plane nihil significantis," (Herm.) a Thucydide, brevitatis amante, ut iam supra diximus, plane abhorrere alicui videatur, et tamen non infrequens est apud eum. Nam fere omnia pleonasmorum genera, quae e familiari sermone receperunt alii scriptores Graeci, etiam ille usurpat. Quod paulo plenius demonstrare placet, ut viri docti tandem desinant breviloquentiam Thucydidis in iis rebus quaerere, in quibus non inest, atque multos locos immerito vitii suspectos habere. Abundant autem tum integra vocabula tum solum pars eorum.

aa) Pleonasmus integrorum vocabulorum.

Is cernitur potissimum in vocabulis ἐκ παραλλήλου positis atque omnino eandem notionem bis exprimentibus. Quae quidem ad particulas repetitionem, tempus atque locum significantes maxime pertinent, quas quemadmodum alii scriptores Graeci ita Thucydides ἐκ παραλλήλου ponit non raro. Πάλιν ἐπαναχωρεῖν I, 63. cf. IV, 97., ἀναλαμβάνειν πάλιν IV, 75. Εὐθὺς κατὰ τάχος VI, 101., τότε δὴ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον I, 58. II, 84., ἔπειτα ὕστερον II, 9. V, 61. (ἔπειτα μετὰ τοῦτο Plat. Euthyphr. 1.), μετὰ τὴν μάχην ὕστερον III, 5., πρὸ τῶν Τρωϊκῶν πρότερον I, 3., προκατηγορίας προγεγενημένης III, 53., προπέμπειν πρότερον I, 29., προγράφειν πρῶτον I, 23., ubi vid. Steph.

ut Abresch. ad V, 24. et nos ad Xenoph. Cyrop. III, 1, 19. Ita etiam alia adverbia et coniunctiones usurpantur. *Τάχ' ἂν ἴσως* VI, 78. *Μέντοι ὅμως (veruntamen)* VIII, 66. Sed offensioni est *καθόσον εἰ* VI, 88., cui non plane simile *καθότι εἰ* V, 76. Ex praepositionibus huc pertinet solum *ἀπὸ βοῆς ἕνεκα* VIII, 92. a multis iam commemoratum (vid. Wyttenb. Ecll. historr. p. 414. et p. 456.) et *ἐς* praefixum numeris pronomen *τίς* iam additum habentibus, *ἐς διακοσίους τινὰς ἀπέκτεινε* VII, 21. (Postremum comparari potest cum *σχεδὸν περὶ ἐνενήκοντα* Xenoph. Hist. Gr. VI, 2, 38., neque multum differt *ἔνιοί τινες* Plutarch. Demosth. c. 4., et quod infra e Thucydide proferetur *τινὲς οὐ πολλοί.*) Verum etiam in nominibus eadem notio iteratur. I, 138. Themistocles praedicatur fuisse *τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής.* II, 90. Peloponnesii vident adversarios *κατὰ μίαν ἐπὶ κέρως παραπλέοντας*, III, 68. Plataeae narrantur eversae esse *ἐς ἔδαφος ἐκ τῶν θεμελίων.* Sed locus V, 82. *Ἐλθόντων πρέσβεων ἀπό τε τῶν ἐν τῇ πόλει ἀγγέλων καὶ τῶν ἔξω Ἀργείων* non potest genuinus haberi. Alia ex confusione duarum locutionum explicanda sunt, ut verba III, 26. *Τὰς ἐς τὴν Μιτυλήνην δύο καὶ τεσσαράκοντα ναῦς ἀπέστειλαν ἔχοντα Ἀλκίδαν*, de quibus vid. not. Ita etiam *ὅτι* ante participium, IV, 37. *Γνοὺς ὁ Κλέων καὶ ὁ Δημοσθένης ὅτι διαφθαρησομένους αὐτοὺς ὑπὸ τῆς σφετέρας στρατιᾶς.* Cf. Xenoph. Cyr. II, 3, 3. V, 2, 24. Luc. D. D. VII. et Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 115. Item quum *ἤ* post comparativum ante Genitivum redundat, cuius tamen loquendi usus, quanquam per se exemplis satis confirmati a Koenio ad Gregor. Cor. p. 89. atque pluribus aliis viris doctis, quos laudavit Herm. ad Vig. p. 787., e Thucydide perspicua exempla afferri non possunt, quum locus II, 13. dubius atque alii VII, 77. et VIII, 5. male intellecti sint. De *ὥστε* ante infinitivum posito post verba, quae alias cum solo infinitivo iun-

guntur, dictum supra cap. XII. dd. δδ. Omittimus autem καί et ἄν ita repetita, ut in vernaculo sermone semel tantum reddi possint; quod ubi fit, et notum est, et ab eo, qui e Thucydide exempla desiderat, ex Indice cognosci poterit. Idem valet de μή et οὔ, sicubi redundare visa sunt. De αὐτός autem cap. X. sub Dativo expositum. Neque commemoramus vocabula post parenthesin vel ob perspicuitatem vel aliam causam rhetoricam potius quam grammaticam repetita, quanquam haec eo, quod non plane eadem verbi forma repetita est, interdum obscuritatem quandam efficiunt: ut in loco saepe male intellecto V, 22. *Οἱ Λακεδαιμόνιοι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο, νομίζοντες, ἥκιστα ἂν σφίσι τούς τε Ἀργείους, ἐπειδὴ οὐκ ἤθελον — ἐπισπένδεσθαι, νομίσαντες αὐτοὺς ἄνευ Ἀθηναίων οὐ δεινοὺς εἶναι, καί* etc.; atque e particulis οὖν VIII, 56. satis mire positum, quemadmodum idem semel IV, 104. etiam in μὲν οὖν videtur supervacaneum esse. Sed *articulum* non licet praeterire, qui in locis non ita paucis Thucydidi omittendus fuisse videtur. Cogitandum tamen, ex his locis plures etiam talem admittere explicationem, ex qua articulus bene potest usurpari, atque Graecis et Germanis non omnibus in rebus aequalem esse articuli usum. Itaque non haerebimus in verbis I, 143. *Καὶ ἐπὶ τῷ κινδύνῳ οὐδεὶς ἂν δέξαιτο τῶν ξένων τὴν τε αὐτοῦ φεύγειν, καὶ μετὰ τῆς ἥσσονος ἅμα ἐλπίδος ὀλίγων ἡμερῶν ἕνεκα μεγάλου μισθοῦ δόσεως ἐκείνοις ξυναγωνίζεσθαι,* in quibus quoniam de ea spe agitur, quam afferebant Peloponnesii, articulus ad ἐλπίδος recte addi potuisse videtur, atque etiam a vernaculo interprete Iacobio usurpatus est. II, 81. *Καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες τεταγμένοι τε προσῇεσαν, καὶ διὰ φυλακῆς ἔχοντες, ἕως ἐστρατοπεδεύσαντο ἐν ἐπιτηδείῳ· οἱ δὲ Χάονες σφίσι τε αὐτοῖς πιστεύοντες, καὶ ἀξιούμενοι ὑπὸ τῶν ἐκείνῃ ἠπειρωτῶν μαχιμώτατοι εἶναι, οὔτ' ἐπέσχον τὸ στρατόπεδον καταλαβεῖν.* Schol.: *Τὸ τό περιττὸν κεῖται.* Putares eadem castra, quae Graeci posuerant, significari, nisi

ex verbis, quae infra sequuntur, *Τῶν δὲ Ἑλληνικῶν στρατοπέδων οὐδέτερον ἤσθετο τῆς μάχης, διὰ τὸ πολὺ προελθεῖν αὐτοὺς, καὶ στρατόπεδον οἰηθῆναι καταληψομένους ἐπείγεσθαι*, pateret, cuique trium exercitus partium sua castra destinata fuisse. Sed haec ipsa notio, *sua castra, castra, quae locare iussi erant*, fortassis articulo innuitur. Eodemque modo intelligi possunt verba VI, 51. *Ἐπειδὴ ἀφίκοντο, κατεσκευάζοντο τὸ στρατόπεδον.* I, 12. *Στάσεις ἐν ταῖς πόλεσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐγίγνοντο, ἀφ' ὧν ἐκπίπτοντες τὰς πόλεις ἔκτιζον* (claras illas urbes, quas inde novimus exstitisse). IV, 26. *Παντί τε τρόπῳ ἑκάτεροι ἐτεχνῶντο, οἱ μὲν ἐσπέμπειν* (Sphacteriam) *τὰ σιτία* malis quidem generatim alimenta commemorari, scriptor tamen cogitavit de iis ciborum generibus, quae antea commemorata sunt. Concinnitatem quidem laedit, sed caeterum haud alienus articulus VI, 12. *Νεωστὶ ἀπὸ νόσου μεγάλης καὶ πολέμου βραχύ τι λελωφήκαμεν, ὥστε καὶ χρήμασί καὶ τοῖς σώμασιν ηὐξῆσθαι.* Ita Herodes p. 33. Reisk. III, 74. *Βάλλουσαι ἀπὸ τῶν οἰκιῶν τῷ κεράμῳ.* Simili in loco II, 4. articulus deest, qui rursus additur IV, 48. Significat enim *iis tegulis, quae forte aderant.* Sequuntur loci, in quibus articulus vere abundare videtur. VII, 75. *Μέγιστον γὰρ δὴ τὸ διάφορον τοῦτο τῷ Ἑλληνικῷ στρατεύματι ἐγένετο.* Scholiastes: *Οὐκ ἀπιθάνως περιαιροῦσι τὸ ἄρθρον ἐκ τοῦ, τῷ Ἑλληνικῷ στρατεύματι ἐγένετο, ὡς οὐδενὸς Ἑλληνικοῦ στρατεύματος ἐν τοσαύτῃ μεταβολῇ γεγονότος.* VIII, 75. *Ὅ τε Θρασύβουλος ὁ τοῦ Λύκου καὶ Θράσυλλος*, quum nomen proprium appositionem additam habens plerumque articulo careat. Maxime vero ante numeros articulus (etiam apud alios scriptores, ut apud Xenophontem, vid. Ind. syntact. ad Cyrop.) ita accedit, ut, quaenam eius vis sit, haud facile sentiatur. I, 116. *Ἀθηναῖοι δὲ ὡς ἤσθοντο, πλεύσαντες ναυσὶν ἑξήκοντα ἐπὶ Σάμου, ταῖς μὲν ἑκκαίδεκα τῶν νεῶν οὐκ ἐχρήσαντο.* VII, 22. *Αἱ δὲ τριήρεις τῶν Συρακουσίων ἅμα καὶ ἀπὸ ξυνθήματος πέντε μὲν καὶ τριάκοντα ἐκ τοῦ μεγάλου λιμένος ἐπέπλεον, αἱ δὲ*

πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἐκ τοῦ ἐλάσσονος. VIII, 39. Πλέουσαι οὖν αἱ νῆες ἀπὸ Μαλέας πελάγιαι Μήλῳ προσέβαλον, καὶ περιτυχόντες ναυσὶ δέκα Ἀθηναίων, τὰς τρεῖς λαμβάνουσι κενάς. Nisi haec cum Abreschio interpreteris: *eas tres, quae erant vacuae.* Etiam ubi adiectivum, genitivus et alia, quae adiectivi vim habent, substantivo anteposita sunt, inter ea atque substantivum interdum repetit articulum Thucydides. Exempla nonnulla suppeditare potest Matthiae p. 585. Adde Πρὸς τὸ μάχιμον αὐτῶν τὸ ὁπλιτικόν VI, 23., quod tamen per appositionem explicari potest. VIII, 90. Ἐς αὐτὸν τὸν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ λιμένος τὸν ἕτερον πύργον. VIII, 64. Ἐς τἄλλα τὰ ὑπήκοα χωρία. Etiam *praepositiones* quaedam nonnunquam ibi adduntur, ubi vulgaris sermo solis nominum casibus uti solet. II, 39. Τῷ ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν εὐψύχῳ, virtuti a nobis, i. e. nostraemet, τῇ ἡμετέρᾳ. Ita προθυμία ἀπὸ τῶν ναυτῶν VII, 70., οἴκτου ἀπ' αὐτῶν ἀξιώτεροι ἐσμεν. Quae omnia, si participium omissum cogitatur, apparet etiam per ellipsin explicari posse. III, 37. Ἀπιστοῦντες τῇ ἐξ αὐτῶν ξυνέσει, si haec scriptura genuina, neque τῇ ἑαυτῶν legendum. II, 41. Δοκεῖν ἄν μοι τὸν αὐτὸν ἄνδρα παρ' ἡμῶν ἐπὶ πλεῖστ' ἂν εἶδη καὶ μετὰ χαρίτων μάλιστ' ἂν εὐτραπέλως τὸ σῶμα αὔταρκες παρέχεσθαι. Sed ibi παρ' ἡμῶν fortassis valet *apud nos.* Utraque explicandi ratio etiam V, 115., Εἴ τις βούλεται παρὰ σφῶν Ἀθηναίους λητίζεσθαι, iniri potest.

Ad pleonasmum integrorum vocabulorum non quidem plane pertinet, sed tamen cum eo cohaeret *periphrasis seu circumscriptio*, quo praeter notos quosdam usus articuli et coniunctiones duorum nominum, ut τῆς ξυμφορᾶς τῷ ἀποβάντι, quod non tam pro uno ξυμφορᾷ quam potius pro τῇ ἀποβάσῃ ξυμφορᾷ II, 87. positum est, referenda potissimum verba quaedam cum infinitivo vel participio iuncta. Παραγίγνεσθαι. I, 33. Ὀλίγοι οἷς ἐπικαλοῦνται ἀσφάλειαν καὶ κόσμον οὐχ ἧσσον διδόντες ἢ ληψόμενοι παραγίγνονται. Περιγίγνεσθαι. II, 39. Περιγίγνεται

ἡμῖν τοῖς μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν. Simplex γίγνεσθαι III, 68., ἀποτετραμμένοι ἐγένοντο. Εἶναι. III, 68. Εἴ τι — ἀγαθὸν ἐν τῷ πολέμῳ δεδρακότες εἰσίν, quum supra in eadem prorsus sententia legatur πεποιήκαμεν III, 54. πεπόνθασιν c. 68. init. III, 97. Βεβοηθηκότες γὰρ ἤδη ἦσαν ἐπὶ τὸ Αἰγίτιον. I, 67. Ὅτι σπονδάς τε λελυκότες εἶεν καὶ ἀδικοῖεν τὴν Πελοπόννησον. II, 6. Ἤγγέλθη αὐτοῖς, ὅτι τεθνηκότες εἶεν. II, 12. Ἦν γὰρ Περικλέους γνώμη πρότερον νενικυῖα (nisi hoc valet, *erat Periclis sententia, quae prius obtinuerat*). I, 138. Ἦν γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς βεβαιότατα δὴ φύσεως ἰσχὺν δηλώσας καὶ — ἄξιος θαυμάσαι. III, 2. Ἃ μετεκεμπόμενοι ἦσαν (quanquam hoc gravius est quam simplex μετεπέμποντο, *quibus advehendis occupati erant*). I, 38. Εἰ τοῖς πλέοσιν ἀρέσκοντές ἐσμεν. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 814. Multa horum Anglico sermone plane imitari licet. Ξυμβαίνειν et Ξυμφέρεσθαι, plerumque sane ubi fortuiti quaedam notio simul indicatur, II, 8. Εἴ τι τοιουτότροπον ξυνέβη γενέσθαι, I, 23. Παθήματα ξυννενέχθη γενέσθαι ἐν αὐτῷ (τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ), οἷα οὐκ ἕτεροι ἐν ἴσῳ χρόνῳ· sed tamen etiam sine hac, ut I, 1. Ἐκ τεκμηρίων, ὧν ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντι πιστεῦσαί μοι ξυμβαίνει, V, 73. Ξυνέβη, τὸν Ἄγιν, ὡς ᾤσθετο τὸ εὐώνυμον σφῶν πονοῦν, παραγγεῖλαι παντὶ τῷ στρατεύματι χωρῆσαι ἐπὶ τὸ νικώμενον, et ita saepius.

bb) Pleonasmus partis vocabulorum.

Saepe vero non tota vocabula, sed tantum pars eorum redundat, ita ut notio ea, quae modum, conditionem etc. denotat, et vocabulum accuratius definit, cogitari non debeat, sed ei latius patens substituenda sit. IV, 17. Τοὺς λόγους μακροτέρους οὐ μηκυνοῦμεν, i. e. ποιήσομεν. III, 6. Ναύσταθμον (receptaculum) πλοίων καὶ ἀγορᾶς. Ὑποτελεῖς φόρου I, 19. et saepius. Προλοχίζειν ἐνέδραις II, 81. Nonnulla exempla, quanquam non omnia vera, sup-

peditare etiam potest Bauer. Philol. p. 218. Huc etiam pertinet, si in verbo cum praepositione composito praepositio illa vim suam amittit. Exempla multa suppeditant Bauerus aliique, e quibus tantum certiora nonnulla apponamus. *Ἀνά* in *ἀναδιδάσκειν* I, 32. III, 97. Cf. Duk. ad VIII, 86., *ἀναπείθειν* I, 140., *ἀντιπολέμιος* III, 90. *Ἀπό* in *ἀποχρῆσθαι* I, 68. VI, 17. VII, 42. *Διά* in *διαμαρτάνειν* VII, 44. (simplex eodem sensu III, 98.). *Ἐν* in vv. *οὐκ ἐνδώσομεν οὐδενὶ πρόφασιν καλῷ γενέσθαι* II, 87. *Ἐπί* in *ἐπιδιώκειν* II, 79., *ἐπικαταβαίνειν* IV, 11. *Κατά* in *καταπροδοῦναι* III, 63. IV, 10., *καταδεῖν* IV, 57., *καταδιώκειν* I, 49., *καθορᾶν* aliisque. *Περί* in *περίλοιπος* I, 74. *Πρό* in *προλιπεῖν* ib. et II, 87. *Σύν* in *ξυνοικίζειν* III, 93., quanquam hoc Portus interpretatur *a colonis undique coactis condi*, *ξυνδιασώζειν* IV, 62. al. Saepe vero etiam in his compositis verbis pleonasmum invenerunt, ubi nullus est. Atque ita etiam alia sunt, quae primo adspectu redundare videntur, sed tamen idoneam admittunt explicationem. Sic II, 37. *Οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν, ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν, κεκώλυται* Bauerus vere monet pleonasmi speciem in *δέ* evanescere, si *κατὰ πενίαν* pro *πένης μὲν ὤν* positum cogitamus. Plane necessarium etiam *λόγῳ* in verbis *Ὅσα λόγῳ εἶπον ἕκαστοι* I, 22., ubi non de iis, quae quocunque modo, sed quae iustis orationibus dicta sunt, agitur, atque *τὰ ἔργα τῶν πραχθέντων*, Thatsachen, opponuntur.

De Verbositate.

Sed pleonasmo similis, ut circumscriptio, quam supra contemplati sumus, ita *verbositas*, quae ad verborum illustrationem vel explicationem fere aliquid confert. Ea vero quanquam non plane eius loci est, qui grammatices, sed qui rhetorices praecepta examinat, tamen hic statim contemplanda videbatur, ut, quae brevitatem

Thucydidis sermonis, quae vulgo nimis late patere existimatur, finibus quibusdam includant, hic statim omnia comprehendantur. Verbositatis igitur exempla haec sunt. III, 36. *Ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ὁρμήσας ὥστε μὴ ἰδεῖν ἐκείνους.* I, 15. *Ἐκδήμους στρατείας ἀπο τῆς ἑαυτῶν*, si scriptura genuina. vid. not. I, 138. *Βασιλέως προσήκοντές τινες καὶ ξυγγενεῖς*, nisi ibi quaedam cognatorum genera distingui putas. II, 16. *Ἐν τοῖς ἀγροῖς — πανοικησίᾳ γενόμενοί τε καὶ οἰκήσαντες*, nisi ibi *γενόμενοι* est *nati*. III, 11. *Ὑποχειρίους ἔχοντες τοὺς πλείους, ἡμῖν δὲ ἀπὸ τοῦ ἴσου ὁμιλοῦντες, χαλεπώτερον εἰκότως ἔμελλον οἴσειν, καὶ πρὸς τὸ πλεῖον ἤδη εἶκον τοῦ ἡμετέρου ἔτι μόνου ἀντισουμένου.* III, 61. *Ἐποιήσαντο — ἅμα οὐδὲ ἠτιασμένων πολλὴν τὴν ἀπολογίαν καὶ ἔπαινον ἂν οὐδεὶς ἐμέμψατο.* I, 1. *Θουκυδίδης ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους*, ubi vid. not. II, 48. *Τὰς αἰτίας, ἅστινας νομίζει τοσαύτης μεταβολῆς ἱκανὰς εἶναι δύναμιν ἐς τὸ μεταστῆσαι σχεῖν*, quae verba saepe quidem, sed frustra, tentarunt viri docti. Maxime in foederibus ad rem eo gravius inculcandam talis verbositas reperitur. V, 47. *Τρόπῳ ὁποίῳ ἂν δύνωνται ἰσχυροτάτῳ κατὰ τὸ δυνατόν.* Cf. c. 23. et ibi not. Frequentius etiam eadem sententia bis, semel affirmando et semel negando, contrarium significatur. VII, 44. *Μέγιστον δὲ καὶ οὐχ ἥκιστα ἔβλαψε καὶ ὁ παιωνισμός.* 49. *Ὅτι τάχιστα καὶ μὴ μέλλειν ἐξανίσασθαι.* 85. *Πλεῖστος φόβος οὗτος καὶ οὐδενὸς ἐλάσσων.* III, 43. *Εὖ ποιῆσαι ἐκ τοῦ προφανοῦς μὴ ἐξαπατήσαντα.* VI, 87. *Οὐκ ἄκλητοι, παρακληθέντες δέ.* Cf. III, 63. V, 86. al. Valcken. ad Herodot. p. 206. 252. Tale etiam *τινὲς οὐ πολλοί* VI, 94. Tum quemadmodum Homerus aliique poetae partem corporis, qua quid agitur, nominare solent, *ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, ποσὶ νίσσεσθαι*, ita Thucydides non quidem easdem, sed certe alia quaedam addit, *καθορᾶσθαι τῇ ὄψει* III, 102. (ubi tamen, etiamsi corporis magnitudinem, certe non vultum conspici potuisse, illud additamentum denotare potest) *τὴν πόλιν περιλιμνάζων ἄπορον ποιεῖ ὑπὸ τοῦ ὕδατος στρα-*

νεύειν II, 102. Propius etiam ad Homeri sermonem accedit, si pronominibus explicandi causa subiiciuntur nomina propria, de quibus illa dicta sunt. I, 144. *Ὅταν κἀκεῖνοι ταῖς ἑαυτῶν ἀποδῶσι πόλεσιν, μὴ σφίσι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιτηδείως αὐτονομεῖσθαι.* IV, 114. *Οὐδ' ἂν, σφῶν πειρασαμένους αὐτοὺς τῶν Λακεδαιμονίων, δοκεῖν ἧσσον — εὔνους ἂν σφίσι γενέσθαι.* Cf. V, 65. VIII, 46. VIII, 44. *Οἱ δὲ χρήματα μὲν ἐξέλεξαν ἐς δύο καὶ τριάκοντα τάλαντα οἱ Πελοποννήσιοι παρὰ τῶν Ῥοδίων.* VII, 4. *Καὶ οἱ μὲν ᾤχοντο φέροντες, οὓς ἀπέστειλε, τὰ γράμματα.* Add. libell. philoll. f. 2. p. 113. Eiusdem generis *ἐκ τοῦ Ἄργους αὐτόθεν* V, 83. Cf. II, 25. Schaef. ad Theocr. XXV, 170. et ad Longum p. 371.

Pertinent multa ex his ad *epexegesin*, quam dicunt, quae etiam aliis multis modis a Thucydide usurpatur, et interdum rursus cum ellipsi vel coniungitur, ut in locis cap. X. p. 133., vel videtur certe coniungi, ut quum *γάρ* desideratur II, 60. VI, 11., de qua re vide nos ad Xenoph. Cyrop. I, 6, 19. Alia expexegeseos exempla, ut V, 6. *Κατεφαίνετο πάντα αὐτόθεν, ὥστε οὐκ ἂν ἔλαθεν αὐτόθεν ὁρμώμενος ὁ Κλέων τῷ στρατῷ ὅπερ προσεδέχετο ποιήσειν αὐτὸν, ἐπὶ τὴν Ἀμφίπολιν, ὑπεριδόντα σφῶν τὸ πλῆθος, τῇ παρούσῃ στρατιᾷ ἀναβήσεσθαι*, ab ellipsi et pleonasmo nimis recedunt, quam quae hic contemplemur.

Itaque omittimus iam omnem hunc locum, quem pariter atque ea, quae prius de partibus orationis dicta sunt, Tu, Lector benevole atque diligens, recordaris ideo proposita esse, ut verborum structuras a Thucydide usurpatas Grammaticae quum universae tum maxime Graecae consentire intelligeremus. Itaque non aliena hic erit quaestio, an in hoc scriptore reperiantur vocabulorum vel consociationes vel etiam significationes, quae peregrinae linguae indolem referant. Ubi tamen apparet caute versandum esse, ne, quod plurium linguarum communè

est, unius proprium putemus, atque ex hac illarum loquendi usum repetamus, quum tamen facile populi a se invicem separati sermonem suum in nonnullis simili modo excolere potuerint. Quae quum non satis reputarent quidam priorum temporum viri docti, qui a theologis sibi imponi passi sunt, eo usque dementiae sunt progressi, ut in Attico Periclis aevi scriptore locutiones ex Hebraeo sermone desumptas invenisse sibi viderentur, ut scilicet Iudaeis ne hic quidem suus honos deesset. Quod si pro his abiectis hominibus alios orientis populos, quibuscum Graecis commercium fuit, nominassent, res certe aliquo modo defendi posset. Nam ex horum lingua haud dubie nonnulla in Graecam transierant, quanquam hoc tam mature factum est, et quae ita recepta sunt, cum Graeca lingua cito ita coaluerunt, ut qui ea hodie in seculi quarti a. Ch. scriptore indaget, profecto operam perdat. Sed Hebraeorum, quorum ne nomen quidem fando tunc audiverant plurimi Graeci, feliciores illi nobis, si quis linguam imitatum credit Thucydidem, ut Bauerus iudicavit, hunc sane velis nunquam a Paulo suo ad Atticum scriptorem delatum esse. Nobis tamen ne sic quidem haec commenta licuit plane silentio praeterire, sed saltem aliquot eorum exempla consideranda sunt. Quorum plurima, quae ad usum praepositionis ἐν spectant, ut quum dicitur ἐν τούτῳ pro τότε, ἐν ἀλλήλοις στασιάσαντες, ἐν χερσὶ διεφθάρησαν (IV, 57.), satis perspicua et aliunde nota; alia, ut quum γάρ VI, 33. pro ἀλλά legi perhibetur, ridicule intellecta sunt. Paulo maiorem verisimilitudinis speciem habet usus nominum substantivorum pro pronominibus, de quo expositum cap. XIV. a) bb), et loci, qualis est II, 4. Ἐκπίπτουσιν ἐς οἴκημα μέγα, ὃ ἦν τοῦ τείχους, καὶ αἱ πλησίον θύραι ἀνεῳγμέναι ἔτυχον αὐτοῦ (quibus verbis non plane dissimilia VII, 29. Ἐπιπεσόντες διδασκαλείῳ παίδων, ὅπερ μέγιστον ἦν αὐτόθι, καὶ ἄρτι ἔτυχον οἱ παῖδες ἐσεληλυθότες. Add. Duk. ad VIII, 73.). Verum poste-

riori modo Homerus loqui solet (vid. Herm. ad Vig. p. 708.), atque utraque loquendi ratio ex puerili atque iuvenili populorum aetate, cui plane consentanea est, transiit usque ad Atticos scriptores. Vid. Heind. ad Plat. Hipp. mai. §. 22.

Itaque peregrinis abstinuisse atque etiam hac ex parte, ut quum soloeca evitavit, puritati sermonis operam dedisse Thucydidem, iure possumus contendere.

Cap. XVII. De puritate sermonis Thucydidis, quatenus 2) in servatis proprietatibus dialecti Atticae cernitur. Considerantur hoc capite singulae literae, accentus, spiritus, crases, hiatus, apostrophus, ν. ἐφελκυστικόν, vocabulorum vel coniunctiones vel disiunctiones.

Ad puritatem sermonis vero etiam pertinet, ut, si qua lingua plures habet dialectos, scriptor in ea, quam eligendam putavit (de qua electione ipsa infra dicetur) permaneat. Iam Thucydides Atticam dialectum secutus est, et quum huius duae, nisi tres, reperiantur et aetates et formae, ipse veterem dialectum usurpat. Vid. Dion. Halic. p. 454. Marcell. §. 52. Cuius quidem veteris Atticae dialecti optimum exemplar eum iudicat ipse Dionysius p. 775.; sed quum ea tamen apud singulos scriptores differat, et praeterea inveniantur quae illam Thucydidis laudem labefactare aliquis putet, rem paulo accuratius contemplemur. Praetermittemus vero ea omnia, quae dubio carent, atque e Maittarii libro notissimo de dialectis satis disci possunt, cuius etiam ordinem, quantum fieri potest, (nam interdum ille nimis est perturbatus) sequemur.

Literas igitur et primum quidem *consonantes* si spectamus, Thucydides constanter μόλις non μόγις scripsisse

videtur. Illud certe I, 69. 71. II, 55. 45. 102. III, 23. 98. IV, 36. 42. VI, 37. VIII, 86. in omnibus exstat et codicibus et editionibus, atque I, 12. II, 5. VII, 44., ubi vulgo *μόγις* legitur, ab optimis libris suppeditatur. Neque tamen tam constans est in libris huius vocabuli scriptura, quam ex illis locis colligas. Nam in *μόγις* consentiunt libri VII, 40. (ubi vid. Wasse.) VIII, 27. 34. 92. Inter Grammaticos huius vocis scriptura non convenit. Thom. M. p. 619. significationis discrimen statuit inter *μόγις* et *μόλις*, quod vanum est. Gregorius Cor. p. 65. de Atticis scribit, *τὸ μόλις μόγις ἐκφέρουσι*. Cum eo facit scholiasta Luciani, quem laudavit Drakenb. ad Thom. M. l. l., et probarunt hoc, iniuria, ut videtur, Brunckius Add. ad Aristoph. Thesmophor. p. 447., et, quamvis magis dubitanter, Porsonus ad Eurip. Phoen. p. 519. Contrarium tradit Lecapenus p. 71., qui *Ἀττικῶς ἀεὶ διὰ τοῦ λ̄* scribi contendit, consentientibus Thucydidis libris. Cf. Sturz. Lexic. Xenophont. s. h. v. Wasse ad Thuc. I, 12. Hemsterhus. ad Lucian. I. p. 86. — *Οὐθείς* (Maitt. p. 2.) bis exhibent omnes melioris notae membranae VI, 60. 66., quod tamen in tot aliorum locorum dissensu tollendum videtur. In Xenophontis libris saepius exstat. Vid. disp. de dialecto Xenoph. — De *Γίγνεσθαι* et *Γίνεσθαι* res magis dubia. Nam *γίνεσθαι* haud raro in optimis libris reperitur, ut I, 13. ter. 16. 53. VIII, 86., et saepe in uno alterove minoris auctoritatis codice, maxime Gr. Sed alibi etiam vulgatum *γίνομαι* spernunt praestantissimi codices, ut I, 2. 86. Cf. Farr. lect. discrep. in Additam., ubi plurimos invenies locos, in quibus libri constanter scribunt *γίγνομαι*, non item vicissim. Itaque illud ubique reponendum videtur. — *Γναμφθῆναι* (M. p. 3.) contra codicum fidem et antiquorum scriptorum morem edendum curavit Wasse III, 58. Cf. Herm. ad Soph. Aiac. v. 1010. — *Πελοπόννησος* (M. p. 4.) et similia per duplex *ν̄* scribi etiam iubent Etym. M. p. 659. v. 48. schol.

schol. Philostr. laudatus a Schaef. ad Gregor. Cor. p. 60. et Duk. ad III, 32. Attamen *Πελοπόνησος* per unum *ν* fere ubique exhibet praestantissimus codex Cass. (not. ad I, 1.) eademque scribendi ratio passim ex aliis libris enotatur. Ut e C. I, 12. 9. 10. 12. 13. 28., ex E. I, 28. 31. 36., ex A. I, 23. 36., ex b. I, 1. et 28., ex m. I, 62. et saepe ex B. D. I, 89. In *Μυόνησος* III, 32. plerique omnes libri conspirant. Ex quibus scripturam per duplex *ν* Thucydide seriorem iudicamus. *Ξύν* semper a Thucydide scriptum videtur. Quodsi *σύν* decies fere in vulgaribus exemplaribus (a quibus tamen plerumque pars codicum dissentit) et saepius in uno alterove libro servatum est (qui loci in Farragine lectionis discrepantis colligentur), haec inconstantia librariorum est, non scriptoris. Testimoniis Luciani et Suidae a Maittario et Sturzio p. 91. prolatis adde Photii Lexicon cum Suida consentiens. — Non *φλαῦρος* (M. p. 61.), quod Atticum dicunt, sed *φαῦλος* usurpat Thucydides III, 37. VI, 21. 31. al. — *ΡΣ* in *θαρσεῖν* et similibus Thucydidi placuit. Hoc enim *θαρσεῖν* exstat I, 36. 81. II, 65. bis, quanquam semel, ut etiam IV, 35., boni codices praebent *θαῤῥεῖν* II, 13. 79. III, 82. IV, 11. 25. 34. 74. 86. VII, 63. VIII, 81. al. *Θαῤῥεῖν* vulgo legitur I, 69. IV, 108. Gregor. Cor. p. 153. *τῷ σ ἀντὶ τοῦ ρ χρῶνται (οἱ Ἀττικοί), τὸ θαῤῥαλέον θαρσαλέον λέγοντες, καὶ τὸ ἄῤῥεν ἄρσεν, καὶ τὸ Τυῤῥηνὸς Τυρσηνός.* Aliter quidem Moeris Att. *Θάῤῥος, Ἀττικῶς· θάρσος, Ἑλληνικῶς*, et Thom. M. p. 434. *Θαῤῥῶ Ἀττικοὶ, οὐ θαρσῶ, καὶ θάῤῥος οὐ θάρσος, καὶ θαῤῥύνω οὐ θαρσύνω.*

Sed Atticistae hanc regulam e serioribus Atticis scriptoribus duxisse videntur. Cum antiquiore enim dialecto Thucydidem alteram formam praetulisse inde colligas, quod fere ubique in eius codicibus scriptum est *θαρσύνω*. Cf. II, 59. IV, 115. 126. et Duk. ad V, 4. Add. *θαρσαλέος* II, 3. 11. 51. III, 93. Ita habes etiam *ἔρσαι* II, 45., licet

repugnantibus Moeride et Thoma, quos vid. s. h. v., atque *Τυρσηνοί* IV, 109., cf. IV, 24., VII, 53. 57. Quod ad nomen Chersonesi attinet, Thucydides neque *Χερρόνησος* neque *Χερσόνησος*, sed *Χερόνησος*, si compositio ferret, dixisse videretur. Ita certe I, 11. pro vulg. *Χερρονήσου* exstat in Aug. et Cass. Eandem formam Cass. praebet IV, 45. et 45., in quorum locorum altero cum eo consentit F. Cf. etiam IV, 42. VIII, 99. *Χερσόνησος* VIII, 62. ubi Reg. et codd. deprr. *Χερρόνησος*. Hoc vulgo legitur VIII, 102., sed Cass. Aug. *Χερσ.*, ut scribitur etiam 104. — *Σμικρός* (de quo Sturzius p. 394. dixit) non admittimus in Thucydide. Nam eius vestigia bis tantum exstant IV, 13., ubi Cc. et Gr. *μικρός*, et VII, 75., ubi C. *μικρός*, in utroque loco post *οὔ*. — *ΣΣ* ubique ponitur, nam forma per $\overline{\tau\tau}$ nusquam in omnibus libris reperitur, sexies fere (I, 55. 77. IV, 64. 72. VII, 11. 34.) in plurimis et optimis, aliquanto saepius in uno alterove depravato. Vid. Farr. script. discrep. in Additam. Excipiuntur tantum vocabula praeter Atticam dialectum plane non usitata, quale est *ἄττα* I, 113. II, 100. — Nomina propria multa melius per unum $\overline{\sigma}$, quam per duplex apud veteres Atticos scribuntur. Cf. Boeckh. Praef. ad. 4 dialog. Simon. Socrat. p. XXXV. sq. et Buttm. Gr. max. §. 21. not. 9. Ita *Κρισαῖος* semper exhibent meliores Thucydidis libri, unde plerumque etiam in vulgata exemplaria receptum est. Cf. II, 69. 83. 86. 92. 93. IV, 76. *Κρισσαῖος* plerumque in depravatis codd. scribitur et in vulgg. editt. I, 107. Etiam *Λάρισα* scribendum; nam ita Cass. Pal. II, 22. et cum his Cass. IV, 78., quanquam duplex $\overline{\sigma}$ libri tuentur VIII, 101. Duplex $\overline{\sigma\sigma}$ servatur in *Ἄντισσα* III, 18. (ter) et III, 28., in *Ἄρνισσα* IV, 128., in *Βόλισσος* VIII, 24. Contra *Ἀλικαρνασός* recte Reg. VIII, 42. et Cass. VIII, 103. Ita *Ἰασός* VIII, 28. vid. not., *Ἰηλυσός* VIII, 44. vid. not. Etiam *Ἐρεσός* VIII, 100. sqq. saepius, ubi *Ἐρεσσός* tan-

tum in corruptis libris, ad quos III, 18. 55. accedit Reg. (sed *Βρυλησσός* II, 25.) Denique in nominibus in *οῦσα* libri fluctuant, quum potiores quidem *Οἰνοῦσαι*, *Σιδοῦσα*, *Ἀργινοῦσαι* VIII, 24. 101., sed *Τειχιοῦσσα* et alia nomina per duplex σ̄ scribant VIII, 26. 28. 31. 42.

Vocales. (M. p. 12.) *Ἐθέλειν* innumeris locis scribitur in Thucydide (ut I, 49. 61. 65. II, 64. 89. III, 38. IV, 13. 22. V, 82. 84. etc.), *θέλειν* aliquoties in duobus vel tribus depravatis libris (ut IV, 10. 15.), rarissime et maxime post longam vocalem η̄ in *μή*, in omnibus II, 51. V, 55. 72., vel certe optimis (VI, 91.) libris, quamquam ne in hoc quidem satis est constantiae. (Nam I, 27. etiam post *μή* in omnibus libris legitur *ἐθέλειν*, et contra VI, 34. post *εἰ*, atque adeo VII, 18. post *δίκας*, ubi nulla crasis locum habet, et ubi alias, ut I, 28. et saepius, *ἐθέλειν* invenitur, tamen in omnibus libris, si VII, 18. excipimus Gr., scriptura *θέλειν* conspicitur, quae tamen hic reiicienda videtur.) — De *ἑλόα* vid. Duk. ad VI, 99. et per quem eius nota corrigitur Wass. ad. VII, 81. *Αἰεί* autem an *ἀεί* dixerit Thucydides, ambiguum videtur. Nam Marcellinus quidem *αἰεί* ei tribuit („Ὡς ἐπιπλεῖστον δὲ χρῆται τῇ ἀρχαίᾳ Ἀτθίδι [τῇ παλαιᾷ], ὅταν τὴν διφθογγον τὴν αι ἀντὶ τοῦ ᾱ γράφῃ, *αἰεὶ λέγων*"), quod in vulgatis libris III, 64. 82. 94. VI, 77. et in quibusdam aliis locis, atque in Ar. et Chr. VI, 86. 88. et saepius reperitur. Meliores tamen libri plerique semper *ἀεί* tuentur, nisi quod Cass. in dubio loco VIII, 81. alteram scripturam suppeditat. Verum excipiendus hic Pal., in rebus grammaticis magnae auctoritatis codex, qui constanter εις̄ tuetur, ut I, 2. 11. 18. 21. 23. 47. 70. 73. 97. 107. 129. 142. all. — *Τ* in *Α* transiit in *καλινδεῖσθαι*, quod vulgo Aeolicum appellatum (M. p. 205.) habet Thucydides II, 52., neque spernit, ut videtur, Xenophon. (Cyrop. I, 4. 5., ubi tamen Brem. *κυλ.*). — *Παιανίζειν* (M. p. 14.) optimi libri solent

exhibere. Vid. I, 50. II, 91. IV, 96., atque ita etiam παιωνισμός VII, 44. Ipsum substantivum παιάν Dukerus ad I, 50. negat παιών dici; quod tamen ut ratione caret, ita ne usu quidem confirmatur. Exstat enim haec forma in Cass. VII, 75. et in Xenophontis praestantissimis libris Cyrop. VII, 1, 25. — Ἐς pro εἰς fere semper dixisse videtur Thucydides. Nam quanquam εἰς aliquoties legitur in vulgatis editionibus, ibi tamen plerumque optimi libri ἐς scribunt. Rarius in his ipsis, paulo saepius in uno vel duobus libris secundi vel tertii ordinis, Reg. (Gr.) εἰς reperitur. Vide haec omnia collecta in Farragine discrepantis scripturae. Haud improbabile tamen ex eadem, post vocabula in ες desinentia et similia quaedam εἰς non plane spretum esse. Fortassis etiam excipienda ob sonum parum suavem verba per ἐπεις composita, in quibus, si vocalis brevis sequitur, εἰς saepe retinetur in libris. Ἐπεισέρχεται II, 38. Ἐπεισενεγκάμενοι III, 53. Ἐπεισέπλεον VI, 2. Ἐπεισαγωγή VIII, 92. Ante consonantem autem ἐπες, ut ἐπεσβαίνοντες IV, 14., ἐπεσβάλητε III, 13. ἐπεσπλευσούμενοι IV, 13. legitur. — Ut autem εἰς, ita etiam εἵνεκα evitavit Thucydides. Thomas Mag.: Καὶ ἕνεκα καὶ εἵνεκα, Πλάτων, Δημοσθένης, καὶ ἄλλοι· (ut Xenophon. vid. Ind. ad Cyrop.) Θουκυδίδης δὲ ἀεὶ ἕνεκα. Quod si ad εἵνεκα referri vult, hoc nusquam in Thucydide legi recte monet, et male igitur Ar. I, 5. εἵνεκα. Etiam οὕνεκα VI, 56. e libris corrigendum. Sed quod VI, 2. atque in optimis libris etiam I, 68,, ut aliquoties in Xenophonte, reperitur ἕνεκεν, nequaquam spreverim. Phavor. p. 267. Ἕνεκα καὶ ἕνεκεν Ἀττικοὶ γράφουσι. — Verbum κλείω (M. p. 15.) in Thucydide ubique per η scribendum. Photius p. 124.: Κλῆσαι (ita repone pro κλῆσαι) οἱ ἀρχαῖοι λέγουσιν, οὐ κλεῖσαι· οὕτω καὶ οἱ τραγικοὶ καὶ Θουκυδίδης. In editionibus quidem vulgo fere semper ει invenitur, sed η habent plurimis in locis optimi libri, nisi quod interdum ι subscri-

ptum omittunt. Ita Cass. Aug. Pal. Reg., plerumque omnes, hic illic uno excepto, exhibent ἔκλησον VII, 59., ἀπεκλήοντο VIII, 42., κλήσειν IV, 8. VII, 56., ἀποκλήσειν VI, 64., ξυνέκλησαν VII, 67., ξυγκλήσαντες (quod etiam reliquorum librorum plerique habent) IV, 35., ἀποκλῆσαι VIII, 104., κλῆσις II, 94. VII, 70. (ubi vid. not.), ἀπόκλησις IV, 85., VI, 99. VII, 60., ξύγκλησις V, 71., ξυγκλησθέν V, 72., ἀποκεκλημένος IV, 34. V, 60., quod VIII, 95. praebet certe Gr., atque V, 7. latet in Aug. et Pal. scriptura κεκλειμένος. (Quod apud alios scriptores et ipsum probari potest. Thom. Mag. p. 521. Οὐ μόνον κέκλεισμαι, ἀλλὰ καὶ κέκλειμαι ἄνευ τοῦ σ̄.) Alibi certe unus alterve codex σ̄ suppeditat, ut Reg. et Gr. ξυνέκλῃε V, 64., iidem et Cl. κλῃστός VII, 38.; ita Pal. II, 17.; idem ἔκλῃσε II, 4., κατακλῄεσθαι IV, 57. una cum C. περικλῄσειων II, 90., una cum Gr. et H. ἄκλῃστος II, 93. et una cum H. ἀποκλῃόμενοι II, 76. et περικλῃόμενοι II, 100. Supersunt κατεκλείσθησαν I, 117., ubi Pal. κατεκλίσθησαν, κατέκλεισε I, 109., ἀποκλειομένους VI, 34., quae vel invitis libris corrigenda sunt. Add. schol. Pal. ad IV, 8. — Pro ου restituendum ο̄ in voc. Συράκουσαι. Nam Συρακόσιοι constanter scribit Chius, et Cass. Aug. Pal. V., 4., Cass. Aug. VI, 88. cf. c. 88. 91., Cass. VII, 4., ubi annotat qui codicem contulit: „atque ita fere ubique est Συρακούσσιοι“ (ita VI, 94. 96. 97. et saepe in Pal.) vel Συρακόσιοι,“ Aug. VIII, 61., Pal. VIII, 78. „Vulgaris forma Συράκουσαι ne Atticis quidem Platonis et Xenophontis aetate usitata fuit, ut monui ad dialogum, qui legitur inter Platonicos, Eryxiam cap. 1.“ Boeckh. ad Pind. Olymp. VI, 6.

Accentus. Gregorius Corinthius et alii grammatici ab Atticis veteribus ἑτοῖμος, ὁμοῖος, ἑρῆμος scriptum esse dicunt. V. Interprr. Gregor. p. 12. 20. sqq. et Duk. ad VIII, 92. Sed in Thucydide huius formae vestigia vix quinquies exstant, ut I, 34., ubi quum vulgo legatur ὅμοιοι, e Cass. et Aug. enotatum est ὁμοῖοι, I, 86., ubi idem in

Pal., III, 66., ubi ὁμοῖα in omnibus editionibus reperitur, VIII, 92., ubi ἕτοῖμος praebent vett. edd. Sed ὅμοιος habes I, 77. 82. 86. 91. 140. II, 45. 54. 72. al., ἕτοιμος I, 70. 145. II, 3. 10. 56. III, 82. IV, 28. al., ἔρημος I, 32. 50. II, 17. 51. al. — Etiam τροπαῖον scribi semper apud Thucydidem non ita certum est, ut existimes ob ea, quae a Dukero ad I, 30. disputata sunt. (Cf. schol. Pal. ad I, 63.) Nam τρόπαιον exhibent Pal. I, 30. 54. 63. 105. „et ubivis fere per omnes libros" (ut monuit is qui codicem contulit), Cass. et Aug. I, 63. VIII, 95. 106., Gr. I, 30, 54. 105. III, 91. 102, IV, 44. 56. 67. et saepius, Mosq. V, 3. 6. I, 30. m. VIII, 25. 42., Ar. Chr. II, 82., Dan. semper, atque etiam alii aliis in locis. Verumtamen quum maximus codicum numerus atque in iis optimi libri plerisque in locis τροπαῖον tueantur, hanc scripturam cum grammaticorum praeceptis consentientem sequi placet. Tum Etymol. M. p. 477., c. in pedestri sermone ubique ἴσος scribi iubet. Cf. Schaef. ad Gregor. Cor. p. 302. Iam in Thucydidis editionibus legitur quidem ἴσος I, 39., ubi tamen Ald. exhibet ἶσος, I, 43., ubi in Ald. pariter invenies ἴσος, II, 44., ubi alteram formam servarunt Cass. et Aug., et II, 65. Sed haec corrigenda sunt, quum ἴσος exstet I, 71. 78. 91. 121. 132. II, 37. III, 9. al. Incertum est autem iudicium de accentu coniunctivi passivi et medii verborum in μι, de quo infra dicetur.

De *spiritibus* non est quod dicamus, nisi quod ἀνύτειν etiam in Thucydidis (II, 75. 76.), ut in Xenophontis, libris scribitur per spiritum lenem, contra Grammaticorum veterum praecepta. Cf. ad Xenoph. Cyrop. I, 6. 5.

Crases. Craseos haec exstant exempla apud Thucydidem. *Aa.* Τἄλλα saepissime, ut I, 59. 153. II, 3. III, 10. VIII, 50. al. (Neque tamen semper ita contrahitur, sed τὰ ἄλλα suppeditant libri III, 28. IV, 38. VIII, 25.

97. 100., quanquam plerumque non omnes, ita ut, si ingentem eorum locorum, in quibus constanter vel certe in omnibus melioris notae codicibus *τἆλλα* scribitur, numerum comparaveris, scriptori nostro semper *τἄλλα* placuisse, nisi ubi *ἐς τὰ ἄλλα* dicitur, ut I, 1. 6. 36. VII, 24. 28., haud improbabile ducas.) *Τἀναγκαῖα* I, 70. *τἀγαθά* III, 43. (Reg. *τὰ ἀγαθά*) *ταὐτά* I, 22. *τἀδικήματα* I, 37. (Ar. Mosqu. b. *τὰ ἀδ.*) *τἀληθῆ* IV, 27. *Ἀε. Τἀκεῖ* I, 36. 90. *τἀκείνων* II, 53. (non pauci *τὰ ἐκείνων*) *τἀναντία* II, 71. III, 43. 64. (*τὰ ἐναντία* III, 67.) *θάτερα* I, 87. *Δια. Καλοὺς κἀγαθούς* VIII, 48. (*καλοὶ καὶ ἀγαθοί* Cass. Aug. III, 40.) *Δι. Κἀκεῖνος* VI, 82. VII, 79. (sed *καὶ ἐκεῖνος* III, 16.) *κἀκεῖθεν* I, 61. *κἀνταῦθα* I, 10. (Par. G. *καὶ ἐντ.* ut VIII, 109.) *κἀν τούτῳ* I, 37. *Οα. Τἀργύριον* Aug. Cass. Reg. all. pro *τὸ ἀργ.* I, 27. *Ἐς τὸ αὐτό* I, 36. Reg. *ταὐτό*. Cass. Aug. Pal. A. F. G. (?) *ταὐτόν*, ut *κατὰ ταὐτό* VIII, 87. (sed *τὸ αὐτό* III, 72. *ἐς τὰ αὐτά* III, 59.) *Οε. Τοὐναντίον* I, 120. VIII, 46. (sed III, 58. Cass. Aug. Reg. Gr. Mosqu. *τὸ ἐν.*, et Reg. Gr. ita etiam VII, 80.) *Ἐκ τοὔμπαλιν* III, 22. *Τοὔσχατον* III, 46. *Οο. Ἐς τοὐπίσω* IV, 4. Praeterea *ἀπὸ ταὐτομάτου* II, 77.

Hiatum non fugit Thucydides. Nam primum *μέχρι* et *ἄχρι* semper dixit etiam ante vocalem. Phrynich. p. 6. *Μέχρις καὶ ἄχρις σὺν τῷ σ̄, ἀδόκιμα, μέχρι δὲ καὶ ἄχρι λέγε.* Cf. Moer. p. 34. et Herodiani Fragmm. Moeridi subiecta p. 451. Thóm. M. p. 135. *Ἄχρι καὶ μέχρι Θουκυδίδης ἀεὶ λέγει, οὐ μόνον ἐπαγομένου συμφώνου, ἀλλὰ καὶ φωνήεντος.* Nam quanquam in vulgatis editionibus plerumque *μέχρις* ante vocalem scribebatur, libri tamen fere semper *μέχρι* exhibent, (cf. Bened. ad IV, 4. et Farrag. script. discrep.) quae alicubi, ut I, 74. VIII, 28. 87. 96., iam vulgata fuit scriptura. Contra *μέχρις* rarissime (I, 30. III, 28.) tuentur libri, idque plane expellendum. Etiam *οὕτω* in libris saepissime legitur ante vocalem, ut *οὕτω ὑπερβάντες* Cass. Gr. III, 24., *οὕτω ἀλόγως* Cass. Aug. Gr. V,

104., οὕτω Ἰταλία Cass. Aug. Reg. VI, 2., ποιεῖν οὕτω. ὁ δέ Cass. Aug. Reg. Bas. Gr. I, 138. Cf. Bornem. de gemina Xenoph. Cyrop. recens. p. 89. Sed alias omnes libri οὕτως servant, ut οὕτως οἷοί τε VI, 23., οὕτως ἤδη VI, 48.; atque ab iisdem libris, qui ante vocalem ς omittunt, ante consonantem haec litera saepe additur, ut Cass. Aug. οὕτως φοβηθῆναι V, 9., οὕτως βραχείᾳ VI, 9., οὕτως κακῶς VI, 36., οὕτως τοὺς πολ. VI, 91. Add. Farr. script. discrep. Deinde in coniunctionibus et praepositionibus hiatu non abstinet scriptor noster. Primum huc referendum πρό ante ε in verbis compositis. Προέγραψα I, 23. Προέχειν I, 25. IV, 12. Προέχων III, 74. (sed προΰχων I, 19. 39. al., προΰχοιεν III, 82.) Προέπεμψαν I, 29. (ubi Pal. προΰπεμψαν, ut προΰπεμπον V, 76.) Προεροῦνται I, 29. Προετολμήθη III, 84. Προετιμωρήσατε I, 74. Προεξαγαγών VII, 37. (ubi προὐξ. temere reposuerunt, quum προεξάγειν scribatur etiam VII, 70. et alibi.) Προεπιβουλεύειν I, 33. Προεχώρησε II, 56. (sed προὐχώρησε III, 81. et προὐχώρει saepissime). Προεθυμοῦντο V, 16., προεθυμήθησαν VIII, 9. (sed προὐθυμοῦντο IV, 12., προὐθυμήθη VII, 86.) atque ita multa. Etiam pro προυφειλομένης recte plurimi libri προοφ. I, 31., quemadmodum semper scribitur προορᾷν. Tum in praepositionibus cum substantivo iunctis exempla nonnulla hiatus habet Wassé in Praefat., quae aliis aucta huc transscribamus. „II, 2. Μετὰ Εὐβοίας scribendum cum Reg. Cass. Gr. [ut I, 23. legitur et μετὰ Ἴλιον ἅλωσιν I, 12.] Μετὰ ὀνόματος Mss. rectius III, 82. [Μετὰ ὁπλιτῶν II, 25. μετὰ οἷας V, 7. μετὰ Ἀριστέως I, 61. 62. μετὰ Ἀθηναίων IV, 24. 68. V, 29. al. (sed μετ' Ἀθηναίων III, 13.), μετὰ Ἀλκιβιάδου VIII, 85. et ita quam plurima, etiam in nominibus appellativis, μετὰ ἀνοίας V, 111., μετὰ ἀσθενοῦς VI, 68., μετὰ ἀειμνήστου codd. I, 33.] Κατὰ ἔχθος I, 103. Cass. Gr. [ut IV, 1. 24. VII, 57. Sic κατὰ ἔτος III, 58. IV, 53. al., κατὰ ἱερῶν V, 47., κατὰ οὖν με-

τανύργιον III, 22.] *Παρὰ Ἀθηναίους* I, 59. Cass. Reg. [*Παρὰ Ἐγεσταίων* codd. VI, 57. *Διὰ ἰσχύν* I, 85., *διὰ ἴδια* VIII, 85.]

Ἀλλὰ ἐπί Cass. Gr. IV, 114. *Ἀλλὰ ἀπό* Cass. Aug. Reg. IV, 21. [*Ἀλλὰ ἀπολιπόντας* IV, 100. *ἀλλὰ ἀναχωρεῖν* IV, 124. *ἀλλὰ ἐπὶ ἀγαθῷ* Cass. Aug. IV, 114. *ἀλλὰ Ἱππίας* Cass. Aug. Reg. VI, 54. *ἀλλὰ ὑπό* IV, 102. — *Ἐπὶ ἀποστάσει* III, 2., *ἐπὶ ἀδύνατον* II, 11., *ἐπὶ Αἰγιτίου* III, 97. (sed *ἐπ' Ἀντίσσης* III, 18.), *ἐπὶ Ἄργος* III, 105., *ἐπὶ Ἀθήνας* Cass. Aug. VI, 33. (sed *ἐπ' Ἀθηνῶν* III, 24.) *ἐπὶ Ἐγέστης* VI, 62. (*ἐπ' ἐλευθερώσει* III, 10.), *ἐπὶ ἡμᾶς* III, 61. (*ἐφ' ἡμῖν* III, 12. 13.), *ἐπὶ Ἰασόν* VIII, 28. *ἐπὶ Ἰωνίας* VIII, 59. (*ἐπ' Ἰδομένην* III, 112.) *Ἐπὶ Ὀλύνθου* I, 62. *ἐπὶ ἀκτῷ* V, 68. (sed semper *ἐπ' οἴκου* et *ἐπ' Οἰνιάδας* III, 7.) *ἐπὶ ὅσον* VII, 66. *Ἀντὶ ἱερῶν* IV, 98. *ἀντὶ εἰρήνης* I, 40. (sed cf. I, 120.) *ἀντὶ ἐνσπόνδων* I, 40.] — *Ὑπὸ ἀνάγκης* Cass. Reg. III, 32. *ὑπὸ ἀπειρίας* in contextu II, 8. *ὑπὸ Ἀθηναίων* Cass. Gr. II, 16. [cf. I, 8. IV, 27. 110. al. Ita *ὑπὸ Ἀμπρακιωτῶν* III, 107., *ὑπὸ αὐλητῶν* V, 70., *ὑπὸ αὐτῶν* VI, 4. (sed *ὑπ' αὐτῶν* III, 9), *ὑπὸ ἀποίκων* I, 58. et multa similia. Item *ὑπὸ Ἑλλήνων* III, 116. *ὑπὸ Εὐκλείδου* VI, 5.] *Ὑπὸ ἡμῶν* III, 39. 55. [sed *ὑφ' ἡμῶν* III, 61. 67. *ὑπὸ Ἡρακλειδῶν* I, 9. *ὑπὸ Ἠδώνων* IV, 102. *ὑπὸ Ἱππάρχου* VI, 54. *ὑπὸ ὀργῆς* III, 36. Neque aliter in *ἀπό*. *Ἀπὸ ἀρετῆς* Cass. Aug. II, 37. *ἀπὸ ἑσπέρας* III, 112. *ἀπὸ ἡμῶν* III, 57. (sed *ἀφ' ἡμῶν* III, 11.) et alia.]

Δ' ὄντες I, 38. Rectius Cass. *δὲ ὄντες*. *πρὸς δὲ ἡμᾶς* Cass. I, 86. *ἦν δὲ ἐλευθεροῦντες* Reg. Cass. Gr. III, 13. *δὲ ἀναστήσας* Cass. Gr. III, 28. *τῇ δὲ ἕκτῃ* Reg. Cass. III, 107. *οἱ δὲ ἐναντίοι* IV, 10. plerique mss. et edd. *δὲ ἐπιγιγομένου* Reg. Cass. V, 1. (sed *δ' ἐπιγιγν.* III, 26.) *δὲ ἱερόν* Reg. V, 18. *τῷ δὲ ἄλλῳ* Reg. Cass. Gr. V, 72. *δὲ ἐς ἅπαν* Reg. Cass. V, 103. *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι* Reg. Cass. Gr. II, 84. (sed *οἱ δ' Ἀθ.* III, 3. 6.) *Οἷόν τε εἶναι* Cass. I, 91. [cf. III, 15.] *ὥστε ἀδύνατα* Reg. V, 14. [*ὥστε οὐκ εἰκός* III, 13. *ὥστε αἱ* III, 17.

ὥστε ἔν III, 21. (sed ὥστ' ἐπελθεῖν III, 23.)] [*Οἱ δὲ οὔτε ἐς τὸν Μαλόεντα ἐξῆλθον, τά τε ἄλλα* etc. III, 3. (sed *τά τ' ἄλλα* III, 36., ubi Ar. *τε.*) ὅτε ἔτι III, 13. ὅτε ἐς Cass. Aug. Reg. IV, 29. *ἐπί γε ἐμοῦ* VIII, 97. Maxime in oppositis membris et ante interpunctionem δέ et τε plene scribi solent; attamen ne in his quidem deprehendes constantem usum. III, 20. *Οἱ δ', ἐπειδὴ παρεσκεύαστο αὐτοῖς.* I, 124. *Τοὺς δ', εἰ γνωσθησόμεθα ξυνελθόντες.* III, 23. *οἱ μὲν ἀπὸ τῶν πύργων — οἱ δ' ἐν τούτῳ οἱ πλείους.* III, 24. *εἰσὶ γάρ τινες αὐτῶν οἳ ἀπετράποντο — εἷς δ' ἐπὶ τῇ ἔξω τάφρῳ τοξότης ἐλήφθη.* Ib. *οἱ μὲν οὖν Πελοποννήσιοι — οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως Πλαταιεῖς.* III, 57. *ἔγωγε καὶ ἄλλοτε ἔγνων — μάλιστα δ' ἐν* (Gr. *δὲ ἐν*) *τῇ νῦν μεταμελείᾳ.* III, 34. *ὁ μὲν ἐξῆλθε — ὁ δ' ἐκεῖνον.*]" Add. Farr. discrep. script.

Vocabula, quae apud Thucydidem *apostrophium* quibusdam in locis patiuntur, sunt haec. Primum particulae quas memoravit Buttmanni Gr. max. §. 30. 3., quibus adde ἅμα III, 17. 22., ἔπειτα III, 24. 67., τάχα III, 64. Tum vocabula composita ex δέ, ut ἥδε VI, 16., τῇδε IV, 85., τοῖσδε I, 38., τήνδε I, 75., τοσῶνδε VI, 14., ὧδε III, 55., et τε, ut εἴτε III, 28., ὅτε VI, 74. VII, 15., οὔτε III, 28., ὥστε III, 23. et similia.

Porro ᾱ neutrius pluralis in τἄλλα I, 133. (in Cass. Aug. Reg.), ταῦτα I, 90., πάντα II, 67., etiam μάλιστα IV, 76., potissimum ante ἄν, ut πλεῖστ' ἄν III, 30., μάλιστ' ἄν III, 53. (sed μάλιστα ἄν V, 105.), ἥκιστ' ἄν III, 71. (sed ἥκιστα ἄν III, 42.) Etiam ᾱ in τοῦτο I, 84. Atque ᾱ et ᾰ in passivis vel mediis ante ἄν, ut ἡγούμεθ' ἄν V, 108., ἐλύοντ' ἄν I, 44., ἀγωνίσαιτ' ἄν III, 38., τράποιντ' ἄν V, 110. Sed *πειρῶντ' ἀπ' αὐτῶν* I, 24. e libris corrigendum erat, ut ἔπεσθ' ὅπῃ II, 11. Revertimur ad hiatum, qui frequens est in εἴκοσι, ut εἴκοσι ἡμέρας Cass. Aug. IV, 59., εἴκοσι ἐπλήρουν Aug. Gr. al. VII, 17., εἴκοσι ἑκατέροις Aug. Pal. VIII, 5., εἴκοσι ὅμως Cass. Aug. Gr. VIII, 97.

Cf. cap. 62. Contra, plane ut in *οὕτως*, *εἴκοσιν* etiam ante consonantem reperitur in optimis libris, maxime ante *καί*, ut I, 10. IV, 45. 129. V, 25. VI, 67. (neque tamen semper, ut VII, 22. videmus. Cf. VII, 31.); sed etiam *εἴκοσιν τοπρῶτον* IV, 110., *εἴκοσιν προσπεσόντες* VII, 97. Atque ita omnino $\bar{\nu}$ *ἐφελκυστικόν* in Cass. et Aug. plurimis in locis consonantem praecedit, maxime *καί*, partim intercedente interpunctione, partim etiam ubi voce subsistere plane non licet. Eodem modo etiam ante alia vocabula incipientia maxime per $\bar{\kappa}$ et τ, sed etiam per $\bar{\delta}$, $\bar{\lambda}$, $\bar{\nu}$, $\bar{\pi}$, $\bar{\varphi}$, $\bar{\varphi}$. Vid. Farr. discrep. script.

Contra etiam idem $\bar{\nu}$ *ἐφελκυστικόν* saepe male deest. Vid. de his omnibus Farr. discr. script. Ne autem ad eiusmodi minutias denuo redire cogamur, placet hic statim considerare vocabulorum in scribendo vel coniunctiones vel disiunctiones, quanquam eae proprie ad Atticam dialectum non pertinent. Disputant enim, utrum scribendum sit *τὸ πρῶτον*, *ἐπὶ πολύ*, *μετὰ ταῦτα*, *κατὰ τάχος*, *οὐχ ἥκιστα* et talia sexcenta, an *τοπρῶτον*, *ἐπιπολύ*, *μεταταῦτα*, *κατατάχος*, *οὐχήκιστα*. Utraque sententia suos nacta est patronos, et res eo magis dubia, quod alii codices alium morem sequuntur, neque singuli singulis in locis sibi constant, et quod neminem fugit, antiquos in vocabulis dirimendis omnino parum diligentes fuisse, imo pleraque continuo scripsisse. Qui vocabula coniunctim scribi volunt, dicunt ita saepe evitari ambiguitatem (quum *τὸ πρῶτον*, das Erste, distinguatur a *τοπρῶτον*, zuerst, et ita in aliis), et provocant praeterea ad voces in Romanorum et Germanorum linguis concretas. Sed horum pleraque ipsa dubitationibus obnoxia esse, ambiguitatem autem verborum serie evitari, alii monent, et vocabula disiungenda esse maxime inde credunt apparere, quod iis saepe vocula aliqua interiiciatur, ut *τὸ δὲ πάλαι* I, 6., *τὸ μὲν πρῶτον* III, 66. 111., *τό τε λοιπόν* III, 71., et quod qui

alteram rationem cum constantia quadam teneat, tandem ad monstra vocabulorum perveniat, qualia sint ὡςεπιτοπολύ, ἐςταμάλιστα et similia multa. Nos in re tam incerta codices praestantissimos, quantum sine nimiae inconstantiae crimine fieri potuit proxime, sequendos putavimus. Itaque plurimas eiusmodi dictiones disiunximus, maxime quae ex articulo ac neutro adiectivorum aut adverbio, et quae ex ὅτι seu ὡς atque superlativo compositae sunt. In aliis, maxime in praepositionibus quibusdam cum suo nomine adverbiorum significationem habentibus, coniunctionem praetulimus. Quae omnia ex Farragine discrepantis scripturae infra adiecta optime poterunt perspici.

Cap. XVIII. Argumentum praecedentis capitis continuatum. Considerantur flexiones nominum et verborum. Subiiciuntur nonnulla de dialecto Dorica in foederibus Argivorum et Lacedaemoniorum.

Pergimus ad flexiones et primum quidem nominum. Accusativum secundae declinationis Atticae in nominibus Κέως, Κῶς, Τέως, Ἄθως semper vel paene semper in ῶ flecti tradunt Buttmannus et Matthiae. Sed Κῶν praebent omnes Thucydidis libri VIII, 41. et, ubi unus Cl. dissentit, 108. Τέων ex VIII, 16 iam Sturzius p. 27. habet. Itaque etiam Ἄθων ex optimis libris recipiendum V, 3., et ἀγήρων II, 45. non sollicitandum.

Nomina ex ἄρχειν facta, quae apud alios modo secundae modo primae declinationis sunt, apud Thucydidem semper desinunt in ἄρχος. Ita τριήραρχοι IV, 11. VIII, 47. 76. in omnibus libris, et in Cass. atque Aug. ubique. Solum corrupti II, 24., VII, 13. 58., atque cum iis Reg. IV, 38. VIII, 45. al. τριηράρχης exhibent. Atque ita ταξιάρχης Dan. IV, 4., aeque male. Etiam Xenophon sem-

per in ἀρχος finit haec nomina. Vid. ad Cyrop. II, 1, 22. cf. Bornem. de gemina Cyrop. recens. p. 91. Vides igitur, quantum in Demosthene erraverit Iman. Bekker. Cf. Ephemeridd. litt. Ienn. a. 1817. m. Mart. p. 451.

In tertia declinatione spernenda forma νίέως I, 15. pro qua ex Thoma M. p. 866. atque Thucydidis codicibus restituendum νίέος, quod legitur I, 136. II, 100. IV, 26. (quanquam hic dissentiente Cass.) al. cf. Phryn. Ecll. p. 22. et Maitt. p. 35. et 54. Tollendum etiam librorum ope ἄστεως II, 13., etsi idem libri plerique servant VIII, 92., quum VIII, 95. ἄστεος scribatur. Vid. tamen Buttm. Gr. max. §. 51. not. 2. Deterior est forma ἡμίσεως IV, 83., ubi Par. H. recte ἡμίσεος. Cf. II, 78. τοῦ ἡμίσεος τείχους, ubi ἡμίσεως est in Ar. Chr. et Reg., atque ἡμίσεος ἡμίρας IV, 104. Ita βραχέος II, 76. VII, 29., ubi nonnulli perperam βραχέως. Add. Ael. Herodian. p. 198. Pauw. et p. 455. Piers., Gregor. Corinth. p. 455., Thom. M. p. 421, Phavor. p. 555., Fischer. ad Weller. I, 125., Maitt. p. 53.

Ambiguum est iudicium de nominativo plurali substantivorum tertiae declinationis in ευς exeuntium, quem in vulgatis editionibus cum maxima inconstantia modo scribunt per εῖς, modo per ῆς, ut Πλαταιῆς III, 52. sqq., sed Πλαταιεῖς II, 71. sqq.; Μεγαρῆς I, 103. ubi vid. Bened. (qui conferri etiam potest ad IV, 93. et V, 9.), sed Μεγαρεῖς III, 51.; Χαλκιδεῖς IV, 79., sed Χαλκιδῆς IV, 81. Ex libris Cass. plerumque εῖς, (nisi quod III, 92. IV, 61. VI, 6. Δωριῆς, IV, 72. ἱππῆς scribit, III, 92. Μηλιῆς sine ι subscr. et ita fortassis semel iterumve. cf. III, 96. 101.) Aug. et C. ῆς (nisi quod ille VII, 5. Δωριῆς sine ι subscr. habet, item III, 92. Μηλιῆς, add. 101., et I, 27. Παλεῖς et Ἐρμιονεῖς). Pal. constanter ῆς sine ι subscr. tuetur. Alii parum sibi constant, ut Reg., qui plerumque εῖς, neque

tamen raro ῆς, et Gr., qui et ipse alicubi ῆς suppeditat. Depravati libri, Ar. Chr. Dan., εῖς exhibent. Singulos locos vide in Farrag. discrep. script. Grammaticorum vero testimonia et origo harum formarum ῆς (sine ι) scribi iubent. Vid. potissimum Gregor. Cor. p. 100. et eius Interprr. p. 101. et Buttm. Gr. max. §. 52. not. 1. Hoc itaque recipiendum curavimus.

In accusativo autem eiusmodi nominum ῆς vel εῖς probari non potest. Nam quanquam in melicis carminibus interdum ita dixerunt tragici (vid. Soph. Aiac. v. 383.), atque saepius Xenophon (vid. nos ad Cyrop. I, 6. 1.), in Thucydide tamen duo tantum eius rei vestigia deprehenduntur, *τοὺς Πλαταιεῖς* II, 76., quod haud dubie corrigendum, quum *Πλαταιέας* legatur II, 77. III, 52. al. et *νέεῖς* VI, 30., quod dubito an tentandum sit, quum hoc nomen omnino multa habeat peculiaria. Legitur recte *νέεῖς* etiam Xenoph. (l. l.) De tota re cf. Thom. M. p. 364. Sturz. ad Maitt. p. 36. Fischer. ad Weller. I, 122. et 144.

Nomina in εύς purum si contrahi dicuntur, non valet hoc de genitivo plurali. Nam quod Maittarius p. 38. e III, 21. affert *Πλαταιῶν*, ibi a *Πλαταιαί*, non a *Πλαταιῆς* derivandum est, ut docet sequens *Ἀθηνῶν*. Ita etiam II, 78. si scribitur *ταύτῃ μὲν ἡ Πλαταιῶν πολιορκία κατεσκευάσθη*, ut praebent libri, a *Πλαταιαί* derivandum. Aliis quibusdam in locis, ubi de incolis manifesto sermo est, sane optimi libri scribunt *Πλαταιῶν*. Vid. II, 2. 6. 72. III, 68. Sed *Πλαταιέων* servatur II, 3. 4. III, 22. 23. 24. al., atque ita *Ἐρετριέων* et *Δωριέων* I, 18., *Θεσπιέων* VI, 95. Vel in accusativo pluralis, in quo alia nomina contrahuntur, ut *Δωριᾶς* I, 107. *Ἑστιαιᾶς* I, 114., tamen ad incolas ab urbe discernendos *Πλαταιέας* dicitur III, 52. Sic tamen etiam *Μηλιέας* V, 51. et *Μηλιέως* IV, 100. Add.

Buttm. Gr. max. §. 53. not. 1. Vocis *Πλείων* (M. p. 45.) in Thucydide hae exstant formae.

N. *Πλέον* I, 90. 121. III, 108, IV, 4. 20. etc. *Πλεῖον* codd. II, 21. 62., et in editt. I, 9.

G. *Πλέονος* IV, 17. (Reg. deprr. *πλείονος*) 21. 30. et in libris VIII, 91. *Πλείονος* I, 124. IV, 42. V, 15. VII, 71. al.

D. *Πλέονι* I, 121. IV, 35. 61. et in optt. mss. I, 141. Sed in iisdem *πλείονι* I, 72., quod legitur V, 60. 114. etc.

A. *Πλέω* II, 89. IV, 19. *Πλείω* VIII, 39. *Πλέονα* IV, 82. V, 47.

Pl. N. et A. *Πλέονς* nusquam nisi vulgo II, 8., ubi libri recte *πλείονς*, quod legitur III, 98. IV, 14. 68. V, 59. 73. et saepissime. *Πλείονες* VIII, 73. *Πλείονας* IV, 73.

Πλέω I, 81. 104., in libris I, 120. II, 36., sed *πλείω* reperitur IV, 10. 73. VII, 45. 81. VIII, 45. etc., e libris restituendum II, 60.

G. *Πλεόνων* IV, 29., ubi Ar. *πλειόνων*, quod habes I, 2. III, 115. IV, 32. 65. al. et in libris etiam I, 79.

D. *Πλέοσι* I, 58. *Πλείοσι* I, 143. III, 115. IV, 5. 11. 17. etc.

Ex his igitur partim confirmantur, partim corriguntur, quae scripsit Reisigius Coniectt. in Aristoph. p. 45. (cf. Buttm. t. I. Gr. max. §. 68. p. 274.) „Omnino autem *πλέων*, *πλέω* et *πλέονς* nescio an nunquam dixerint Atticorum poetae scenici, vel in universum antiqui scriptores Attici, pro *πλείων*, *πλείω*, *πλείονς*: *πλέω* tantum in genere neutro: quo genere legere memini apud scriptores Atticos sine scripturae ulla discrepantia."

De *Δυοῖν* et *Δυεῖν*. (M. p. 46.) „De his varie tradit Eustathius. Nam in Iliad. *ν'*. p. 802. e Lexico Rhetorico scribit, Atticos *δυοῖν* in genitivo et dativo dicere, *δυεῖν*

rarum esse apud veteres, sed tamen eo uti Thucydidem; recentiores autem δυεῖν scribere contra analogiam, nam nullum dualem in ειν exire. At in Odyss. φ'. p. 1907. ex Heraclide veterem linguam Atticam diphthongum οι in ι mutare, ut δυεῖν pro δυοῖν, οἶκι pro οἶκοι, πεῖος pro ποῖος. Haec ille. Δυεῖν est apud Aeschylum Prom. 777. δυεῖν λόγοιν θατέρῳ [ubi tamen codd. δυοῖν]. Sed Aristoph. Equ. 318., μεῖζον ἢν δυοῖν δοχμαῖν, et Menander. apud Suidam in ἅβρα: *Μήτηρ ταῖν ἀδελφαῖν ταῖν δυοῖν.*" Duk. ad IV, 8. Phrynichus p. 90. δυεῖν ἐπὶ μόνης γενικῆς τίθεται, οὐχὶ δὲ, δοτικῆς. Et scholiasta cod. Vit. ad Euripidis Hecub. v. 45. δυοῖν καὶ δυεῖν γράφεται· δυοῖν ἐπὶ γενικῆς καὶ δοτικῆς, δυεῖν δὲ ἐπὶ γενικῆς. cf. Phavor. Quae Grammaticorum sententia fortassis haud spernenda; certe quos locos ei opponit Matth. Gramm. p. 164., hi nihil probant; quum alter sit Thucydid. I, 20., in quo codices magno consensu δυοῖν reponi iusserunt, alter e cap. 23. petitus, ubi rursus multi codices δυοῖν suppeditant. Quanquam ibi δυεῖν etiam ita defendi potest, ut pro genitivo habeatur, quem Bauerus interpretatur per *eventum habuit celerem binorum proeliorum*, i. e. *per bina proelia allatum, constitutum.* Neque quicquam contra scripturam δυοῖν probat Eustathius, quem huc respexisse putat Gottleberus, quum tamen is nihil aliud dicat, quam δυεῖν reperiri apud Thucydidem. Potuit igitur ad locum, ubi genitivus invenitur, respicere, quanquam etiam hic I, 33. vel in solo Chr. vel ad summum in Chr. A. et F. δυεῖν scribitur, quum reliqui rursus in δυοῖν conspirent. Atque etiam aliis in locis, ubi in genitivo fluctuat scriptura inter δυοῖν et δυεῖν, hoc in paucis et exiguae fidei libris (plerumque in Chr. Dan. vel Gr.) legitur. Vid. IV, 8. 23. 28. 44. 47. 64. (in Reg. VIII, 102. in Aug. IV, 28. 44. 47.) Itaque δυοῖν, quod in genitivo IV, 127. VI, 34., in dativo II, 70. VI, 104. al. in omnibus membranis legitur (cf. Dorvill. ad Charit. p. 527.), etiam in genitivo in Thucydide qui-

quidem praeferendum videtur. De aliis scriptoribus haec monet Wasse ad IV, 23. in Praefat. Duk.: „Aristot. Rhetor. p. 27. δυοῖν ἀρχαῖν, sed ibi ex Camot. reponendum δυεῖν. Masc. apud Eurip. Hel. 652. Neut. Iob. XIII, 20. Fem. ter Antiqu. D. Halicarn. IV, 1. 26. VII, 3. Ioseph. Hudson. 1029. δυοῖν θάτερον, at Busbequii codex (licet dissimulaverit Editor) δυεῖν. et p. 1031. πρὸ δυεῖν ἡμερῶν Busbequ. Rhed. et p. 1056. ms. Bigot. δυεῖν ἕνεκα. Polyb. VI, 558. δυεῖν δὲ στρατοπέδων ὄντων. Idem, notante Suida, δυεῖν ἡμερῶν et δυεῖν θάτερον. Aretaeus 57, 25. τοῖν δυοῖν, sed G. δυεῖν." Cf. Lehm. ad Lucian. Dial. Mort. XVI. — De δυσίν vid. Buttm. Gr. max. §. 70. not. 8. ** Ad p. 49. De τοιοῦτο et τοιοῦτον difficile est iudicatu, atque utrumque ferendum videtur. Vulgo VII, 86. βασανιζόμενοι διὰ τὸ τοιοῦτον, ταραχήν etc. et VII, 87. διὰ τὴν μεταβολὴν καὶ τὸ τοιοῦτον ἀπέθνησκον, sed utroque in loco Cass. Aug. Reg. τοιοῦτο. Contra τοιοῦτον servant libri II, 50. III, 39. VI, 60. VII, 21. VIII, 81., in quibus omnibus locis sequitur vocalis. I, 132. in τὶ τοιοῦτον προεπιστάλθαι Cass. Aug. rursus τοιοῦτο. VI, 33. in τὸ τοιοῦτο ξυμβῆναι Cl. Reg. Gr. al. τοιοῦτον. Cf. Thom. M. in Τοιοῦτον. Τοσοῦτον ὅ,τι II, 88. Add. Bornem. de Epil. Cyrop. p. 5.

Heteroclita. Ad p. 50. M. Tam ὁ σκότος quam τὸ σκότος bene dicitur. Vid. Interprr. Moerid. p. 354. sq. Utrumque habet Xenophon. (vid. Sturz. Lexic.), utrumque etiam Thucydides. Nam II, 4. legimus ἐν σκότῳ, ubi unus Cl. σκότει, quod in omnibus libris reperitur VIII, 42., ut ἐκ τοῦ σκότους III, 23.

Ad p. 53. M. Grammaticorum vanis disputationibus de Σῶος et Σᾶς adde duos locos Photii, p. 366. Σᾶ, τὰ σῶα λέγουσι μονοσυλλάβως. καὶ τὸν σῶον σᾶν, καὶ σῶοι σοῖ. παρὰ δὲ Θουκυδίδῃ δισυλλάβως σῶοι, et p. 414. Σᾶ, μονοσυλλάβως, οἱ σῶοι. καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ· οἱ δὲ συνηθέστερον γράφουσι σῶοι. Quae inter se pugnantia conciliare frustra

conatus est Schleusner. Cur. nov. in Phot. p. 392. Scilicet Thucydides, plane ut consentaneum erat, in nominativo pluralis ἀῶοι scripsit I, 74., sed in accusativo singularis σῶν III, 34., quī soli sunt loci, in quibus hoc vocabulum in nostro scriptore exstat.

De verbo. Ad p. 60. sqq. M. *Futurum Atticum* nonnunquam spernitur. Ἀρκέσειν I, 93. Et sic etiam in Xenophonte. Sed νομίσειν VIII, 48. e libris corrigendum. Vicissim etiam verba in οω contractionem pati intellexi-mus cap. XIII. aa. ζζ.

Augmentum. Verbum Ἀναλίσκω plerumque quidem etiam in Thucydide caret augmento; legimus tamen ἀνηλοῦντο III, 81., ἀπανηλώθη II, 13. Ita etiam in Xenoph. Vid. ad Cyrop. I, 4, 5.

Augmento temporali in verbis Βούλομαι et Μέλλω Thucydides usus non videtur. Nam quum innumeris locis ἐβούλετο, ἐβούλοντο, ἐβουλήθησαν, scribatur, alterae formae, si excipimus I, 34. et II, 42., ubi e libris mutandae sunt, quantum meminimus, tantum II, 5. in bonis et II, 2. VI, 79. in plerisque omnibus libris reperiuntur. Ἤμελλον, quod rarum etiam in Xenophonte (quanquam Sturzius in Lex. male dicit: „In Xenophontis libris semper scribitur ἤμελλον;“ alterum enim in Cyrop. aliquoties suppeditant Guelf. et Par. Vid. disp. de dial. Xenoph.), semel tantum exhibent Thucydidis libri. Sed in Δύναμαι quanquam Ἐδύνατο frequentius est, tamen haud raro Ἠδύνατο legitur, I, 3. (Venet. F. ἐδ.) 4. (Cl. Venet. m. et F. ἐδ.) 130. 138. II, 33. (Ar. Chr. D. ἐδ.) IV, 55. 48. 129. VII, 25. VIII, 108. al. — Verbum εἰκάζειν apud Thucydidem non habet augmentum (II, 54.), ut apud alios quosdam Atticos scriptores. Vid. Moer. et eius Interprr. p. 182. Fluctuant libri in Aesch. Sept. ad Theb. 430., sed ibi ᾗ ut praeferatur suadet locus Suppl. 291. In Sophoclem formam per ᾗ Brunckius nonnunquam invitis libris intru-

sisse videtur. Cf. Electr. 652. In Xenophonte Sturzius semper per ει scribi dicit; vide tamen Schneid. ad Anab. V, 4, 11. — Verbis per ευ incipientibus Thucydides non addit augmentum. *Εὗρον* I, 20., *εὑρῆσθαι* I, 21., *εὑρίσκετο* I, 22., *εὕροντο* I, 58. (Hic quidem optimi libri *ηὕροντο*, et V, 42. Cass. Aug. *ηὗρον*. Sed vide II, 6. IV, 79. VI, 44. 42. VII, 78. al. „In hoc verbo augmentum non ponitur.“ Seidl. ad Eurip. El. 380. Add. Porson. Advers. p. 152.) Pariter *εὐθύνθη* I, 95., et composita ex *εὖ*, ut *εὐνομήθη* I, 18., *εὐτύχει* IV, 79., ubi pauci codd. *ηὐτύχει*, quae forma IV, 117. nonnisi e Par. F. enotatur, *εὐτρεπίζοντο* IV, 123., unde quod II, 18. scribitur *ηὐτρεπίζοντο*, corrigendum. Etiam in Xenophonte scripturae per ηυ rara sunt vestigia, vel in verbo *εὔχεσθαι*, in quo augmentum probatur Buttmanno Gr. max. §. 84. 6. not. 5. Vid. disp. de Xenoph. dial. Grammatici de hoc augmento vel addendo vel adiiciendo non eadem tradunt. In Herodiani fragmento, quod Pauwii Phrynicho subiectum est, p. 202. legimus, *Ηὐξάμην καὶ εὐξάμην, ηὐδόκουν καὶ εὐδόκουν, καὶ ὅσα ἀπὸ τοῦ ευ ἄρχονται.* Sed in eiusdem Herodiani fragmento ab Hermanno edito p. 314. ita scribitur: *Ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες ηὐξάμην καὶ φύχόμην, λόγῳ τοιούτῳ· ὅσα ἀπὸ τῆς ευ διφθόγγου ἄρχεται ῥήματα, ταῦτα τηρεῖ τὴν ευ δίφθογγον καὶ ἐπὶ πάντων τῶν χρόνων — τὰ δὲ ἀπὸ τῆς αυ ἀρχόμενα τρέπεται εἰς τὸ ηυ, αὐλῶ, ηὔλουν, αὐχῶ, ηὔχουν.* Ex hoc atque illo loco conflatum est aliud Herodiani fragmentum in Piersoni Moeride p. 460. *Ηὐξάμην, καὶ εὐξάμην, ηὐδόκουν καὶ εὐδόκουν, καὶ ὅσα ἀπὸ τοῦ ευ ἄρχονται· ηὔλουν δὲ καὶ ηὔχουν, ὡς ἀπὸ τοῦ αὐλῶ καὶ αὐχῶ.* Ita enim haec verba scribenda esse existimamus. Cum iis, qui scripturam per ευ probant, facit Suidas in *εὐλόγησα*· sed *ηὐξάμην* dici iubet Moeris p. 175. Conferri etiam potest Fischer. ad Weller. II., p. 280. — In plus-

quamperfecto augmentum haud raro omittit Thucydides. *Καταπεπτώκει* IV, 90. atque ita e libris restituendum *πεπτώκεσαν* I, 89., *γεγένητο* V, 14., *πεπόνθεσαν* in codd. optimis VII, 71., *ἀναβεβήκεσαν* III, 23. Cf. VII, 4. 44. (ubi vid. Duk.) VIII, 85. V, 10. semel *προκεχωρήκει* et semel *προὐκεχωρήκει* legitur. In plusquamperfecto verbi *ἵστημι* maxime incertum, utrum *ἑστήκει* an *εἱστήκει* scribendum sit. *Καθεστήκει* legitur IV, 33. VII, 13., in plerisque libris etiam IV, 26. 78. et 80., in quibus locis Reg. et Mosqu. *ει* scribunt, atque in Cass. Aug. et Reg. VII, 29.; *ἀφεστήκει* in Cass. et Reg. VII, 7.; *ξυνεστήκει* IV, 96., ubi solus Mosqu. *ει*. Sed longe frequentius *εἱστήκει*, et simplex I, 89., et composita *ἀφειστήκει* V, 57. (*H. ε*) VIII, 100., *καθειστήκει* I, 101. II, 49. VIII, 38. al., *περιειστήκει* V, 73. atque in Aug. et aliis libris etiam VI, 61., *προειστήκει* III, 70., *ξυνειστήκει* I, 90.

De optativo. Atticas formas quanquam frequentat Thucydides, communes tamen non spernit. *Προσχωροῖ* IV, 105. (*προχωροίη* II, 5. *ὑποχωροίη* IV, 10.) *Δοκοῖ* II, 69. 100. III, 16. (*δοκοίη* IV, 11.) Sed aoristi optativi tertia persona pluralis semper in *ειαν* finiri videtur. (Cass. tamen *ἐξελάσαιεν* VI, 28.) In passivo reperiuntur etiam solutae formae tertiae personae *σφαλείησαν* II, 45. *πεισθείησαν* III, 42. *γνωσθείησαν* VI, 64., ut non omni ex parte vera sint quae Buttmannus scripsit Gr. max. p. 472. † et p. 526. not. 10. et Matthiae p. 255. 7. Quae omnia valent etiam de Xenophonte. (*Ἀναλωθείησαν* Cyrop. II, 1, 8.)

Optativus medii verbi *τίθημι* dubium videri potest utrum per *οι* an per *ει* scribendus sit; illud tamen maiorem habet auctoritatem. *Ἐπίθοιντο* VI, 11. Vett. edd. *οῖντο*, Cl. et depravv. *εῖντο*. *Ξυνεπίθοιντο* VI, 10. Aug. Gr. *οῖντο*, depravv. *εῖντο*. *Ἐπιθοίμεθα* VI, 34. Depravv. et a correct. Aug. *ει*. *Προθεῖτο* VIII, 85., sed Pal. *προ-*

θοῖτο, Aug. προθοιτο. Simpliciter *Πρόοιντο* I, 120., ubi Reg. et depravv. *πρόειντο*. Hinc etiam in coniunctivo recte scribitur *Πρόησθε* I, 71. *Ἐπιθωνται* I, 64., neque audiendi Cass. Aug. Pal., qui I, 33! *Καταθῆσθε* exhibent et IV, 71. *Ἐπιθῆται*. Sed coniunctivus verbi ἵστημι per circumflexum scribitur. *Καθιστῶνται* I, 44. V, 56. 44. *Ἐφιστῶνται* III, 82. *Ἐπανιστῆται* Cass. Aug. V, 23. *Καθιστῆται* III, 56., ubi depravv. *καθίστ.* Atque ita III, 40. *Ἀφιστῆται*, ubi Ar. Chr. vett. edd. *ἀφίστ.* *Ἐνίστηται* tamen VIII, 69. in omnibus libris, sed male. Cf. Buttm. Gr. max. §. 107. not. 35.

Ad p. 82. M. *Plusquamperfectum*, quod in Thucydide per η scribi dixit Panaetius, in tertia quidem persona semper ει habet in omnibus libris, praeterquam quod ad ᾔδη ducit scriptura codicum ᾔδη II, 53., quanquam vel hoc verbum alibi ᾔδει scribitur III, 22. 113. V, 54. VI, 27. Prima autem persona omnino non reperitur in hoc scriptore. Add. Buttm. Gr. max. §. 97. not. 14—16.

Praeterea de *imperfecti verbi εἰμί tertia persona pluralis* dicendum. De qua Suidas s. v. ἦα habet haec. *Ἦια διευλλάβως σὺν τῷ ι γραφόμενον· οἱ γοῦν Ἴωνες ἦια λέγουσι, καὶ ἦισαν τὸ ἦεσαν. καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ οὕτως ἀναγνωστέον. ἀκμάζοντές τε ἦισαν ἐς αὐτόν. οἱ Ἴωνες ἦεσαν καὶ ἦσαν.* In his nonnulla corrupta esse manifestum est, quum et sibi invicem et iis, quae aliunde nota sunt, repugnent. Photius, qui eadem habet p. 47., in verbis Thucydidis rectius scribit ἦισαν, id est ἦσαν, in postremis autem cum Suida consentit, in quibus Hermannus legendum monet ἦεσαν καὶ ἦισαν. Cum his Grammaticis faciunt etiam Zonaras, Lexic. biblioth. Coislin. p. 234., scholiast. Ruhnk. p. 161. Vid. Bast. ad Gregor. Cor. p. 784. De ipso illo loco Thucydidis, qui est I, 1, et in quo ἦσαν (ex εἶναι) suppeditant nostri libri, in notis disputabitur; nunc tantum monemus,

si verbum εἶναι ibi reponendum sit, non ἦσαν, sed, ut iam innuit Goellerus ad Dion. de comp. verb. p. 178., ἦεσαν scribendum esse; nam haec forma in caeteris omnibus Thucydidis locis exstat. Vide, ut ex maxima exemplorum multitudine paucissima afferamus, II, 3. III, 107. 111. 113. Fisch. ad Weller. II, 508. et Buttm. Gr. max. §. 108. p. 561.

Ex particulis ξύν, ἕς, ἕνεκα iam adfuerunt. Ἐάν tum sic plene tum ἤν, non autem ἄν pronuntiasse videtur Thucydides. Hoc enim ter solum in eius libris reperitur, IV, 46., ubi praecedit ὥστε, cuius τ eandem literam in ἐάν absorbere potuit, et in Pal. D. plena forma servata est, VI, 13. 18. Ἄν etiam poetis Atticis nonnulli abiudicarunt (vid. Herm. ad Vig. p. 823.), sed, ut videtur, male. (cf. Schaef. ad Soph. Oed. R. v. 1062. et in Ind. ad Odyss. p. 147.) In Xenophonte frequens est. (Vid. Sturz. Lex. Xen.)

In his igitur omnibus Thucydides quanquam nonnulla habet ab aliis scriptoribus Atticis aliter instituta, tamen ab Attica dialecto omnino non recedit. Sed reperiuntur etiam apud eum quae Ionicae potius aut adeo Doricae dialecto convenire nonnullis videantur. Quae quidem ne huic scriptori crimini vertantur, iam contemplanda sunt. Huc primum pertinent aliquot solutae formae pro contractis: ex substantivis Βορέας II, 96. III, 4. 23. al. (Βοῤῥᾶς VI, 2.; utrumque etiam Xenophon) Μαλόεντος et Μαλόεντα III, 3. Σολόεντα VI, 1. (sed Ἁρματοῦντα s. Ἔρμ. VIII, 101., Ἐλαιοῦντα 104., ut Selinuntem taceamus) ex adiectivis σύνοων VI, 64. in optimis libris (quod satis defendet Schaeferi observatio ad Gregor. Cor. p. 481.), τριακονταέτης V, 14. (quum alibi semper τριακοντούτης scribatur. Cf. Sturz. de Dial. p. 47. et Buttm. Gr. max. §. 71. not. 7.) ex verbis πλέει IV, 28., quod in πλεῖ mutandum (quanquam πνέει legitur Lucian. Dial. Deor. XI.) Tum ἤ,

ubi ᾱ exspectant, in ἠνήν, quod Ionicum dictum a Schneidero in Lexico Gr. et Xenophontis libri exhibent Cyrop. III, 2, 1. et usurpat Thucydides V, 47. VIII, 58. Sed Ἐφύρη, quod pro Ἐφύρη (per ῑ subscr.) restituerunt I, 46., scribendum erat Ἔφυρα (non Ἔφυρα cum accentu in prima syllaba, ut ante Boeckhium legebatur Pind. Nem. VII, 55. Heyn.), quemadmodum scriptum est in Strabone aliisque Atticis. Et Χαιρωνία atque Κορωνία, quae huc refert schol. Pal. I, 113., commenta sunt Grammaticorum. Deinde si ad flexiones nominum et verborum te convertis, non haerebis in Πύθεω II, 29., memor quippe eorum, quae vel in vulgaribus Grammaticis de hoc genitivo dicuntur. Add. ad Xenoph. Cyrop. I, 2, 1. Idem valet de Dorico genitivo in ᾱ, qui frequentior etiam in Doricis nominibus propriis. Ἰθωμήτα I, 103. Λέρδα in Cass. I, 59. Κλεαρίδα V, 11. et semel etiam cap. 10. (Κλεαρίδου V, 6. et semel 10.) Βρασίδου quum alibi (IV, 83. 108. 132.) legatur, Βρασίδα tamen invenies in Reg. et aliis nonnullis libris IV, 127. In tertia declinatione nomina quaedam propria flectuntur in ιος. Ἀφύτιος I, 64. Ubi schol.: Ἰωνικῶς εἶπεν Ἀφύτιος. ἔδει γὰρ διὰ τοῦ δ. Γοάξιος IV, 107. Κνίδιος V, 51., ubi vid. not. (Contra cavendum apud Doricos scriptores, ne in his formas in ιος restituendis modum excedamus. Quis enim praeter Brunckium in Theocrito sollicitet Δέλφιδος II, 21., et similia, quum Δάφνιδος et alia plura toties ibi legantur.) In verbis de ἐφθάρατο et similibus, de quibus vide Matth. Gr. p. 254. not. 1., item de σημῆναι, quod non debebat Ionicum appellare scholiasta ad I, 72. (vid. Buttm. Gr. max. §. 101. 4. not. 5. et nos ad Xenoph. Cyrop. IV, 5, 36.), superest tantum πεμπῶντες III, 59., pro quo in marg. recte πεμπηκότες scribitur, quod invenies VI, 34.; pauca, quae poetica putantur, de quibus vide infra cap. XX.; et si quae patria populi cuiusdam dialecto afferuntur, ut ἐμωχέτας δαίμονες in rebus Boeotorum IV, 97.

(cf. Suid. et Phot.) atque ἀργυρέα εὐλάκα εὐλάξειν in oraculo Lacedaemoniis dato V, 16. Ex hoc genere sunt foedera Lacedaemoniorum atque Argivorum Dorica dialecto scripta, de qua nonnulla addenda. Ubi tamen brevitatis eo magis studiosos nos esse oportet, quo magis exigua ea est pars Thucydidis, in qua haec dialectus regnat. Afferamus igitur ea potissimum, quae ad diversas formas dialecti Doricae discernendas aliquid conferant. Quas quum diu non distinguerent viri docti, dici vix potest, quantum in Pindari et Theocriti maxime dialecto constituenda erraverint. Primus has tenebras fugavit Hermannus in libello De dialecto Pindari, sed, quod hic ibi fert iudicium p. IV.: „E Dorica dialecto tantum adscivit Pindarus, quantum et ad dictionis splendorem et ad numerorum commoditatem idoneum videretur, repudians illa, quae aut interioris essent, aut vulgaris, aut certis in locis usitati Dorismi;“ id de tragicorum potius in choricis carminibus sermone dictum velimus; nam in Pindaro aliquantum labefactatur his foederibus. Etenim dialecti Doricae, qualis vulgo putatur, formae eae, quibus Pindarus abstinet (vid. Herm. l. l. p. XI. sqq.), fere omnes etiam ab his foederibus absunt. Non ζ in iis mutatur in δ (sed scribibitur ἐρίζειν, δικάζεσθαι), non ἐλθεῖν in ἐνθεῖν. Neque in hoc vel aliis infinitivis ειν transit in εν vel ην. Tum genitivus secundae declinationis in ου finitur, non in ω. Nam ut ἄλλου atque ter Πελοποννάσου legitur, ita idem etiam quarto in loco et bis Ἐπιδαύρου libris iubentibus restituendum. In accusativo pluralis quidem aliqua differentia, quatenus in Thucydide articulus et nomina propria habent terminationem ως, sed αὐτονόμους et βουλευσαμένους retinent ους. Reliqua autem similitudo iam iubet nos quaerere, qui factum sit, ut sermo Thucydidis cum Pindaro, neque vero cum Theocrito consentiat. Quod si ageretur de poeta, hunc existimares Pindarum imitatum

esse, ut fecit is, cuius aliquot carmina in Theocriti Idyllia recepta sunt. De Theocrito enim, cuius dialectus adhuc plane neglecta iacet, nunc hoc saltem obiter monuisse sufficiat, antequam quis singulas res tractet, debere eum examinare, quale dialecti genus sit in quoque carmine. Nequaquam enim omnia carmina, quae Theocriti nomen praefixum habent, eadem dialecto scripta sunt, sed alia Dorica, alia Ionica, atque Doricae dialecti rursus in hac ipsa carminum collectione duo reperiuntur genera. Quod quum fugeret eos, qui Theocritum ediderunt (praeterquam quod Id. XII. Ionicum esse iam pridem intellectum est) saepissime in carmina plane Ionica Doricas formas intulerunt. Cuius rei auctor potissimum Wartonus habendus, quem saepius, quam decebat, secuti sunt Valckenarius et praecipue Brunckius. Expellendae igitur Doricae formae iubentibus libris ex Id. XVI. XVII. XXII. XXV. XXX. Ut autem sentias, quantum differat duplex Doricae dialecti genus, compares unum ex undecim prioribus vel etiam tertium, quartum aut quintum et decimum carmen, in quibus Sicula dialectus invenitur, cum vigesimo quarto vel septimo, quae ad Pindari imitationem scripta sunt, et, quum librorum scripturam revocaveris, eas Doricas formas, quas in Pindaro et Thucydide deesse vidimus, ne in his quidem Idylliis XXIV. et XXVII. deprehendes. Sed Theocriti dialectum plenius examinare non huius est loci. In foedere autem publico Lacedaemonii et Argivi, elegantiae minime, sed patriorum institutorum maxime studiosi, non possunt cogitari alia dialecto usi esse, quam quae vulgo recepta erat. Quae quum Pindari sermoni simillima sit, a Theocrito autem recedat, ille Doricam dialectum, qualis in ipsa Graecia, hic, qualis in Sicilia erat, secutus esse existimandus est. Verum hoc quoque nunc mittamus; iam enim revocamur ad scriptorem nostrum, quem postquam

pure scripsisse docuimus, an etiam perspicue sciat dicere, nunc tempus est perpendere.

Cap. XIX. Thucydidis sermonis B) perspicuitas, quatenus inest in vocabulorum affinis significationis servato discrimine et obsoletorum, novatorum, ambiguorum atque omnino obscurorum non temere admisso usu. Adduntur pauca de sermonis Γ) urbanitate.

Sermonis perspicuitas primum multum adiuvatur, si ubique aptissima verba eliguntur, ideoque discernuntur vocabula, quae vulgo vocant synonyma. Iam Thucydidi tribuit quidem Marcellinus §. 36. ἀκριβολογίαν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι, in qua Prodicum Ceum exemplo ei fuisse credit; sed eam tamen neglectam iudicant in vocabulo Πρόφασις, quod oppositum habens αἰτίαν de vera causa dicitur, non de praetextu 1, 23. Τὴν μὲν ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ — αἱ δὲ ἐς τὸ φανερὸν λεγόμεναι αἰτίαι cf. II, 49. Similiter tamen etiam alii scriptores hoc vocabulum usurpant. Vid. Sturz. Lex. Xenoph. Minus etiam reprehendi potest, quod πόστιν ἐρωτᾷν coniunctum legimus, quanquam Grammatici, ut Ammonius, ἐρωτᾷν et πυνθάνεσθαι, atque inde derivata verba discernunt. Cf. Creuzer. Symbol. et Mythol. t. I. p. 43. sq. ed. pr. Sed in his discernendis non semper accuratos esse scriptores, docuit iam Dukerus. Vitii autem suspectum, quod, quum alibi apud Thucydidem semper distinguantur διέκπλοι et ἔκπλοι, atque illud de certo quodam modo pugnandi in proeliis navalibus (von einem Seemanoeuvre), de quo vid. schol. ad I, 49. et II, 89., dicatur, hoc *enavigationem* s. *eruptionem* significet, semel tamen VII, 69. fin. in loco etiam aliis de causis dubio illud pro hoc positum est. Eo maiore

diligentia usus est scriptor noster in distinguendis vocabulis Ἐπιμαχία et Συμμαχία I, 44., ubi vid. not. atque V, 48. (quanquam hoc discrimen non semper servat, vid. III, 70.) atque iis, quae de migrationibus populorum atque coloniis deducendis dicuntur. Nam ἀπανίστασθαι et μετανίστασθαι ei significant *sponte emigrare in aliam regionem, sedes suas permutare;* ἀνίστασθαι (cui plerumque additum ὑπό τινος) *expelli patria* (vid. Steph. ad I, 2., qui locus ipse non repugnat constituto discrimini, quia ibi simul et voluntariae migrationes et coactae innuuntur; sed in substantivo ἀνάστασις II, 14. discrimen neglectum); ἀνοικίζεσθαι *emigrare in regionem a mari remotam* I, 7. 58.; μετοικίζεσθαι *emigrare in regionem ab aliis inhabitatam eo consilio, ut tanquam inquilinus ibi vivas* I, 2. Hinc μέτοικοι *inquilini*, ἄποικοι *coloni*. Sed ab his quo modo differant ἔποικοι, valde dubium. Nam neque quod discrimen statuit scholiasta ad II, 27. Ἄποικοι μὲν οἱ ἐν ἐρήμῳ τόπῳ πεμπόμενοι οἰκῆσαι, ἔποικοι δὲ οἱ ἐν πόλει (quae ex parte leguntur iam in schol. ad I, 12., et quibuscum consentiunt Suid. Zonar. Phavor.; sed Thomas Mag. Ἔποικος καὶ ὁ ἁπλῶς κατοικῶν ἔν τινι πόλει, καὶ ὁ ἐξελαθέντος τοῦ πρώτην οἰκοῦντος αὐτὸς ἐπελθὼν καὶ οἰκήσας.) neque quod proposuit Aem. Portus ad V, 5.: „Ἄποικοι coloni a civitate aliqua missi, deducente aliquo coloniam; ἔποικοι non ita; nam neque a quopiam mittuntur, neque aliquo deducente," verum esse potest. Probabilius quidem Schaeferus ad Apollon. Rhod. I. II. p. 339.: „Ἐποικίζειν *aedificare iuxta*, sensuque speciali, *condere urbem; quae vicinam hostilis observet, dataque occasione aggrediatur.*" Atque hoc sensu Atheniensium coloni Aeginam missi recte ἔποικοι vocantur II, 27. VIII, 69., atque Decelea ἐποικεῖσθαι dicitur VII, 27. Cf. VI, 87. Sed frustra cum his conciliare studebis locos IV, 102. V, 5. VI, 4. Mirum etiam et quale vix aliunde confirmetur discrimen inter φρούριον ποιεῖσθαι et ἐπιτείχισιν ποιεῖσθαι s. ἐπιτειχίζειν I, 142. Καὶ

μὴν οὐδ' ἡ ἐπιτείχισις οὐδὲ τὸ ναυτικὸν αὐτῶν ἄξιον φοβηθῆναι· τὴν μὲν γὰρ χαλεπὸν καὶ ἐν εἰρήνῃ πόλιν ἀντίπαλον παρασκευάσασθαι, ἥπου δὴ ἐν πολεμίᾳ τε καὶ οὐχ ἧσσον ἐκείνοις ἡμῶν ἀντεπιτετειχισμένων· φρούριον δ' εἰ ποιήσονται, τῆς μὲν γῆς βλάπτοιεν ἄν τι μέρος καταδρομαῖς καὶ αὐτομολίαις, οὐ μέντοι ἱκανόν γε ἔσται ἐπιτειχίζειν τε [καὶ] κωλύειν ἡμᾶς πλεύσαντας ἐς τὴν ἐκείνων καὶ, ἥπερ ἰσχύομεν, ταῖς ναυσὶν ἀμύνεσθαι. Qui locus, si quis alius, desperatus, et quo saepius eum relego, eo obscurior videtur. Nam primum apud alios scriptores, ut apud Xenophontem saepissime (vid. Sturz. Lexic.), ipsum φρούριον s. castellum, in hostili regione exstruitur, dicitur ἐπιτειχίζεσθαι, atque Thucydides ipse de Deceleae castelli munitione usurpat nomen ἐπιτείχισις VI, 90. At hic φρούριον quidem concedit fieri posse, sed ἐπιτείχισμα vix pacis tempore per urbem ἀντίπαλον (aequalem viribus vel aemulam ideoque alias urbes aemulas habentem) effici. Qui haec ita conciliare studuerunt, ut φρούριον δ' εἰ ποιήσονται interpretarentur „bringen sie aber *ja* ein Fort zu Stande" (Heilm.) vel „Sollten sie indessen *wirklich* irgend einen Platz befestigen" (Iacobi), addiderunt pro lubitu particulas *ja* et *wirklich*, si ille sensus exprimendus erat, adeo necessarias, ut omitti a Thucydide nullo modo possent. An igitur forte ἐπιτείχισιν ποιεῖσθαι est *moenia continua in aliquam urbem exstruere?* Sed fac ita esse; quid sibi volunt haec οὐχ ἧσσον ἐκείνων ἡμῶν ἀντεπιτετειχισμένων? Stephanus in Thes.: „Quum nos non minus contra ipsos munitiones vicissim excitarimus, s. propugnaculis adversus eos excitatis vicissim nos munierimus." Ibi ne urgeamus, activi participium requiri (quum perfectum passivi medii vim habere possit), quales sunt illae munitiones, quas Athenienses tunc, bello nondum exorto, iam aedificarunt adversus Lacedaemonios et in agro quidem hostili? Num muri ad Potidaeam obsidendam facti? At quomodo hanc ob causam difficile erat in ipsa Attica munimenta excitare? An ipsarum

Athenarum muri, qui pacis tempore aegre exstructi erant, ut supra I, 90. 91. narratum? At quomodo in hos quadrat verbum ἐπιτειχίζεσθαι, praesertim quum ἐπιτείχισις Lacedaemoniorum aliter accipienda sit? Bauerus: „Loquitur de futuro et hostium et suorum apparatu, plane ut dicere debuerit ἀντεπιτειχισθησομένων, *quum et nos castello simus immunituri.*“ Certe scribendum erat ἀντεπιτειχισόντων; at futurum Thucydides si debuit ponere, cur non vere dixit? Reiskius corrigit ἀντεπιτετειχισομένων, sed futuri exacti passivi significatio nullo modo huic loco apta est. Ipsum autem futurum tempus etiam sequentia postulare videntur, si in his vera scriptura restituitur. Nam in vulgata verbum ἐπιτειχίζειν vel per ἀποτειχίζειν et διατειχίζειν explicandum cum Stephano, vel in illud mutandum, ut placuit Reiskio; sed alteri usus loquendi, alteri codicum auctoritas obstat. Praeterea unum καί, vel quod ante κωλύειν vel quod ante ἤπερ vulgo reperitur, turbat structuram; prius igitur recte omittitur in Cass. C. atque Valla. Sed eo abiecto restant tamen reliquae difficultates, quas removere nunc quidem non possumus. Mittamus igitur haec, atque taceamus etiam synonyma quae II, 62. f. deprehendunt, ubi vid. not. Sed „I, 69. αἰτίαν Thucydides esse ait φίλων ἁμαρτανόντων, κατηγορίαν autem ἐχθρῶν ἀδικησάντων. At nemo alius ista duo distinxit unquam; Xen. M. S. 1, 2. τοῦτον Σωκράτην ὁ κατήγορος αἰτιᾶται, inimicus scil. inimicum, et Pollux iungit 4, 29. 8, 6. Si μέμψιν amicis tribuisset, *obiurgationem*, *expostulationem*, ferrem facilius. Nunc ἀποβολογήσαι videtur more suo, quo I, 71. ἀδικεῖσθαι et βιάζεσθαι distinguit: ἀδικούμενοι μᾶλλον ὀργίζονται ἢ βιαζόμενοι, quum alibi βίαν pro ἀδικίᾳ ponat, ut I, 45. extr. I, 68. Et sane *iniuriae* notio in utroque est, nisi quod βιάζεσθαι superiori viribus tribuitur, ἀδικεῖν autem pari. VII, 77. Μηδὲ καταμέμψασθαι ὑμᾶς ἄχαν αὐτοὺς μήτε ταῖς ξυμφοραῖς μήτε ταῖς παρὰ τὴν ἀξίαν νῦν κακοπαθίαις. Quomodo haec differant, viderint

periti; mihi discrimen videtur aut in addito alteri παρὰ τὴν ἀξίαν, aut ξυμφοραὶ de proeliis adversis, κακοπάθειαι de incommodis in terra infesta et egestate summa, morbo etc. intelligendae." BAUER. Etiam discrimen inter ἐπανάστῆναι et ἀποστῆναι III, 39., ubi Cleon de Mitylenaeis dicit, Οὗτοι ἐπανέστησαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν, fere nimis subtile est, quanquam imitari id ausus est Dio Cassius.

Sed praeter diligentiam in vocabulis, quorum similis est notio, discernendis perspicuitatis causa secundo loco postulamus etiam ab uno quoque scriptore, ut vocabulis utatur, eo tempore, quo vivit, notis, abstineat igitur et obsoletis et temere novatis atque omnino obscuris et ambiguis. Sed eam ipsam ob causam, quia hoc ab optimo quoque scriptore servari volumus, omnium eodem tempore viventium et eodem dicendi genere utentium scriptorum Graecorum his quoque in rebus patet magnam esse oportere similitudinem; et qui has leges migrarit, fere eodem iure, quo qui barbare vel soloece scripsit, ex classicorum scriptorum numero removendus videtur. Ad quem quum Thucydidem pertinere omnes concedant, vel hac de causa, quod ei proprium est, in his rebus, quae modo recensitae sunt, non magis quam in grammaticae legibus violatis quaerendum videtur. Accedit quod pleraque verba, quae in Thucydide exstant, eodem sensu etiam a Platone, Xenophonte et aliis eiusdem aevi Atticis scriptoribus dicta inveniuntur. Sed vel sic fuerunt, qui Thucydidem hic tam multa novasse existimarent, ut inde eius libris propria quaedam indoles nasci videretur. Nam Dionysius p. 791. et p. 793. ei tribuit dictionem partim obsoletam (ἀπηρχαιωμένην), partim novam (ξένην) atque audacem, et omnino obscuram intellectu (δυσείκαστον τοῖς πολλοῖς) et explicatione indigentem (γλωσσηματικήν). Et Marcellinus p. 730. Ἐφευρετής, inquit, ἐστὶ καινῶν ὀνομάτων. τὰ μὲν γάρ ἐστιν ἀρχαιότερα τῶν κατ' αὐτὸν χρόνων — τὰ δ' ἴδια — καὶ ὅσα ἄλλα παρ' ἄλλοις μὲν οὐ κεῖται, ὑπ' αὐτοῦ

δὲ λέληκται. Sed in his criminibus apparet quam facile Dionysius et Marcellinus, multis saeculis post Thucydidem viventes, decipi potuerint. Qui poterant quidem scire, quod sua aetate obsoletum, quod inusitatum atque obscurum erat, male vero ex suo tempore multo antiquiora iudicabant, quibus saepe longe aliter res se habebant. Neque ex eo, quod ab aliis illorum temporum scriptoribus vocabulum aliquod non usurpatum est, sequitur, insolens fuisse. Nam ex his scriptoribus paucos tantum novimus, et saepe notiones quaedam rerum tam raro ibi obviae sunt, ut vocabula, quibus significantur, in uno alterove tantum libro legi non mirum sit; atque etiam in iis notionibus, quae frequentioris sunt usus, fors saepe tam mire regnat, ut in eligendis vocabulis, aeque bonis unum prae altero plerisque probetur. Neque reprehendi potest, si quis, praesertim qui non vulgo sed peritioribus, non aequalibus sed posteris libros suos dedicavit, aut vocabula, quae ab aliquo tempore e sermone vulgari evanescere coeperunt, sed per se apta sunt, revocat, aut etiam analogiae leges sequens nova ipse primus infert, modo ne temere et immodice hoc faciat. Quae si reputaverimus, non stolide invehemur in Thucydidem, sed vocabula, ob quae eum vituperant, diligentius contemplabimur. Sunt autem haec potissimum.

Vocabula, quae obsoleta, vel omnino parum usitata et difficilia intellectu iudicantur.

Dion. H. p. 793. habet haec Ἀφαιφνές (Thuc. I, 19. 52. al.), Περιλογισμός vel, ut Reg. 1. 2. scribunt, Ἐπιλογισμός, Περιωπή (IV, 86. cf. Suid. et Phot. Lex.), Ἀναχωχή (I, 40. 66. IV, 38.)

Ex his duo, Ἀφαιφνής et Ἀναχωχή, ab ipso Dionysio usurpata esse, monuit Sylburgius. Quod permovit editores, ut in Thucydide Ἀνοχωχή scribi iuberent. Pro qua scriptura (per ō) maxime pugnat Ammonius de differ. vocab.

p. 16. *Ἀναχωχὴ καὶ Ἀνοκωχὴ διαφέρει. ἀνακωχὴ, ἡ ἐπὶ τῶν νεῶν ἀναχώρησις· ἡ δὲ διὰ τοῦ ō Ἀνοκωχή, ἀνοχὴ μικρὰ πολέμου* (cf. Valcken. Animadvv. p. 23. sqq.) et Bekker, Anecdd. p. 406. *Ἀνοκωχὴν διὰ τοῦ ō τὴν ἀνοχὴν λέγουσι· πολὺ δέ ἐστι παρὰ Θουκυδίδῃ:* etiam literarum ordo apud Phot. s. v. *παρακοχή* (D. *παρακωχή*, l. *παροκωχή*) p. 291. Sed Thucydidis libri et in *ἀνακωχή* et in *διακωχή* tuentur scripturam per *ā*, et ridiculus esset Dionysius, si hoc vocabulum nonnisi ideo intellectu difficile dixisset, quod a Thucydide per *ō* scriptum esset. Imo illum in multis, etiam quae reprehendit, nostrum scriptorem imitatum esse iam supra alicubi notavimus (cf. infra Steph. de Dion. imit. Thucyd.), et omnino in omnibus, quae de eo scripsit, exemplar viri inconstantis et critici inepti exhibuit. Ceterum vocabulo *Ἀκραιφνής* usi etiam sunt Euripides, aliquot historici, quorum fragmenta servavit Suidas s. h. v., Heliodorus (vid. not. ad Hesych.) et alii recentiores (vid. Henr. Steph. Thes.). *Ἀνακωχή* autem reprehendi non posse docet Duk. ad I, 40. Quid? quod Moeris habet, *Ἀνακωχὴ, Ἀττικῶς· ἀνοχὴ, Ἑλληνικῶς.* Vid. ibi Intt., item ad Zonar. et Henr. Steph. Thes. Ex his duobus vocabulis in reliqua facilis erit conclusio. Et *περιλογισμός* quidem vel *ἐπιλογισμός* omnino non legitur in Thucydidis libris (vid. Duk. Praefat.), neque aliud compositum ex nomine *λογισμός* quam *ἀναλογισμός* (III, 36. VIII, 84.), quod commune est ei atque Xenophonti et Demostheni, sed Grammaticis offensioni fuisse inde patet, quia et a Polluce et a Thoma e Thucyd. notatur. *Περιωπή* denique, quanquam alio sensu, (ut *speculam* significet,) habet iam Homerus et alii haud pauci (cf. Abresch. Dilucc. Thuc. p. 455.), et eandem, quam Thucydides, significationem tribuit ei Agathias. (Vid. Suid.)

His Photius et Suidas s. v. *Περιωπή* addunt *Πίσυνοι* (nam ita pro *πισύνη* apud Phot. legendum) et *Πύστις*. Prius, quod II, 89. V, 14. legitur, in usu esse optimis scriptoribus

ribus docuit Dukerus ad posteriorem locum. Add. Ind. ad Eurip. Idem valet de *Πύστις*, de quo vid. Intt. ad I, 5. Add. I, 138. III, 82. Nec spernunt vocem Aeschylus, Aristides aliique, quos laudat Abresch. Dilucc. Thucc. p. 138.

Tum Marcellinus Vit. Thucyd. §. 52. haec enotavit, quae dicit *ἀρχαιότερα τῶν καθ' αὐτὸν χρόνων: Αὐτοβοεί, Πολεμησείοντες, Παγχάλεπον, Ἀμαρτάδα, Φακέλους ὕλης. Αὐτοβοεί*, frequens in Thucydide, et Moeridi probatum, ex prioribus scriptoribus habent haud pauci. Vid. Intpp. ad Moer. De *Πολεμησείω* et similiter flexis verbis *Ἀπαλλαξείω* et *Παραδωσείω* sufficiet laudasse Intpp. ad Thuc. I, 33. et ad Moer. p. 14. *Παγχάλεπος* non legitur in Thucydide, neque aliud ullum post *παγ* incipiens vocabulum praeter *παγκράτιον*, quanquam alia quaedam composita ex *πᾶν* non respuit noster scriptor, ut docebit Poll. VI, 162. Ceterum *παγχάλεπος* probum vocabulum, ut patet e Sturz. Lexic. Xenoph. Nec magis in Thucydide reperitur *Ἀμαρτάς*, vocabulum Ionicum, non tamen omnino spretum Atticis. Vid. Dion. Hal. Antiqu. p. 1805. et Steph. Thes. Denique *Φάκελλοι* (per duplex enim λ vocabulum scribunt fere omnes Thucydidis libri) *ὕλης* et *φρυγάνων* a multis scriptoribus dicta. Vid. Intpp. ad Thuc. II, 77. et ad Moer. p. 393. sqq.

Sequuntur recentiores, e quibus Neophytus Ducas vituperat voc. *Στασιασμός* IV, 150., quod bis sine ulla reprehensione commemorat Pollux et habet etiam Aristoteles. Plura huc refert Heilmann. Opusc. vol. II. p. 176. sqq. Ea sunt *Πανδημεί* (I, 90. VI, 68.), quo tamen utuntur Herodotus, Xenophon, Demosthenes, Diodorus aliique. *Διακωχή* (III, 87.), antiquioribus satis ignotum, sed ex analogia vocabuli *ἀνακωχή* formatum, frequentat Dio Cassius. De *Πανοικησία* abunde dixerunt Duk. ad III, 57. et Intpp. ad Moer. Insolentius videtur *Αὐτόδεκα ἐτῶν* (nam ita divisim cum Reg. scribendum. Vid. Schneid.

Lex. Gr.) διελθόντων V, 20. Compara αὐτόετες et Henr. Steph. Thes. Sed Σχολαιότης II, 18., commemoratum etiam Polluci, nihil habet offensionis. Διαφυγγάνειν VII, 44., quod rarioris usus dicit Wasse, pariter atque similia composita, ut καταφυγγάνειν apud Aeschinem, qui habet etiam illud ipsum διαφυγγάνειν, exemplis confirmavit Abresch. Πολυανδρεῖν Strabo, Plutarchus, Dio Cassius ponere non dubitant. De ὁ Παράλογος sufficient dicta ab Interprr. ad I, 78. et ad Thom. M. Non multum diversum Μετάμελος VII, 55., quo utitur etiam Dio Cass. Add. Poll. Κάθεξις III, 47. et Διάφευξις III, 23. (cui simile Κατάφευξις VII, 38. 41.) non displicuerunt eidem Dioni Cassio, et prius ne Aristoteli quidem ignotum. Ἀγώνισις V, 50. plane ex analogia formatum, teste Abreschio frequentatum a Procopio, neque plane idem quod ἀγών; nam ἀγών *certamen*, ἀγώνισις *certatio*.

Vocabula, quae Thucydidis propria dicuntur. Scholiastes huc refert Διαγνώμη I, 87. (cf. III, 42. 67.) At vid. Tittm. ad Zonar. p. 512. Ξύλωσις II, 14. Vid. ibi Interprr. Μαρτύριον I, 33. Ridicule. Vid. Intt. ibi et ad Thom. M. Πρέσβευσις et Καταβοή, quae scholiasta ad I, 73. commemorat, inter poetica refert Dionysius, ideoque infra tractabuntur. Καταβόησις autem, quod his duobus addit scholiasta, in Thucydide non legitur, et scholion ipsum hac in re vitium contraxisse videtur. Cf. Koen. ad Greg. Cor. p. 50.

Marcellinus §. 52. praeter Κωλύμη, quod etiam a scholiaste ad I, 92. huc tractum poeticis annumeratur a Dionysio, habet Ἀποσίμωσις, quod oportet scribi Ἀποσιμώσας, et tum ab Intt. ad IV, 25. tum a Schneid. in Lex. Gr. illustratum est; atque Ἀποτείχισις, quod, quum Ἀποτειχίζειν et Ἀποτείχισμα a multis usurpata sint, haud dubie ipsum in usu fuit, atque e Polyaeno saltem laudatur a Schneid. Pollux quanquam saepe vocabula quaedam Thucydidis auctoritate stabilit, non tamen ea huic soli tribuenda contendit.

Sed Thomas M. *Ἀκρατία, Ἀδυνασία καὶ Ἀνοητία παρὰ Θουκυδίδῃ μόνῳ.* Primum in Thucydide pariter atque in aliis probis scriptoribus, qui potius *Ἀκράτεια* et *Ἀκρασία* dicunt, frustra quaeres. De *Ἀδυνασία* dictum ab Intt. ad VII, 8. Add. Bekk. Anecdd. I, p. 345.: *Ἀδυναμία ἑρεῖς, ὡς Δημοσθένης* (et Xenophon aliique), *καὶ Ἀδυνασία, ὡς Ἀντιφῶν καὶ Θουκυδίδης, καὶ Ἀδυνατία, ὡς Δεινίλοχος. Ἀνοητία* rursus in Thucydide non invenitur, quanquam hic alia vocabula ita flexa non respuit, ut *Ἀχρηματία* I, 11. (pro quo scholiastae habent *Ἀχρημασία*, sed illud multis scriptoribus probatum. Vid. Actt. Monacc. II, 3. p. 461.), cui simile est *Ἱκετία* in cod. Pal. I, 24., pro quo tamen *Ἱκετείαν* retinendum esse docet reliquorum librorum et hic et III, 67. consensus. Add. Bekk. Anecdd. I. p. 44. et p. 100. it. Piers. ad Moer. p. 29. Pro *Γυμνητία* e codd. *Γυμνητεία* scribendum VII, 57. — De *Ἐκπλήγνυσθαι* Thomae commemorato vid. Intt. ad IV, 125. Amat Thucydides verba in *υμι*, ut *Ἀποφράγνυμι* dixit VII, 74.

Ex recentioribus Neophytus Ducas ad VI, 98. de voc. *Οἰκοδομία:* „*Οὕτως*“ inquit „*ἐχρήσατο καὶ ἀλλαχῇ* (I, 93. II, 65. cf. Bekk. Anecdd. I. p. 110.) *τῇ λέξει κατὰ τὸ ἑαυτοῦ ἰδίωμα ἀντὶ τοῦ Οἰκοδομῆς.*“ At quale hoc Thucydidis *ἰδίωμα?* Scilicet Neophytus sacros libros videtur diligenter legisse, in quibus frequenter invenitur voc. *Οἰκοδομή*, quum probati scriptores, ut Xenophon et Diodorus, cum Thucydide dicant *Οἰκοδομία.* Itaque scholiasta August. Thucyd. ad I, 92. adeo scribit, *Οἰκοδομὴ οὐκ εἴρηται.* Cf. Phryn. Thom. M. Suid. et alii Lexicographi veteres.

Huc pertinere etiam videbantur *verba, quae in Lexicis nostris plane desunt.* E quorum numero sunt praeter dubias formas *Ἀχρημασία* et *Ἱκετία* paulo ante appositas imprimis haec. *Ἀντίδειξις* in libris III, 42., et ibi certe multo aptius vulgato *ἐπίδειξις. Διπλασιοῦσθαι* I, 69. Doricum *Ἐκβάω* in foedere Lacedaemoniorum et Argivorum V, 77. (ubi, quominus *ἐκβάντας* pro *ἐκβῶντας* scribatur cum

Reg., impedit ratio temporum.) *Ἐνναυπηγέω* e libris reponendum I, 13. *Θάρσησις* VII, 49. Vid. ibi Intt. Doricum *Κοινανέω* in altero foedere Lacedaemoniorum et Argivorum restituendum V, 79. Vid. supra *Προεξάρχειν* e libris reponendum VIII, 25. *Τπερεκβάλλειν* codd. VIII, 104. Quae verba omnia patet secundum analogiae leges vel derivata vel composita esse, ita ut plurimis etiam alios scriptores usos esse non dubitemus. Male autem aliquis huc referat *Διαβούλομαι*, quod e Thucydide enotant Suidas et Zonaras interpretantes *ἀναπείσω*, legendum apud eos *Διαβουλεύομαι* (II, 5. VII, 50. al.)

Hic vero, ut iis, qui Lexicorum emendandorum hodie cupidi sunt, nos quoque aliquid utilitatis afferamus, alia quaedam e Thucydide et Xenophonte subiungere placet. *Διανάπηδᾶν* Xenophonti e libris per nos restitutum Cyrop. I, 4, 4. *Ἐναλαζονεύεσθαι* habet schol. Aug. Thuc. VI, 12. *Ἐξαπαντᾶν* exhibent Xenophontis codd. Cyrop. III, 3, 24. *Ἐπιπατακλείειν* e Lexicis expungendum, quum unus locus, quo nitebatur, Cyrop. IV, 1, 18. e libris correctus sit. Idem iudicamus de *Μετεκβιβάζειν*, quod in *Μετεμβιβάζειν* vel *Μεταβιβάζειν* mutandum e Thucydidis membranis VIII, 74., et de *Προεδιώκειν*, quod e Thuc. VI, 70. fluxit, ubi *Προδιώκειν* iure scribunt libri. *Κατάλοχος*, quod e Thucydide afferri dicunt, non legitur apud eum. Multorum vocabulorum, quae dubia vocantur a Schneidero in Lex. Gr., auctoritas Thucydide nititur. Valet hoc de *Ἀντιπαραλυπεῖν*, quod locus a Schneidero ipso annotatus adeo tuetur, ut dubium appellari nullo modo possit; de *Ἐκτειχυᾶσθαι* VI, 64., *Πλάνησις* VIII, 42., *Προπαραβάλλεσθαι* e libris restituendum VII, 5. (quum contra expungendum sit, quatenus quidem e Thucydide enotatur, *Προσπαραβάλλεσθαι*), *Προσπαρέχειν* I, 9. *), *Προσσυνοικεῖν* VI, 2. (*Προσπαραινεῖν*

(*) Add. *προσπαρακαλεῖν* II, 68., Schneidero dubium visum, ex Polybio nuper allatum ad Strabonem t. VII. p. 204. *G. Dindorf.*]

Dio Cass. LXII, 8., προσκαταπρήθειν id. cap. 17. προσκαταπλήσσειν XXXIX, 44. συμβοήθεια ib. 51.) Συνδιαγιγνώσκειν II, 64. Προσανῆει, quod Steph. in Append. Thes. e Thucydide afferri dicit, quum Schneideri Lexicon v. Προσάνειμι plane careat, legitur VII, 44.

Vocabula nota, quae vel plane nova vel certe rariore significatione a Thucydide usurpantur.

Horum multa habet Heilmann. p. 165. sqq., ex quibus praecipua consideremus. Ἔφοδοι, quod apud alios *aggressionem*, *impetum* significat, apud Thucydidem etiam ἐπιμιξίαν („den Verkehr", quod I, 146. expressum: ἐπεμίγνυντο καὶ παρ' ἀλλήλους ἐφοίτων) denotare I, 6. V, 35., quid mireris, quum omnino *aditus*, *accessus* notio in eo insit tam ex origine vocabuli quam ex usu scriptorum, is vero pro temporum ratione vel hostilis vel amicus esse possit. Εὐήθειαν sensu bono (III, 83. not.) multi dixerunt. Vid. Wesseling. ad Diod. Sic. t. I. p. 383. et Valcken. ad Herodot. p. 269. Ἀναπνεύζειν notione *amoliendi* (omnia, quae aderant, ut χρήματα, etiam rudera IV, 116., ubi ridicule multi interpretantur *reficere*) longe frequentius dixerunt Attici scriptores quam *restaurandi* notione. Vid. Schneid. Lex. Καταλύειν V, 25. VIII, 58. et καταλύεσθαι I, 81. IV, 18. V, 15. 17. al., ita ut sit διαλύεσθαι, *reconciliari*, plurimi usurparunt, e quibus solum Xenophontem; Aristidem et Dionem Cassium nunc nominamus. Notum etiam, ὀργὴν *ingenium*, *animi affectus* significare. Interprr. ad I, 130. et 140. Aeque constat, ἀρετὴν etiam certa quaedam genera virtutum denotare, maxime *beneficentiam*; et si idem nomen in quibusdam locis valet *virtutis existimatio*, I, 33. not., ne hoc quidem insolens. Cf. Goeller. Acti. Monacc. II. 2. p. 217. Ἐξαλείφειν, de hominibus dictum III, 57., est metaphoricum verbum ibi ob oppositum ἀναγράψαι in oratione Plataeensium egregie admissum (Τοὺς μὲν πατέρας ἀναγράψαι ἐς τὸν τρίποδα τὸν ἐν Δελφοῖς δι' ἀρετὴν τὴν πόλιν, ὑμᾶς δὲ καὶ ἐκ παντὸς τοῦ

Ἑλληνικοῦ ἐξαλεῖψαι), quae loquendi ratio in Latino verbo *delere* in communem linguam recepta est. Ἀποκριθῆναι *dirimi* in pugna, *discedere* IV, 72., pro usitatiore διακριθῆναι (I, 105.), iam in Homero invenitur. Οἰκία autem cur non etiam de *villa*, quatenus ipsum aedificium sub hac intelligitur, bene dicatur I, 14. 17., plane nescimus. Pariter in particulis nonnulla insolita videntur Heilmanno, quae satis usitata sunt, ut significationes formulae ἐν ᾧ, *quamdiu*, *dum* I, 21. II, 11., et potissimum ἐν ᾧ μή, *nisi*, *wo nicht*, *wofern nicht* III, 84. VI, 55.; et magis etiam quod ὥστε ponitur pro *hac conditione*, *ut* I, 29. cf. Matth. Gr. p. 661.; vel ὅμως ita usurpatum, ut sententia, cui oppositum est, suppressa sit. Vid. infra sub Breviloquentia. Ad nomina ut redeamus, θήκη II, 52. non est idem quod ταφή, sed quod τάφος, *locus*, *in quem inferuntur mortui*, *sepulcrum* (quatenus hoc vocabulo etiam *rogus* denotari potest); qui notus est eius usus. Cf. ibi Abresch. et Sturz. Lex. Xenoph. Minus etiam commemorandum erat ξυμφορά ita positum, ut notio *infortunii* desit I, 140., neque aliud quid quam *eventum* significet. Vid. Schneider. Lex. et Schaef. ad Dion. de comp. p. 10. Addimus alia quaedam: Ἀμφίβολος pro *undique ictus*, ut Thucydides, ita etiam Arrianus dixit. Vid. not. ad Thuc. IV, 32. et Schneid. Lex. Ἐκστρατεύεσθαι V, 55. notione *finire expeditionem* usu praepositionis ἐκ in aliis verbis compositis defenditur. Ἐξοικεῖν II, 17. in vv. Τὸ Πελασγικὸν, ὃ καὶ ἐπάρατον ἦν μὴ οἰκεῖν, ὅμως ὑπὸ τῆς παραχρῆμα ἀνάγκης ἐξῳκήθη. Ubi Gottleb.: „Pro ᾠκήθη.“ Verius Bauerus: *impletum fuit habitaturis*, *omne frequentatum*. Κατασκευάζεσθαι („sich häuslich einrichten“) ib. in vv. Κατεσκευάσαντο δὲ καὶ ἐν τοῖς πύργοις τῶν τειχῶν πολλοὶ, καὶ ὡς ἕκαστός που ἐδύνατο. Schol.: Κατασκευὰς ἐποιήσαντο καὶ οἰκήματα, ἢ ἀντὶ τοῦ κατέλυσαν τὰ σκεύη, ὧν ἐναντίον τὸ ἀνεσκευάσαντο. (I, 18.) Vid. Schneid. Lex. Gr. et Sturz. Lex. Xenoph. in ἀνασκευάζεσθαι et κατασκευάζεσθαι.

Notiones vocabulorum, quae Lexicographis nostris vel plane neglectae, vel non satis confirmatae sunt.

Ἀξίωσις, significatio vocabulorum III, 82. — *Ἀνέλπιστος qui spem recuperavit* VI, 17., si scriptura sana. Vid. not. — *Ἄποροι*, vi activa, *οἱ εἰς ἀπορίαν καθιστάντες* (schol. Thuc.). Suidas: *Ἀπορώτατος, πρὸς ὃν οὐδένα πόρον ἔστιν εὑρεῖν· οὕτως Ἰσαῖος.* Atque sic etiam Thucydides IV, 32. — *Δεύτερος* pro *ἕτερος, alter* III, 49., ubi vide not. — *Διαβάλλεσθαί τινι, invidiam concipere in aliquem, inimicum esse alicui*, mit gehässiger, argwöhnischer Gesinnung gegen iemand erfüllt werden, VIII, 81. 82. ubi vid. not. et, si codicum scriptura restituitur, 109. Cf. Wessel. ad Diod. Sic. t. I. p. 104. et Plat. Phaedon. p. 51. Heind. — *Ἐπιπαρεῖναι, insuper adesse* I, 61. — *Ἔφοδος*, de quo iam paulo ante dictum. — *Παρείκειν.* „Dicitur et impersonaliter, *ὅπῃ παρείκοι, quum (quocunque) daretur occasio.*“ Steph. in Thes. Locus est III, 1., ubi schol. interpretatur per *ἐνεδέχετο καὶ ἐνεχώρει.* Add. Abresch. in Dilucc. ad IV, 56. — *Περίνοια* pro *περιττὸς νοῦς, περιττὴ ξυνεσία*, Ueberklugheit, III, 43. — *Συμβαίνειν* „pro *succedere* apud Thucyd. me legere memini.“ Steph. in Thes. Locus est III, 3.; *ἢν μὲν ξυμβῇ ἢ πεῖρα.* Schol. *κατορθωθῇ.* Paulo insolentior etiam hic verbi *ξυμβαίνειν* usus: *Ξυνέβη δὲ αὐτοῖς, ὥστε ῥᾷον ἐκ τῆς Πελοποννήσου στρατὸν ἐξαγαγεῖν, ἢ τῶν Λακεδαιμονίων ἐν τῷ παρόντι κακοπραγίᾳ* IV, 79.; ubi *ξυνέβη* sensum si respicimus, est *profuit*; nisi forte quis, quoniam in Ar. pro *καί* legitur *ἤ*, audacter scribat *καὶ τῇ τῶν — κακοπραγίᾳ.* — *Ὑπομιγνύναι*, per imitationem verbi *προσμιγνύναι* et similium verborum, de *appropinquatione clandestina* dictum VIII, 102. *ὑπομίξαντες τῇ Χερσονήσῳ.* Schol. *ἐγγίσαντες.*

Coniunctio plurium vocabulorum insolentior.

Ἐν καταλήψει φαίνεσθαι III, 33., qua formula in loco simillimo in notis ibi proferendo usus etiam Dio Cass.

LI, 1. Cf. ad Thuc. VI, 60. Tum quae in notis illustrabuntur ἐπωνυμίαν ἔχειν nova significatione I, 9., ἡ εὔνοια ἐποίει ἐς II, 8. etc., et τὰς ὀλοφύρσεις ἐκκάμνειν, de quo vide cap. XIV. a) cc).

Loci dubii, ambigui, obscuri non plane desunt in Thucydide. Itaque σκολιὰν, πεπλεγμένην, δυςπαρακολούθητον, δυςείκαστον καὶ τοῖς πάνυ δοκοῦσιν ἐμπείρως τοῦ ἀνδρὸς ἔχειν, omnino vero ἀσαφῆ, eius orationem appellat Dionysius p. 893. 915., et exemplis hanc obscuritatem confirmare studet tum ibi tum p. 806. sq. et p. 929. Paulo mitius iudicant Hermogenes, qui ἀσαφέστερον (περὶ ἰδεῶν l. II. fin.), et Cicero, qui *subobscurum* (Brut. c. 7.) Thucydidem vocat, et mitius etiam Marcellinus §. 50., cui ἐν μὲν τοῖς μέρεσι σαφὴς, ὑπὸ δὲ τὴν σύνταξιν ἐνίοτε ἄδηλος. Et sane Dionysius rem ultra verum auxit. Nam quod Thucydides scripsit III, 82., Ῥᾷον οἱ πολλοὶ κακοῦργοι ὄντες, δεξιοὶ κέκληνται, ἢ ἁμαθεῖς, ἀγαθοὶ καὶ τῷ μὲν αἰσχύνονται, ἐπὶ δὲ τῷ ἀγάλλονται, cuique, qui significationum adiectivi εὐήθης vel Gallorum *un bon homme* meminerit, aut hanc Iacobii interpretationem audiverit: „Denn die meisten Menschen wollen lieber für böse und klug, als für einfältig und rechtschaffen gelten; sie schämen sich des letztern, wie sie sich das andre zur Ehre anrechnen“ et verissimum et perspicuum videtur. Dionysius tamen p. 893. secus iudicat. Huic enim difficile cognitu videtur, quid denotet ἁμαθεῖς; quod si idem sit quod ἀνόητοι et ἄφρονες, hos non posse ἀγαθούς dici. Tum etiam incertum esse, αἰσχύνονται utrum spectet ad utrosque an ad solos ἁμαθεῖς. Quo quid absurdius? Cuius menti tanta caligo offusa erat, huic non mirum Thucydidis historiam Heracliti tenebris obscuriorem visam, ut ait p. 929.; sed utrius haec culpa sit, aeque patet. Nam loci p. 806. et 807. positi non magis sunt difficiles, et alter, qui de Themistocle agit, a Cornelio Nepote non tantum intellectus, sed adeo ei probatus est, ut partem horum verborum Latine in-

terpretaretur. Neque tamen negamus (quis enim hoc ausit!), esse in libris Thucydidis complures difficiles et obscuros locos. Sed parta aliqua cum hoc scriptore familiaritate plerique eatenus certe evanescunt, ut, si eos quaque ex parte consideraveris, sensum eorum certo perspicias. Meditatione tamen aliqua in multis orationibus, etiamsi eas saepe perlegeris, quoties interiecto aliquo tempore eo revertaris, semper opus erit. Neque ideo reprehendendus scriptor, qui non temporibus succisivis animum lectorum relaxare atque exhilarare, sed, ut scimus, viros cogitabundos atque utilitatem ex historiae lectione percepturos scripta sua versare voluit. (Marcell. §. 35.) Praeterea, quum ex argumento ipso multum pendeat indoles sermonis historici, ut infra declarabitur, cogitandum, belli civilis et discordiarum intestinarum temporibus animi sensus et cogitata innui magis quam aperte declarari saepe solere, et sic consulto obscuritati studeri. Caeterum si cognoscere cupis locos paulo obscuriores, non diu tibi quaerendi erunt. Adi modo orationem funebrem Periclis, descriptionem tumultus Corcyraeorum, colloquium Atheniensium et Meliorum. Plerumque autem haec obscuritas sermonis conferta brevitate (seu, ut Cicero l. l. dicit, compressione rerum, cf. Dion. p. 793.), interdum insolentiore collocatione (seu *διὰ τὸ ὑπερβατοῖς χαίρειν* Marcell. §. 56.), de qua utraque re infra dicetur, raro ipsorum vocabulorum ambiguo sensu efficitur. Hoc fit, quum unum vocabulum in eadem periodo duas satis diversas significationes habet, quod tamen semel tantum factum meminimus V, 72.; ubi substantivum *πρόσμιξις impetum hostilem*, verbum *προσμίξαι accessionem amicam et coniunctionem* significare videtur. Qui praeterea afferri posset locus V, 80., *Ἀγῶνά τινα πρόφασιν γυμνικὸν ἔξω τοῦ φρουρίου ποιήσας, ὡς ἐξῆλθε τὸ ἄλλο φρούριον, ἀπέκλησε τὰς πύλας*, in eo ne nos quidem altero loco *φρούριον* sanum iudicamus, sed cum Dukero praeferimus scriptu-

ram φρουρικόν, praesertim quum dubitatio, quae una huic supererat, hoc vocabulum nusquam alibi legi, vana sit, quum Dio Cassius, Thucydidis sermonis diligentissimus imitator, τὸ φρουρικόν plane eodem sensu dixerit.

Iam attingimus etiam ea, quae ad *urbanitatem* sermonis atque *decorum* (τὸ πρέπον) spectant. Hic pauca sufficient, quum verbis obscoenis atque ex infimae plebis sermone repetitis abstinuisse Thucydidem facile omnes concedant. Similiter *humilia* eum evitasse inter omnes constat, nisi forte Pollucem huic rei contradicere putes, qui formulam περὶ πρώτου ὕπνου, qua usus est Thucydides II, 2., εὐτελῆ appellat I, 70.; in quo cui non videbitur ineptire? Vid. Duk. ad VII, 43. Saepius idem Pollux *duritiae* accusat vocabula a Thucydide posita. Quam duritiam non plane ab eo abesse, imo ei convenire aliqua ex parte, infra declarabimus. Neque tamen ea tam inest in singulis vocabulis quam in eorum coniunctione et collocatione. Dura tamen atque aspera (σκληρὰ, τραχέα, βίαια) appellat Pollux haec: Ἀγχώμαλος VII, 71., quod satis ibi tuiti sunt Wass. et Duk. Ἀντίπαλος notione *hostis*, quo frequentissime usus Thucydides, sed pariter Xenophon, Demosthenes, Euripides, Aristophanes, Herodianus, Dio Cassius et alii multi. Διοπολέμησις VII, 42., et Καταπολέμησις, quod num et ubi legatur in Thucydide, non meminimus, nec credimus ibi inventum iri, ex verbis διαπολεμεῖν et καταπολεμεῖν, quibus multi utuntur, legitime formata sunt ob studium nostri scriptoris per substantiva loquendi, quod iam supra significatum est. Ἐπιβόημα V, 65. ex analogia nominum ἐπιβόησις, ἐκβόησις, ἀναβόησις factum et aliquoties usurpatum a Dione Cass. Ἐπικράτησις I, 41., ut ibi docuit Wasse, non sprevit Diogenes Laertius, atque bis posuit Dio Cass. Κατακράτησις et Καταγωνισμός, quae illud excipiunt in loco Pollucis (IX, 142.), non pertinent ad Thucydidem. Δούλωσις et καταδουλοῦν quum probentur Polluci, non erat

eur reprehenderet *Καταδούλωσις*, quo nomine usus est Thucydides III, 10. *Νόμισις* ut Thucydides semel V, 105. ita Dio Cassius frequenter posuit. *Ξένισις*, idem quod apud alios *ξενισμός*, VI, 46. non improbat Thomas Mag. s. v. *ξενίζω*. *Ὁμαιχμία* tuiti sunt Interpretes ad I, 18.

Multo pauciora reprehendenda visa sunt Thomae Mag. Ita s. v. *Ἀγάλλει* hoc verbum pulchrius esse dicit quam *Λαμπρύνει*, et tamen Thucydides non tantum illo, verum etiam hoc usus est, qua de re vid. Duk. ad VI, 41. Sine ulla ratione etiam ab eodem Thoma vituperatur nomen *Συνοικιός*, quo Xenophon aliique non abstinent. Add. Duk. ad VI, 22.

B. De Thucydide, quatenus historicus, ac belli quidem Peloponnesiaci scriptor est.

Cap. XX. Num poeticae et solutae orationis discrimen Thucydides servaverit. Examinantur poetica vocabula, significationes, structurae etc., item figurae.

Si, quae hactenus tractata sunt, communia erant vel saltem esse poterant omnium scriptorum classicorum, necesse est inveniri etiam quaedam, quae ad certa tantum loquendi genera pertineant, et quibus haec ipsa unum ab altero distinguantur. In qua disputatione vel statim a natura horum loquendi generum proficisci, et sublime, medium, tenue seorsum considerare, vel etiam primum ad librorum argumentum atque consilium respicere, et inde, qualis eorum sermo esse debeat, eruere possumus. Posteriorem viam si ingredimur, ut hic fieri placet, discernendus primum sermo poeticus atque pedester, de quo cf. Hermann. de differentia prosae et poeticae orationis. Quam quidem differentiam in ipsa electione vocabulorum neglectam dicunt a Thucydide, afferentes verba eorumque formas, vel significationes vel structuras, quae, quum

propria essent poetarum, tamen in Thucydidis historia reperirentur. Vid. Dion. Hal. p. 794. Marcellin. §. 41. Heilmann. p. 178. Sed in his apparet facile falli posse iudicium. Nam quanquam sane sermo pedester atque poeticus praeter alia etiam verborum delectu differunt, scilicet tamen, multa vocabula utrique communia et simul diversa orationis solutae genera, de quibus paulo post dicetur, spectanda esse, e quibus quod sublimius est et in orationibus quibusdam potissimum regnat, splendorem aliquem et poeticae orationis imitationem non tantum admittit, sed adeo flagitat. Iam quum Thucydides multas orationes historiae inseruerit, quas vel a viris ut victus et cultus magnificentia, ita sermonis splendore atque omnino vi dicendi eminentibus, quales erant Pericles et Alcibiades, vel certe temporibus, quibus Gorgias aliique eloquentes sophistae per omnem Graeciam in maximo honore erant (vid. Marcellin. §. 36.), habitas ponit, quid mirum, quod in orationibus potissimum aliquot sublimiora, rariora ideoque poetis grata vocabula haud sprevit? (Marcell. §. 56. *Τὸν Θουκυδίδην — τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις πρέποντας καὶ ἁρμόζοντας συντιθέντα τοὺς λόγους· οὐ γὰρ ἔπρεπε Περικλεῖ καὶ Ἀρχιδάμῳ καὶ Νικίᾳ καὶ Βρασίδᾳ, ἀνθρώποις μεγαλόφρουσι καὶ γενναίοις καὶ ἡρωϊκὴν ἔχουσι δόξαν* etc.) Atque ita etiam in historia ipsa ubi sermo alarior fit, ut interdum in descriptionibus proeliorum, poetici quid ei admisceatur necesse est. Vid. Creuzer. Ars histor. p. 241. sqq. Omnino tamen nullius scriptoris ingenio minus quam Thucydidi, qui poeticae rerum gestarum narrationi omnium Graecorum maxime adversatur, Homeri auctoritatem contra reliquorum Graecorum morem non pluris faciebat, quam par erat, neque verborum venociniis lectores demulcere cupiebat, poeticorum verborum convenit usus. Quare in Xenophonte multo plura huius generis inveniuntur, (vid. disputat. de Xenoph. dial.), atque haud raro Homerum imitatus est; quod fecisse etiam

Thucydidem quomodo vel credideris affirmantibus Marcellino (§. 37. *Μάλιστα δὲ πάντων ἐζήλωσεν Ὅμηρον καὶ τῇ περὶ τὰ ὀνόματα ἐκλογῆς καὶ τῆς περὶ τὴν σύνθεσιν ἀκριβείας τῆ τε ἰσχύος τῆς κατὰ τὴν ἑρμηνείαν καὶ τοῦ κάλλους καὶ τοῦ τάχους*) et scholiastae (lib. IV. fin.) vel demonstraveris? Nam nos quidem vix alium ullum scriptorem Graecum tantum ab Homero discedere iudicamus. Omnia tamen vocabula Homerica, quorum multa per Herodotum et alios scriptores Ionicos in sermonem historicorum transierant, evitare non potuit; sed horum et reliquorum poeticorum vocabulorum non magnus est numerus, et pleraque etiam alii historici Attica vel communi dialecto scribentes usurpare non dubitarunt. Idem valet etiam de poeticis, quae putantur, vocabulorum formis, significationibus et constructionibus.

Recensentur 1) *vocabula poetica*. Dionysius p. 794. ponit haec. *Κωλύμη* I, 92. IV, 27., quod aliquoties habet Herodianus. „Idem recentiores quoque adhibuerunt, ut Menander Rhet. Exc. Leg. P. 95. A.“ Abresch. *Πρέσβευσις* (ita enim *Πρεσβευσία* ex Reg. 2. et Colb. in Dionysio legendum) I, 73. (in orat.), de quo aliud exstat iudicium Gregor. Cor. p. 50., et sine reprehensionis nota bis commemoratur a Polluce. *Καταβοή* (ita enim pro *Καταβολή* e Reg. 2. apud Dion. scribendum) I, 73. (in orat.), quo ipse usus est Dionysius et cum eo alii multi. Vid. Wasse ad Thuc. l. l. *Ἀθηθῶν* II, 73. IV, 40., quo nec ipse abstinuit Dionysius nec Plato, Lucianus atque Dio Cass. *Διαίωσις* I, 142. III, 82. V, 17. al., quo pariter usus est Dionysius, et de quo plura dabit quaerenti Wass. ad VIII, 66. et Ind. ad Dion. Cass. Denique pag. 887. Dion. additur *Ἐπιτέχνησις* sive ut potius scribendum erat et fortasis etiam scriptum est, *Περιτέχνησις* III, 82. Utrumque vocabulum prosae sermonis scriptoribus usitatum, illud multis, hoc Dioni Cassio.

Marcellin. §. 52. adiicit *Ἐπιλύγξαι*, quod ex *Ἐπιλυγάξεσθαι* vel *Ἐπηλυγάζεσθαι* corruptum esse vere iudicat Stephanus; hoc ipsum autem verbum satis defendunt Intpp. ad VI, 36. et ad Moer. Att. *Ἐπηλύτης* I, 9. „habet aliquoties Procop. II. B. G. c. 18. bis. II. B. V. c. 10. et comitante genitivo I. B. G. c. 6. *οὐ γέγονα ἐπηλύτης αὐλῆς.*“ ABRESCH. Magis in usu sane *Ἔπηλυς* (vid. Duk. Ind.), quod ipsum non ignorat Thucyd. I, 29. Denique *Ἀναπῶς*. Vid. Intpp. ad VIII, 102.

Pollux I, 95.: *Τὸ Ναυβάτας ὀνομάζειν (τοὺς ναύτας) τραγικώτερον.* Et tamen ita dixit Thucyd. I, 121. VII, 75. al. Sed legitur etiam apud Plutarchum.

Thomas Mag. *ποιητικώτερον* dicit *Πεζικός* pro *Πεζός*. Perperam. Vid. ibi Interprr.

Schol. Soph. ad Electr. et Phavor.: *Ἐσθήματα καὶ ἐσθήσεις ἐν πεζῷ λόγῳ ἄχρηστα.* At vid. Duk. ad III, 58. et add. Ind. ad Dion. Cass.

Sequuntur quae recentiores attulerunt. *Ἀλπή* II, 84. III, 108. IV, 52. Ita Xenophon, Dionysius, Plutarchus, Dio Cass. *Ἀμφιδήριτος* IV, 134. Vid. Interprr. ad Moer. p. 86. *Αὐτόθι*, quod poeticum appellat Schneid. vel in recentissima editione Lexici, sed ut apud Thucydidem V, 4. VI, 50. al., ita etiam apud Xenophontem aliosque legitur. *Γεγωνίσκειν* VII, 76. Vid. Interprr. ad Moer. Ita Dio Cass., et *γεγωνεῖν* Dionys. Halic. *Ἐπετήσιος* II, 80. una cum Dion. Cass. Ex antiquo verbo *ἜΩ colloco* aoristus verbi compositi *Καθεῖσα* VII, 82. VI, 60. (in libris) et participium *Ἑσσάμενος* III, 58. (in orat.) De hoc cf. Buttm. Gr. max. §. 108. II. not. 7. *ἱρὸν εἱσάμενοι* Herodot. I, 66. *Ἧπιος* II, 59. 79. al. Usi Herodotus, Demosthenes, Plutarchus, Herodianus, al. *Κλέος* I, 10. 25. II, 45. Pariter Xenophon, Lysias, Herodianus. *Νεοχμοῦν* I, 12. (vid. Neoph. Duc.) Usi haud pauci (vid. Duk. in Ind.), etiam Dionysius. *Νῆσαι* II, 52. Herodotus, Xenophon,

Plutarchus, Dio Cass. al. *Πέλαγος* I, 10. IV, 8. 24. 53. et alibi saepe. At sic etiam Xenophon, Demosthenes, Lucianus, alii. *Περικτίονες* III, 104., ubi rem ab Homero narratam, cuius mox versiculi aliquot laudantur, ipso vocabulo significaturus erat scriptor. *Περιῤῥύτος* IV, 64. Eodem modo loquuntur Xenophon, Dionysius, Dio Cass. *Πλωΐζειν* vel *Πλωΐζεσθαι* I, 13. Hoc alios quoque prosae orationis scriptores usos esse docebit Stephani Thes. Denique *Ῥύεσθαι* V, 63., quod habent Diodorus, Herodianus aliique.

2) *Vocabulorum formae poeticae.* Non meminimus quicquam huc relatum esse praeter *δορί* I, 128. IV, 98., de quo vid. Buttm. Gr. max. Ind. nom. irregul. (Dionysius autem *δόρατι ἑλών* dixit p. 1908.), et *ἐσσάμενος*, quod paulo ante commemoratum est.

3) *Vocabulorum significationes poeticae.* *Ἀναλσχυντος* in vv. *ἀναλσχυντοι θῆναι*, quae de *alienis*, utpote *pudendis*, *sepulcris* vel *rogis* dicuntur II, 52. *Κεκμηῶτες* vel potius *κεκμηκότες* III, 59. (in orat.) notione *mortuorum*. Sed hos ad rei atrocitatem quodammodo occultandam saepe lenioribus nominibus vocari, ut *τοὺς ἀπογενομένους*, satis constat, et *κεκμηκότας* eodem modo dictum esse a Platone et Aristotele, docuerunt Iungerm. ad Poll. Onom. III, 106. et Steph. in Thes. *Κλέμματα*, quod semel *belli furta*, *στρατηγήματα*, nostro scriptori significat V, 9., et ut praecedens nomen poeticis annumeratur ab Heilm. p. 178., illustratum a Duk. Pessime vero Thomas Mag.: *Ὑφίσταμαι ἀντὶ τοῦ ὑπομένω λογογράφοι· — ἀντὶ τοῦ ὑπισχνοῦμαι δὲ ποιηταὶ, καὶ Θουκυδίδης ἅπαξ.* Vid. Duk. ad IV, 59. et Sturz. Lexic. Xenoph. *Ἀξίωσις τῶν ὀνομάτων* III, 82. (in loco de discordiis Graecorum) pro *σημασία* sane insolitum, sed an poeticum iure appelletur a Dion. p. 887., manet incertum, *Στορεννύναι τὸ φρόνημα Πελοποννησίων* VI, 18. in oratione Alcibiadis sublimitatem quandam affectantis.

4) *Verborum structurae poeticae.* Male scholiasta Thucydidis poetici quid invenit in verbis ἐν τοῖς πρώτοι δέ, quum neque ἐν τοῖς (Matth. Gr. p. 403. sqq.) neque haec collocatio particulae δέ (de qua infra dicetur) poetis propria sint. Tmeseos genere quodam semel usus Thucydides III, 12. μὴ ξὺν κακῶς (s. ξυγκακῶς, cf. Buttm. Gramm. max. §. 24. not. 4.), quod concinnitati datum in oratione ob oppositum ξυνελευθερούν. Neque fugiunt plane tmesin alii Attici prosae orationis scriptores. Vid. Matth. Gr. p. 874. et inprimis Spohn. ad Isocr. Paneg. p. 12. Alia structura, quam poeticam aliquis vocet, cernitur in pronomine αὐτός in altero membro enunciati relativi posito; sed de hac re iam dictum ubi de imitatione sermonis Hebraei agebatur (cap. XVI. extr.). Ita etiam (ibidem paulo ante) sub Pleonasmo seu potius Epexegesi attigimus imitationem simplicis illius Homerici sermonis, qui primum pronomen demonstrativum vel personale ponit, et deinde hoc explicat subiuncto nomine ipso. Dionysius p. 887. poeticae structurae specimina affert Τῶν τιμωριῶν ἀτοπία et Τὴν εἰωθυῖαν τῶν ὀνομάτων ἀξίωσιν ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει III, 82., quorum certe prius omittendum erat, utrumque autem e loco orationum instar conformato desumptum.

5) *Figurae* quoque huc pertinent, quippe quarum usu poetae valde delectentur. Sed hic locus admodum difficilis, primum quod, quo modo genera earum describenda sint, non convenit inter doctos, tum quia fere nulla est figura, quin pariter in poesi atque in prosa oratione usurpetur. (Herm. de diff. pr. et poet. orat. p. 29.) Maxime vero sublimior sermo, qualis oratorum potissimum est, figurarum usum poscit. Itaque inter Graecos eas Gorgias, Polus aliique sophistae, ut splendidiorem efficerent sermonem, receperunt in scripta pedestria. (Dion. Hal. p. 792. 808. et saepius.) Quos secuti sunt alii scriptores, atque ita etiam Thucydides figurato dicendi genere valde delectatur. Dion. Hal. p. 790. (cf. p. 867.): Ἐπὶ τῶν σχημα-

τισμῶν

τιμῶν, ἐν οἷς μάλιστα ἐβουλήθη διενεγκεῖν τῶν πρὸ αὐτοῦ, πλείστην εἰσενεγκάμενος πραγματείαν. — Et postquam deinde nonnulla commemoravit, quae ex parte iam alibi a nobis considerata sunt, pergit p. 792. (869.): Εὕροι δ' ἄν τις οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν θεατρικῶν σχημάτων κείμενα παρ' αὐτῷ, τὰς περισώσεις λέγω, καὶ παρομοιώσεις, καὶ παρονομασίας, καὶ ἀντιθέσεις. Marcellinus §. 36.: Ἐζήλωσε δὲ ἐπ' ὀλίγον καὶ τὰς Γοργίου τοῦ Λεοντίνου παρισώσεις καὶ τὰς ἀντιθέσεις τῶν ὀνομάτων, εὐδοκιμούσας κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησι. Ibid. §. 51. Ποικιλῶς ἐν τοῖς σχήμασι etc. Infra tamen hoc iudicium tantum ad verborum, non ad sententiarum figuras pertinere dicitur §. 56.: Ποικιλώτατος μὲν ἐν τοῖς τῆς λέξεως σχήμασι, κατὰ δὲ τὴν διάνοιαν τοὐναντίον ἀσχημάτιστος. Quales autem intelligat ibi Grammaticus sententiarum figuras, statim ipse significat subiiciens: Οὔτε γὰρ εἰρωνείας, οὔτε ἐπιτιμήσεσιν, οὔτε ταῖς ἐκ πλαγίου ῥήσεσιν, οὔτε ἄλλαις τισὶ πανουργίας πρὸς τὸν ἀκροατὴν κέχρηται. Etiam causam eius rei addit; quippe non decere viros magnanimos et quibus libere loquendi facultas sit, quales erant Pericles, Archidamus, Nicias, Brasidas, tecta et fraudulenta uti oratione; servasse igitur etiam hic Thucydidem convenientem singulis hominibus indolem. Atque haec quidem haud male, quanquam pugnant cum §. 53., ubi ποικίλας εἰρωνείας εἰσφέρειν dicitur Thucydides. Sed idem in aliarum quarundam figurarum, maxime metonymiae, prosopopoeiae, et oppositorum, parium vel similiter desinentium membrorum usu modum excessisse nonnullis videtur. Quas iam consideremus, initium facientes a metonymia et prosopopoeia, quas solas attigit, sed etiam latissime extendit, et copia vanorum exemplorum illustrare studuit Bauerus Philol. Thuc. p. 224. sqq. Add. lib. De Thucyd. lect. opt. interpret. discipl.

a) *Metonymia.*

α) *Antecedentis pro consequente, effectus pro causa* et inversa ratione.

Huc Bauerus refert derivatas quasdam, sed caeterum satis notas vocabulorum significationes, ut quum ἐύνασθαι significat *valere, efficere posse*, ἐδοκιμάσθη *probatum, visum est*, ἕξιν *obtinere* et *in se habere*, θυμόν *colere*, de quibus omnibus vid. Ind.; tunc substantiva quaedam in σις, quae pro substantivis in μα scripta arbitratur, plerumque male, ut in ἐλευθέρωσιν ὑπισχνεῖτο αὐτοῖς I, 139. (add. Ind. s. Ἀξίωσις, *Δικαίωσις*, *Δούλωσις* et Gail. Mémoire sur Thucyd. p. 74. sqq.); denique locos, qualis est III, 58. ἡδονὴν δόντας ἄλλοις πολίταις αὐτοὺς ἀναλαβεῖν, ubi *navis malitia* fere idem quod *malitiae crimen et invidia*; sed ita saepissime loquimur omnes. Paulo memorabilior

β) subiectorum et adiunctorum permutatio.

I, 5. Οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν τὰς πόσεις τῶν πατεπλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες. Poetae non ipsi interrogant appellentes, sed quos loquentes introducunt, eos fingunt interrogare. Verum ut ab imperatoribus saepe aliquid gestum dicimus, quod eorum milites, a regibus, quod eorum familiares et amici peregerunt; ita etiam quae scriptores per eos, quos loquentes introducunt, perficenda curant, saepe ab ipsis facta videntur. „I, 71. Ἵνα μὴ ἡμᾶς (τοὺς Κορινθίους) ἀθυμίᾳ ἐπὶ ἑτέραν ξυμμαχίαν τρέψητε (ὦ Λακεδαιμόνιοι), *ne nos desperatione ad aliorum societatem vertatis*, i. e. ne faciatis, ut nos desperantes eo vertamur. I, 142. Βλάπτουσιν ἂν καταδρομαῖς καὶ αὐτομολίαις, *noceant transfugiis*, i. e. quia nostri tunc ad eos transfugiant; hostium enim non erant αὐτομολίαι, sed eas admittebant, causamque dabant earum parti alteri. III, 59. Ἐκκαλούμεθα τοὺς κεκμηκότας μὴ γενέσθαι ὑπὸ Θηβαίοις, *rogamus ne simus sub Thebanis*, i. e. ne vos sinatis nos esse sub iis. VII, 68. Μηδὲ τὸ ἀκινδύνως ἀπελθεῖν αὐτοὺς

κέρδος νομίσαι, *neque lucrum putetis, eos abire sine periculo;* suo quidem, ut videatur? Minime; sed, quod inferant nobis: abire ita, ut nobis nil praeterea damni aut periculi inferant. (?)" BAUER. VI, 29. Alcibiadem reum oratores quidam dicunt non decere *morari* iter Siculum, quod ibi est occasionem dare, ut mora expeditioni iniiciatur.

I. 6. Τοὺς πρεσβυτέρους αὕτη ἡ σκευὴ κατέσχε, ubi σκευή personae instar seniores vinctos tenere, eos ubique sequi, firmiterque iis adhaerere videtur. Ita etiam I, 14. Ναυτικὰ τριήρεσι χρώμενα invenimus, quanquam classes ipsae proprie non possunt uti triremibus. Adde II, 18. Ἡ ἐν τῷ ἰσθμῷ ἐπιμονὴ γενομένη καὶ κατὰ τὴν ἄλλην πορείαν ἡ σχολαιότης διέβαλεν αὐτόν. III, 38. Ἀμύνασθαι τῷ παθεῖν ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον, ἀντίπαλον ὄν, μάλιστα τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει. III, 45. Ἡ ἐλπὶς καὶ ὁ ἔρως ἐπὶ παντί· ὁ μὲν ἡγούμενος, ἡ δ' ἐφεπομένη κ. τ. λ. V, 65. Δηλῶν τῆς ἐξ Ἄργους ἐπαιτίου ἀναχωρήσεως τὴν παροῦσαν ἄκαιρον προθυμίαν ἀνάληψιν βουλομένην εἶναι, ubi vid. Neoph. Duc. Haec postrema igitur προσωποποιΐας exempla, ob quam etiam Dionysius p. 803. πρόσωπα παρ' αὐτῷ ait fieri τὰ πράγματα. Add. Marcell. §. 55. Cum ea cohaerent etiam multi loci, in quibus

γ) *abstractum* pro *concreto*

positum. IV, 62. Τιμωρία οὐκ εὐτυχεῖ δικαίως, ὅτι καὶ ἀδικεῖται. I, 38. Βιάζεσθαι τὴν τούτων μετριότητα, i. e. τούτους μετρίους ὄντας. I, 37. Τὴν τῶνδε χρείαν, i. e. τούσδε τοὺς χρῄζοντας s. δεομένους, ἀπωθεῖσθαι. II, 41. Atheniensium respublica vocatur Graeciae παίδευσις, i. e. παιδεύτρια, *magistra*. Vid. ibi Duk. VIII, 64. Καὶ γὰρ καὶ φυγὴ αὐτῶν ἔξω ἦν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων παρὰ τοῖς Πελοποννησίοις pro φυγάδες ὑπὸ τῶν Ἀθ. ἐκβληθέντες. V, 23. Ἦν ἡ δουλεία ἐπανιστῆται. Ita saepe πρεσβεία pro πρέσβεις. Haec ultima etiam

in rerum gestarum narratione reperiuntur, priora fere omnia in orationibus.

Omisit Bauerus alias figuras, quas prae caeteris amat Thucydides. Hae vero sunt

b) *Paronomasiae*, *Homoeoteleuta*, *Homoeoptota*, seu vocabulorum leviter immutatorum et similiter desinentium usus. II, 62. *Μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι.* I, 33. *Προεπιβουλεύειν αὐτοῖς μᾶλλον ἢ ἀντεπιβουλεύειν.* III, 82. *Ἐπιβουλεύσας — προβουλεύσας.* VI, 92. *Διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν πειρᾶσθαι αὐτὴν ἀναλαβεῖν.* IV, 62. *Ἃ χρὴ σκεψαμένους μὴ τοὺς ἐμοὺς λόγους ὑπεριδεῖν, τὴν δὲ αὐτοῦ τινὰ σωτηρίαν μᾶλλον ἀπ' αὐτῶν προϊδεῖν.* VI, 76. *Καί μοι δοκοῦσιν εὖ Λεοντίνους βούλεσθαι κατοικίσαι, ἀλλ' ἡμᾶς μᾶλλον ἐξοικίσαι.*

Accedit saepe

c) *Parisosis* seu accurata, vel, si dicere placet, affectata membrorum aequalitas, coniuncta plerumque cum *Antithesi* seu oppositorum membrorum usu. Exempla duo suppeditat Dion. H. p. 808., unum I, 70. *Οἱ μὲν πὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ, καὶ παρὰ γνώμην πινδυνευταὶ, καὶ ἐπὶ τοῖς δεινοῖς εὐέλπιδες· τὸ δὲ ὑμέτερον, τῆς τε δυνάμεως ἐνδεᾶ παράξειν, τῆς δὲ γνώμης μηδὲ τοῖς βεβαίοις πιστεῦσαι, τῶν τε δεινῶν μηδέποτε οἴεσθαι ἀπολυθήσεσθαι*, et plura in hoc capite, in quo ipsa comparatio Lacedaemoniorum et Atheniensium civitatis huic figurae favebat. Alter locus III, 82. *Τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος, ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη· μέλλησις δὲ προμηθὴς, δειλία εὐπρεπής· τὸ δὲ σῶφρον, τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα· καὶ τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετὸν, ἐπίπαν ἀργόν*, et alia ibidem. Adde I, 144. *Γνώμῃ τε πλείονι ἢ τύχῃ, καὶ τόλμῃ μείζονι ἢ δυνάμει.* II, 40. *Φιλοπαλοῦμέν τε γὰρ μετ' εὐτελείας καὶ φιλοσοφοῦμεν ἄνευ μαλακίας· πλούτῳ τε ἔργου μᾶλλον καιρῷ ἢ λόγου κόμπῳ χρώμεθα.* Ibid. *Ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει*, et *Οὐ τοῦ ξυμφέροντος μᾶλλον λογισμῷ, ἢ τῆς ἐλευθερίας τῷ πιστῷ.* VII, 34. *Οἵ τε γὰρ Κορίνθιοι ἡγήσαντο κρατεῖν, εἰ μὴ πολὺ ἐκράτουν τοῦτο, οἵ τ' Ἀθηναῖοι ἐνόμιζον ἥσσασθαι,*

εἰ μὴ πολὺ ἐνίκων. III, 38. Τὰς μὲν Μυτιληναίων ἀδικίας ἡμῖν ὠφελίμους οὔσας, τὰς δ' ἡμετέρας ξυμφορὰς τοῖς ξυμμάχοις βλάβας καθισταμένας. Ibid. Ἐλέσθαι θεατὰ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων, τὰ μὲν μέλλοντα ἔργα σκοποῦντες ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων ὡς δυνατὰ γίγνεσθαι, τὰ δὲ πεπραγμένα ἤδη, οὐ τὸ ὁρασθὲν πιστότερον ὄφει λαβόντες ἢ τὸ ἀκουσθὲν ἀπὸ τῶν λόγῳ καλῶς ἐπιτιμησάντων· καὶ μετὰ καινότητος μὲν λόγου ἀπατᾶσθαι ἄρισοι, μετὰ δεδοκιμασμένου δὲ μὴ ξυνέπεσθαι ἐθέλειν· δοῦλοι ὄντες τῶν αἰεὶ ἀτόπων, ὑπερόπται δὲ τῶν εἰωθότων. IV, 61. Εὐπρεπῶς ἄδικοι ἐλθόντες, εὐλόγως ἄπρακτοι ἀπίασι. Cf. etiam Heilmann. de sermone Thucyd. p. 189. eq.

Iam haec omnia non forte excidisse Thucydidi, ut forsitan similis vocabulorum exitus I, 2. Φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη, sed consulto ab eó posita esse manifestum est. Ob hanc autem orationis conformationem graviter reprehensus est a nonnullis. Nam Dionysius hos vocat σχηματισμοὺς μειρακιώδεις (p. 808.), ψυχρούς (p. 929.). Gravius etiam in Thucydidem invehitur Reiske in Praefatione ad orationum Thucydidis interpretationem vernaculam, cuius sermo nimis est lepidus, quam quem Tibi, Lector, invideam. Loquitur igitur ita: „Machte Thucydides seine schlechten und einfältigen Streiche nicht wieder mit grossen und wunderbaren gut; und stünde er nicht schon in einem Rufe, der ihn wider Schmachreden sichert; und hätte ich selbst nicht ihn so lieb, dass ich seine Fehler lieber zu-, als aufdecken will: so würde ich ihn ohne alles Bedenken einen Sophisten, einen abgeschmackten frostigen Sophisten aus des Gorgias Schule, einen unerträglichen Antithetenkrämer nennen. Warlich er ist es gar oft. Klingt gleich dieser Ausspruch von ihm in mancher Ohren gar zu hart ——, so weiss ich doch gar wohl was ich sage, und dass die Wahrheit mich hierin nie Lügen strafen werde. Thucydides ist der Vater der Witzlinge, die mit ihren Pointen, mit ihrem weibischen Spielwerke und

Getändel den Leser bis zum Bersten und zum Ersticken zermartern. Mein Gott, welch ein Zwang beim Thucydides in Worten und Gedanken! Keine mathematische Figur kann sorgfältiger mit Zirkel und Reissfeder nach abgemessenen und sich auf einander beziehenden Verhältnissen entworfen seyn, als in diesen Reden die ersten und letztern Abschnitte der Perioden mit einer ängstlichen Beobachtung des *Ebenmasses* und des Gegensatzes auf einander passen. Was die Mathematiker zur Prüfung der Gleichheit der Linien und Winkel vorschlagen, dass man sie über einander legen solle, das liesse sich füglich auch mit den colis der Thucydideischen Perioden versuchen. Das war eins. Das zweite: die ewigen *Antitheta*, die gar kein Ende nehmen wollen. Zeile auf Zeile, Schlag auf Schlag folgen sie hinter einander. Sie lassen einen gar nicht verschnaufen. Kaum wird man in den Reden irgendwohin tüpfen, da man nicht ein Antitheton treffen sollte. Warlich ein so kindisches und läppisches Gezier kann ich mit einem so erhabenen, richtigen und erleuchteten Geiste, der aus dem Ganzen hervorleuchtet, nicht zusammenreimen. Welch eine seltsame Zusammenfügung des Guten und Schlechten, welch ein unbegreiflicher Irrthum in der Wahl an einem sonst feinen Geschmack. Ein alter Staatsmann von Einsicht und Erfahrung wirft noch als ein Schulbube mit rhetorischen Fratzen um sich. Ein Mund der Weisheit stösst in einem Othem ein unerträgliches Gewäsch aus, und trägt mit der grösten Würde die verborgensten Lehren der Klugheit vor, die aus der Tiefe der Bekanntschaft mit dem täuscherischen menschlichen Herzen herausgeholt sind. Vielmals bin ich ihm beim Lesen und beim Uebersetzen gram geworden!“ Heu miserum nescio utrum dicam Thucydidem an Reiskium! Sed cogitandum, multa ex his Antithetis et isocolis aptissimo loco posita esse, maxime ubi civitates vel homines, quorum ipsa indoles opposita est, com-

parantur, (ut iam supra exemplo quodam declaravimus); et nonnullos horum locorum adeo miram habere suavitatem, ut qui ex I, 144. (ubi vid. schol.) et VII, 34. prolati sunt. Reliqui autem omnes nunquam in narratione rerum gestarum, sed in orationibus et iudicio de seditionibus Graecis, quae pars libri III. plane ad orationum naturam conformata est, reperiuntur. Eloquentiam autem si talem ostendere voluit scriptor, qualis tunc re vera erat et ab omnibus aestimabatur, ob Gorgiae auctoritatem, in orationibus quidem hoc figurato sermone utendum erat. Ita idem placuit Tacito, quoniam eius et Quintiliani aetate rhetorum scholae apud Romanos florebant, et talis artificiosus sermo in honore erat.

Praeter eas tamen, quas modo diximus, figuras, praetereaque anacolutha et hyperbata, de quibus infra agetur, haud multas alias in Thucydide deprehendes, quae notandae videantur. Polysyndeto egregie usus scriptor I, 80. *Τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ξύμφυνται, πλούτῳ τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ, καὶ ναυσὶ, καὶ ἵπποις, καὶ ὅπλοις, καὶ ὄχλῳ.* Sed haec et similia vel facile cuique probantur vel rarissimi sunt usus, ita ut melius in notis de iis futurus sit sermo. Vid. Index s. v. schema.

Cap. XXI. E pedestris sermonis generibus historicum expenditur, et quae eius sint virtutes praecipuae, primum generatim ex natura historiae eruitur, et quatenus in Thucydidis libris inveniantur, quaeritur. Consideratur maxime alacritas et vigor sermonis (*τὸ παθητικὸν καὶ τὸ γραφικόν*) cum praesentis temporis usu pro praeterito atque structura πρὸς *τὸ σημαινόμενον*; item oratio varia atque inaequalis.

Nunc vero ipsum historicum dicendi genus quale sit, videndum est. Quod quidem praeter tres elocutionis vir-

tutes, quas omnibus scriptoribus communes diximus, puritatem, perspicuitatem et urbanitatem, alias quasdam sibi proprias habet. Etenim hoc quidem facile patet, in historia non, ut in declamationibus et aliis scriptis sophisticis vel in pulchri sensu excitando atque alendo versantibus, res verborum, sed verba rerum causa adesse, ideoque vocabulorum sensum potius spectandum esse quam formam. Sed praeterea si rem gestam et viros ipsos, per quos gesta est, vere et accurate describere vis, necesse est eam aut videris, aut tam claram eius notionem animo informaveris, ut, quanquam absens et fortassis multis annis post vivens, tamen cernere omnia mente videaris; nam quod ipsi clare non cogitavimus, multo minus alios perspicue possumus docere. Atqui si ita omnibus rebus nos quasi interesse opinamur, etiam tota orationis conformatio pro natura harum rerum diversa sit oportet. Quod vel insciis nobis fit, et praeterea ineptum esset, si quis de rebus iucundis et laetis aspero atque tardo, vel de diris et tristibus molli atque hilari sermone uteretur. Ex his duae, quae maximae videntur, elocutionis historicae prodeunt leges, *ut et scriptoris animum rerum, quas narrat, cogitatione plane impletum significet, et omnis color eius earundem rerum naturam referat.* Quibus legibus et praecepta atque licentias quasdam, quae ad omnes libros historicos pertinent, discimus; et pro diversa rerum indole etiam uti ideoque aliquot classes sermonis historici distinguere docemur. Initium fiat a communibus illis praeceptis et licentiis.

1) Desideramus igitur primum in historia subinde narrationis vigorem et alacritatem, sive quod Graece melius dicas τὸ γραφικὸν καὶ παθητικὸν τοῦ λόγου. Nam si scriptor ipse res quasi cernit iisque commovetur, quid magis consentaneum est, quam ut easdem vivis coloribus depingat! Cf. Voss. Ars histor. c. XXVIII. Hanc vero vir-

tutem Thucydidi concedendam esse, ipse scribit Dionysius p. 776., ubi eum ad affectus exprimendos (τὰ πάθη δηλῶσαι) meliorem dicit Herodoto, et p. 870., ubi aliis Thucydidis sermonis coloribus enumeratis inprimis huc referri vult τὸ παθητικόν. Etiam Plutarchus in Nicia scriptorem nostrum παθητικώτατον καὶ ἐνεργέστατον appellat, et quibus in rebus insint hae eius virtutes, ipse exponit in libro de Gloria Atheniensium p. 567. R. his verbis: Ὁ Θουκυδίδης ἀεὶ τῷ λόγῳ — ἁμιλλᾶται — οἷον θεατὴν ποιῆσαι τὸν ἀκροατὴν, τὰ γινόμενα περὶ τοὺς ὁρῶντας ἐκπληκτικὰ καὶ ταρακτικὰ πάθη τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἐνεργάσασθαι λιχνευόμενος. ὁ γὰρ παρὰ τὴν ῥαχίαν αὐτὴν τῆς Πύλου παρατάττων τοὺς Ἀθηναίους Δημοσθένης (IV, 9. sqq.), καὶ ὁ τὸν κυβερνήτην ἐπισπέρχων Βρασίδας ἐξοκέλλειν, καὶ χωρῶν ἐπὶ τὴν βάθραν, καὶ τραυματιζόμενος καὶ λειποψυχῶν καὶ ἀποκλίνων ἐς τὴν παρεξειρεσίαν· (cap. 11.) καὶ οἱ πεζομαχοῦντες μὲν ἐκ θαλάττης Λακεδαιμόνιοι, ναυμαχοῦντες δὲ ἀπὸ γῆς Ἀθηναῖοι· (ibid.) καὶ πάλιν ὁ ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων, ἰσοῤῥόπου τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας, ἄλαστον ἀγῶνα καὶ σύνταξιν (lege vel σύντασιν vel σύστασιν) ἔχων διὰ τὰς συντάξεις, ὡς συνεχὲς (corruptum ex ἔς τε τὸ συνεχές vel καὶ διὰ τὸ συνεχές) τῆς ἁμίλλης καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς συμπνέων· (VII, 71.) τῇ διαθέσει καὶ τῇ διατυπώσει τῶν γινομένων γραφικῆς ἐναργείας. Compares omnem descriptionem huius ultimae in Sicilia pugnae navalis, et in antecedentibus profectionem classis in Siciliam VI, 32., Plataeensium obsidionem et ex urbe eruptionem l. II. et III., proelia navalia Phormionis l. II. fin. et pestilentiae saevitiam. Add. Marcell. §. 51. Cavendum autem historico, ne modum in his descriptionibus excedat, quod efficeret, ut nihil nisi vim sermonis ostentare velle et historia neglecta suas res agere videretur. Quod crimen evitasse Thucydidem monet Lucianus de conscrib. hist. §. 57. Caeterum sermonem in eiusmodi locis ob ipsam alacritatem ad poesin propius quam alibi accedere, sed ne sic quidem in eam mu-

tari posse, iam praecedente capite animadvertimus. Egregie ea de re dixit Lucianus l. l. §. 45.

2) Quoniam vero scriptorum animo res praeteritae tanquam praesentes obversantur, *licet etiam iis uti praesente tempore pro praeteritis*. Hinc ortum praesentis historici nomen, hinc usus coniunctivi pro optativo post praeterita (vid. cap. XII. bb. δδ.), in quibus praesentis et aoristi, coniunctivi et optativi adeo nullum discrimen, ut ab uno ad alterum in eodem verborum nexu fiat transitus. Quae Thucydidis locis declarata sunt paullo post sub 4) f. g., eique magis quam aliis quibusdam historicis usitata. Hinc etiam in libro περὶ ὕψους dicitur τὰ παρεληλυθότα τοῖς χρόνοις εἰςάγειν ὡς γινόμενα καὶ παρόντα.

3) Quum historicus hoc sibi propositum habeat, ut facta declaret, ideoque is optime rem instituisse existimandus sit, qui, si per linguam, qua utitur, fieri licet, ita scribit, ut totus non in verbis, sed in sententiis locorum versari videatur; quum etiam saepe concitatior fit sermo historicus, et rerum multitudine districtus et ad sequentia properans praecedentium obliviscatur: factum, ut historici Graecorum saepius quam alii pedestris sermonis scriptores utantur *structura* κατὰ τὸ σημαινόμενον, qua verba quaedam ad ea, quae cogitata, non ad ea, quae posita sunt, accommodantur. Cernitur ea maxime in frequentibus *anacoluthis*, *tam rhetoricis, quam grammaticis*, seu *confusione duarum loquendi rationum*. Exempla vide supra pag. 93. 94. 108. sqq. 112. 116. 118. 122. 126. 127. 134. 149.

4) Neque aliter explicanda *Oratio variata et inaequalis*, quae frequens est in Thucydide, et ob quam ποικιλώτατος vocatur quum ab aliis tum a Plutarcho in Nicia. Namque haec oratio non tam cernitur in verborum ele-

ctione, ut ibi, quemadmodum alii nonnulli scriptores, magnam vocabulorum copiam seu ubertatem ostenderit. Fecit quidem hoc quoque aliquoties, ut in *cunctationis* vocabulo II, 18., ubi vid. Wass., et in verbis τεκμήριον δέ, παράδειγμα δέ, σημεῖον δέ, μαρτύριον δέ, δηλοῖ δέ, τεκμηριοῖ δέ, quae ad eandem rem significandam omnia usurpantur in prooemio. Sed in aliis tantum abest ut huic verborum ubertati studuerit, ut eandem sententiam saepius redeuntem et per se ornatu non dignam vel plane iisdem vel simillimis verbis exprimat. Hinc toties legitur καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα, καὶ — ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε, ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου, στήσαντες τροπαῖον, ἀνελόμενοι τοὺς νεκροὺς ὑπασπόνδους, et ubi de pugna velitum, modo incursantium in hostem modo se recipientium, agitur, fit hoc simillimo modo II, 79. III, 97. IV, 32. VII, 79. Sed oratio variata inest potius in vocabulorum forma sive structura, ut, ubi enunciatum aliquod e duobus vel pluribus membris constat arete inter se cohaerentibus, non eligatur una structura quae omnibus inserviat, sed ab alia ad aliam fiat transitus, quo oratio varia, sed interdum etiam iis, qui nondum ei assuefacti sunt, subobscurior fit. Sunt autem huius variatae orationis, quam Tacitus quoque amat (vid. Lips. ad Annal. XII, 26.), genera plurima.

a) *Numeri variati.* Plurima exempla iam supra commemorata p. 93. 96.

Add. I, 73. Ἀκοαὶ μᾶλλον λόγων μάρτυρες ἢ ὄψις (ita codd.) τῶν ἀκουσομένων. II, 81. Εἰ μὴ λόγοις (ita codd.) πείθοιεν, ἔργῳ πειρῶντο τοῦ τείχους. cf. III, 66. Vicissim Cl. II, 41. Οὐ λόγου ἐν τῷ παρόντι κόμπος τάδε μᾶλλον ἢ ἔργων ἐστὶν ἀλήθεια. (Cf. Porson. ad Eurip. Phoen. p. 283. Lips.) Ita V, 27. de iisdem foederibus semel σπονδαὶ καὶ ξυμμαχία (cf. V, 25. 46. 79. 80. et ὅρκοι καὶ ξυμμαχία V, 48.), semel vero σπονδαὶ καὶ ξυμμα-

χίαι (cf. V, 48.) legitur VII, 8. de legatis a Nicia Athenas missis ad perferendam populo epistolam primum pluralis ponitur οἱ πεμπόμενοι, mox singularis ἄγγελος.

b) *Casus.* Vide supra pag. 114. 120. 127. 130.

Add. IV, 87. Προσεῖναι δέ τί μοι καὶ κατὰ δύο ἀνάγκας τὸ εὔλογον· τῶν μὲν Λακεδαιμονίων, ὅπως μὴ τῷ ὑμετέρῳ εὔνῳ βλάπτωνται· οἱ δὲ Ἕλληνες ἵνα μὴ πωλύωνται ὑφ' ἡμῶν δουλείας ἀπαλλαγῆναι. VI, 35. Τῶν Συρακοσίων ὁ δῆμος ἐν πολλῇ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν, οἱ μὲν, ὡς οὐδενὶ ἂν τρόπῳ ἔλθοιεν οἱ Ἀθηναῖοι, οὐδ' ἀληθῆ ἐστιν ἃ λέγει· τοῖς δὲ, εἰ καὶ ἔλθοιεν, τί ἂν δράσειαν αὐτοὺς, ὅτι οὐκ ἂν μεῖζον ἀντιπάθοιεν. ἄλλοι δὲ καὶ πάνυ καταφρονοῦντες ἐς γέλωτα ἔτρεπον τὸ πρᾶγμα. VI, 24. Ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ὁμοίως ἐκπλεῦσαι· τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις, ὡς ἢ καταστρεψομένοις ἐφ' ἃ ἔπλεον, ἢ οὐδὲν ἂν σφαλεῖσαν μεγάλην δύναμιν· τοῖς δ' ἐν τῇ ἡλικίᾳ, τῆς τε ἀπούσης πόθῳ ὄψεως καὶ θεωρίας, καὶ εὐέλπιδες ὄντες σωθήσεσθαι· ὁ δὲ πολὺς ὅμιλος καὶ στρατιώτης ἐν τῷ παρόντι ἀργύριον οἴσειν. Minus insolita verba VII, 13., ubi simul participium abiit in verbum finitum, Τὰ πληρώματα — φθείρεται, τῶν ναυτῶν, τῶν μὲν — ἀπολυμένων· οἱ δὲ θεράποντες αὐτομολοῦσι· καὶ οἱ ξένοι οἱ μὲν etc. Vide plura infra sub modis. VI, 91. fin. Καὶ τὰς τοῦ Λαυρίου τῶν ἀργυρείων μετάλλων προσόδους, καὶ ὅσα ἀπὸ γῆς καὶ δικαστηρίων νῦν ὠφελοῦνται, εὐθὺς ἀποστερήσονται, μάλιστα δὲ τῆς ἀπὸ τῶν ξυμμάχων προσόδου ἧσσον διαφερομένης. III, 82. §. 6. Οὐ γὰρ μετὰ τῶν κειμένων νόμων ὠφελείας αἱ τοιαῦται ξύνοδοι, ἀλλὰ παρὰ τοὺς καθεστῶτας πλεονεξίᾳ, nisi ibi ὠφελείᾳ scribere placet. Sed VI, 34. in verbis Οὐ γὰρ περὶ τῇ Σικελίᾳ πρότερον ἔσται ὁ ἀγὼν ἢ τοῦ ἐκείνους περαιωθῆναι τὸν Ἰόνιον mutato casu etiam sensum distinguere voluit scriptor, ut declarabit nota, et verba VI, 99. Τὸ τειχίζειν δὲ ἄμεινον ἐδόκει εἶναι, ἢ ἐκεῖνοι (οἱ Ἀθηναῖοι) ἔφαλλον αὔξειν (dub. verb., vid. not.) τὸ τεῖχος, καὶ, εἰ φθάσειαν,

ἀποπλήσεις γίγνεσθαι· καὶ ἅμα καὶ ἐν τούτῳ δὲ ἐπιβοηθοῖεν, μέρος ἀντιπέμπειν αὐτοὺς (τοὺς Συρακοσίους) τῆς στρατιᾶς, καὶ φθάνειν ἂν τοῖς σταυροῖς προπαταλαμβάνοντες τὰς ἐφόδους· ἐκείνους δέ etc., quae ita interpretatur Ducas, sana esse vix possunt, et in nota corrigentur. Cf. etiam VII, 54. fin. Salustius Catil. c. 23. „Plerique patriae, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus." Vid. ibi Cort.

c) *Genera nominum.* Vide Supra p. 101. sqq.

d) *Pronomina.* VIII, 76. Καὶ δυνατώτεροι εἶναι σφεῖς, ἔχοντες τὰς ναῦς, πορίζεσθαι τὰ ἐπιτήδεια τῶν ἐν τῇ πόλει. καὶ δι' ἑαυτούς τι ἐν τῇ Σάμῳ προκαθημένους καὶ πρότερον αὐτοὺς κρατεῖν τοῦ ἐς τὸν Πειραιᾶ ἔκπλου, καὶ νῦν ἐς τοσοῦτον καταστήσονται, μὴ βουλομέναν (vide Supra p. 120.) σφίσι πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι, ὥστε αὐτοὶ καὶ δυνατώτεροι εἶναι εἴργειν ἐκείνους τῆς θαλάσσης ἢ ὑπ' ἐκείνων εἴργεσθαι. I, 134. Ἀνὴρ Ἀργῖλιος παιδικά ποτε ὢν αὐτοῦ καὶ πιστότατος ἐκείνῳ. IV, 29. Πρὸς τῶν πολεμίων τοῦτο ἐνόμιζε μᾶλλον εἶναι· πολλῷ γὰρ ἂν στρατοπέδῳ ἀποβάντι ἐξ ἀφανοῦς χωρίου προσβάλλοντας αὐτοὺς βλάπτειν· σφίσι μὲν γὰρ τὰς ἐκείνων ἁμαρτίας καὶ παρασκευὴν ὑπὸ τῆς ὕλης οὐκ ἂν ὁμοίως δῆλα εἶναι, τοῦ δ' αὐτῶν στρατοπέδου καταφανῆ ἂν εἶναι πάντα τὰ ἁμαρτήματα, ὥστε προσπίπτειν ἂν αὐτοὺς ἀπροσδοκήτως ἢ βούλοιντο· ἐπ' ἐκείνοις γὰρ εἶναι ἂν τὴν ἐπιχείρησιν. (Cf. Heind. ad Phaedon. p. 256.) I, 70. Οἱ μὲν — — εὐέλπιδες· τὸ δὲ ὑμέτερον — ἐνδεᾶ πρᾶξαι.

e) *Genera verborum.* Hic memorabiliora exempla supra commemorata. Vid. p. 181.

Nam loci, quales sunt III, 89. Μὴ τοῖς μὲν ὀλίγοις ἡ αἰσία προστιθῇ, τὸν δὲ δῆμον ἀπολύσητε, vel II, 87. Τιμῶν οὐχ ἡ σωφροσύνη τοσοῦτον λείπεται, ὅσον τόλμῃ προέχετε, nihil plane continent insoliti.

f) *Modi.*

α) Indicativus.

Transitus ab indicativo ad optativum et infinitivum post ὅτι. II, 80. *Λέγοντες ὅτι — ῥᾳδίως ἂν Ἀκαρνανίαν σχόντες καὶ τῆς Ζακύνθου — κρατήσουσι, καὶ ὁ περίπλους οὐκέτι ἔσοιτο Ἀθηναίοις ὅμοιος περὶ Πελοπόννησον· ἐλπίδα δ' εἶναι καὶ Ναύπακτον λαβεῖν.* Cf. VIII, 51. *Ad infinitivum solum.* III, 25. *Ἔλεγε — ὅτι — ἔσται — προαποπεμφθῆναί τε.* Cf. Matth. Gr. p. 775. *Etiam ubi ὅτι non praecedit.* I, 3. *Δοκεῖ δέ μοι, οὐδὲ τοὔνομα τοῦτο ξύμπασά πω εἶχεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος καὶ πάνυ οὐδὲ εἶναι ἡ ἐπίκλησις, κατὰ ἔθνη δὲ, ἄλλα τε καὶ τὸ Πελασγικὸν ἐπὶ πλεῖστον, ἀφ' ἑαυτῶν τὴν ἐπωνυμίαν παρέχεσθαι, Ἕλληνος δὲ καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ ἐν τῇ Φθιώτιδι ἰσχυσάντων, — καθ' ἑκάστους μὲν ἤδη τῇ ὁμιλίᾳ καλεῖσθαι Ἕλληνας.* Ubi primum plane ita incipit ut nos dicimus „Es scheint, es hatte noch nicht einmal diesen Namen gemeinschaftlich," in qualibus locis vulgo supplent ὅτι. Plat. Protag. p. 325. ed. Steph. *Οἴεσθαί γε χρὴ, ἐκ παίδων σμικρῶν ἀρξάμενοι, μέχρις οὗπερ ἂν ζῶσι, καὶ διδάσκουσι καὶ νουθετοῦσι.* Aeschyl. Eum. 588. (Schütz.) *Πέποιθ', ἀρωγὰς δ' ἐκ τάφου πέμπει πατήρ*, si ibi δέ delendum, neque per γάρ explicandum est. Cf. Schaef. ad Oed. Col. 995. Abresch. Dilucc. Thucyd. p. 5. et Anglorum linguam dicentium „I protest, I have not done it" et similia. Etiam ubi ὅτι idem est quod διότι. V, 61. *Προσβολὰς ἐποιοῦντο βουλόμενοι ἄλλως τε προσγενέσθαι σφίσι, καὶ ὅμηροι ἐκ τῆς Ἀρκαδίας ἦσαν αὐτόθι ὑπὸ Λακεδαιμονίων κείμενοι.* Qui locus illustratur exemplis nonnullis genitivorum absolutorum in verbum finitum mutatorum, quae mox laudabuntur.

Tunc sequitur infinitivus, et ita quidem, ut in fine iterum structuram mutatam et nominativum cum infinitivo in accusativum transiisse videamus, ne δοκοῦσιν repetendum esset et quia κατὰ ἔθνη et καθ' ἑκάστους accusa-

tivum iam quodammodo praepararunt. Adde ad IV, 62. not.

Ex indicativo in coniunctivum. III, 18. Οἵτινες τἀγαθὰ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο — τόν τε πόλεμον νομίσωσι. Vide de hoc loco cap. X. init. cap. XII. bb) γγ) et cf. infra Coniunctiv.

Ex indicativo coniunctionem praefixam habente in participium. I, 1. Τεκμαιρόμενος, ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν ἐς αὐτὸν — καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν ξυνιστάμενον. IV, 116. Ὁ Βρασίδας ὡς ἤσθετο αὐτοὺς ἀπολείποντάς τε τὰς ἐπάλξεις καὶ τὸ γιγνόμενον ὁρῶν. Cf. V, 44. et I, 33. (Πρῶτον μέν, ὅτι — ποιήσεσθε· ἔπειτα — δεξάμενοι. Vide de his cap. IX. p. 112.)

β) Optativus.

Ex optativo in indicativum transitus post ὅτι. VI, 55. Ἐν πολλῇ ἔριδι ἦσαν, οἱ μὲν, ὡς οὐδενὶ ἂν τρόπῳ ἔλθοιεν οἱ Ἀθηναῖοι, οὐδ' ἀληθῆ ἐστιν ἃ λέγει. VIII, 50. Γνοὺς ὅτι ἔσοιτο καὶ ἐνδέξονται. Cf. cap. XII. cc) αα).

Ex optativo in coniunctivum. VI, 96. Ὅπως τῶν τε Ἑστιαιέων ἔλῃσαν φύλακες καὶ, ἢν ἐς ἄλλο τι δέῃ, ταχὺ ξυνεστῶτες παραγίγνωνται. Cf. infra coniunctiv. (Marcellin. §. 35. Ἵνα μὴ πᾶσιν εἴη βατὸς, μηδὲ εὐτελὴς φαίνηται.)

Ex optativo in infinitivum post ὅτι. I, 87. Εἶπον, ὅτι σφίσι μὲν δοκοῖεν ἀδικεῖν οἱ Ἀθηναῖοι, βούλεσθαι δὲ καὶ etc. V, 61. al.

γ) Coniunctivus.

Ex coniunctivo in indicativum. IV, 92. Εἰσί δήπου πολέμιοι, ἐν ᾧ τε ἂν χωρίῳ καταληφθῶσι καὶ ὅθεν ἐπελθόντες πολέμια ἔδρασαν. II, 44. Ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται ῥαφέντες, τὸ δ' εὐτυχὲς, οὗ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν, ὥσπερ οἵδε μὲν νῦν, τελευτῆς, ὑμεῖς δὲ λύπης, καὶ οἷς ἐντεθυμῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐντελευτῆσαι ξυνεβη-

τρήθη. — Et post coniunctiones. I, 37. Τὸ εὐπρεπὲς ἄσπονδον, οὐχ ἵνα μὴ ξυναδικῶσιν ἑτέροις προβέβληνται, ἀλλ' ὅπως καταμόνας ἀδικῶσι, καὶ ὅπως, ἐν ᾧ μὲν ἂν κρατῶσι, βιάζωνται, οὗ δ' ἂν λάθωσι, πλέον ἔχουσιν, ἢν δέ πού τι προσλάβωσιν, ἀναισχυντοῦσι. Ita enim exhibent codices. In quibus pariter scribitur I, 141. Ὅταν μήτε βουλευτηρίῳ ἐνὶ χρώμενοι παραχρῆμά τι ὀξέως ἐπιτελῶσι, πάντες τε ἰσόψηφοι ὄντες καὶ οὐχ ὁμόφυλοι τὸ ἐφ' ἑαυτῶν ἕκαστος σπεύδει. VI, 18. Ποιώμεθα τὸν πλοῦν, ἵνα Πελοποννησίων τε στορέσωμεν τὸ φρόνημα, εἰ δόξομεν ὑπεριδόντες τὴν ἐν τῷ παρόντι ἡσυχίαν καὶ ἐπὶ Σικελίαν πλεῦσαι, καὶ ἅμα ἢ τῆς Ἑλλάδος τῶν ἐκεῖ προσγενομένων πάσης τῷ εἰκότι ἄρξομεν ἢ κακώσομέν γε Συρακοσίους. Talia etiam Latini imitantur. Cf. Heusing. ad Cic. de Off. I, 3, 5., ubi *dicunt* iure receptum est a novissimo editore Gernhardo.

E coniunctivo in optativum. III, 22. Παρανίσχον δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως Πλαταιῆς ἀπὸ τοῦ τείχους φρυκτοὺς πολλούς, — ὅπως ἀσαφῆ τὰ σημεῖα τῆς φρυκτωρίας τοῖς πολεμίοις ᾖ, καὶ μὴ βοηθοῖεν, πρὶν etc. VII, 17. Ναῦς οἱ Κορίνθιοι πέντε καὶ εἴκοσιν ἐπλήρουν, ὅπως ναυμαχίας τε ἀποπειράσωσι πρὸς τὴν ἐν τῇ Ναυπάκτῳ φυλακήν, καὶ τὰς ὁλκάδας αὐτῶν ἧσσον οἱ ἐν τῇ Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι κωλύοιεν ἀπαίρειν. VIII, 87. Οἱ μέν, ἵνα διατρίβῃ — οἱ δὲ, ἵνα — ἐκχρηματίσαιτο.

δ) Infinitivus

in indicativum transit. VIII, 76. Καὶ δι' ἑαυτούς τε ἐν τῇ Σάμῳ προκαθημένους καὶ πρότερον αὐτοὺς κρατεῖν τοῦ ἐς τὸν Πειραιᾶ ἔκπλου, καὶ νῦν ἐς τοσοῦτο καταστήσοντας. VI, 77. Ὁρῶντες αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο τὸ εἶδος τρεπομένους, ὥστε τοὺς μὲν λόγους ἡμῶν διϊστάναι, — τοῖς δὲ ὡς ἑκάστοις τι προσηνὲς λέγοντες, δύνασθαι κακουργεῖν. Add. V, 14. init.

in coniunctivum cum coniunctione aliqua. III, 51. Ἐβούλετο δὲ Νικίας τὴν φυλακὴν αὐτόθεν δι' ἐλάσσονος τοῖς Ἀθηναίοις καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ Βουδόρου καὶ τῆς Σαλαμῖνος εἶναι,

εἶναι, τούς τε Πελοποννησίους, ὅπως μὴ ποιῶνται ἔκπλους αὐτόθεν λανθάνοντες, τριήρων τε, οἷον καὶ τὸ πρὶν γενόμενον, καὶ ληστῶν ἐκπομπαῖς, τοῖς τε Μεγαρεῦσιν ἅμα μηδὲν ἐς πλεῖν. Cap. 69. Ἐβούλοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι — ἐς τὴν Κέρκυραν πλεῦσαι στασιάζουσαν δώδεκα μὲν ναυσὶ μόναις παρόντων Ἀθηναίων περὶ Ναύπακτον. πρὶν δὲ πλέον τι ἐπιβοηθῆσαι ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ναυτικὸν, ὅπως προφθάσωσι. VII, 75. Ἦσαν γὰρ ὕπακτοι αὐτοῖς οἱ Καμαριναῖοι μὴ προθύμως σφίσι μήτε ἐς τὴν πρώτην μάχην πέμψαι ἃ ἔπεμψαν, ἔς τε τὸ λοιπὸν μὴ οὐκέτι βούλωνται ἀμύνειν.

In participium. Vide supra cap. XII. ee) ββ).

ε) Participium.

In verbum finitum transit. I, 57. Δεδιώς τε ἔπρασσεν, ἔς τε τὴν Λακεδαίμονα πέμπων, ὅπως πόλεμος γένηται αὐτοῖς πρὸς Πελοποννησίους, καὶ Κορινθίους προσεποιεῖτο, τῆς Ποτιδαίας ἕνεκα ἀποστάσεως. IV, 4. Ἐγχειρήσαντες εἰργάζοντο, σιδήρια μὲν λιθουργὰ οὐκ ἔχοντες, λογάδην δὲ φέροντες λίθους, καὶ ξυνετίθεσαν, ὡς ἕκαστόν τι ξυμβαίνοι. VIII, 45. Ὡς οἱ μὲν Χῖοι ἀναισχυντοι εἶεν, πλουσιώτατοι ὄντες τῶν Ἑλλήνων, ἐπικουρίᾳ δὲ ὅμως σωζόμενοι ἀξιοῦσι καὶ τοῖς σώμασι καὶ τοῖς χρήμασιν ἄλλους ὑπὲρ ἐκείνων ἐλευθερίας κινδυνεύειν· τὰς δ' ἄλλας πόλεις ἔφη etc. Cf. Schaef. ad Dion. H. p. 31. sq. et p. 110. Thiersch. Gr. §. 312, 4.

Etiam post genitivos absolutos. VII, 47. Νόσῳ ἐπιέζοντο κατ' ἀμφότερα, τῆς τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ταύτης οὔσης, ἐν ᾗ ἀσθενοῦσιν ἄνθρωποι μάλιστα, καὶ τὸ χωρίον ἅμα, ἐν ᾧ ἐστρατοπεδεύοντο, ἕλωδες καὶ χαλεπὸν ἦν. VII, 15. fin. Ὡς τῶν πολεμίων τὰ μὲν ἐν Σικελίᾳ δι' ὀλίγου πορευμένων, τὰ δ' ἐκ Πελοποννήσου, σχολαίτερον μὲν, ὅμως δὲ — φθήσονται.

In infinitivum. Vide cap. XII. ee) ββ) aaa) Add. I, 72. Τῶν μὲν ἐγκλημάτων περὶ μηδὲν ἀπολογησομένους — δηλῶσαι δέ. *Etiam post genitivos absolutos.* IV, 3. Τῷ δὲ διάφορόν τι ἐδόκει εἶναι τοῦτο τὸ χωρίον ἑτέρου μᾶλλον,

λιμένος τε προσόντος, καὶ τοὺς Μεσσηνίους — κλεῖσαι ἂν βλάπτειν ἐξ αὐτοῦ ὁρμωμένους. VIII, 78. Ὑπὸ Ἀστυόχου καὶ Τισσαφέρνους φθείρεται τὰ πράγματα, τοῦ μὲν οὐκ ἐθέλοντος ναυμαχεῖν — τὸν δ' αὖ Τισσαφέρνην τὰς νεὼς ταύτας οὐ νομίζειν. Neque multum discrepant, quanquam participio carent, verba V, 53. Τῆς τε Κορίνθου ξυνεπαγωνίσας, καὶ ἐκ τῆς Αἰγίνης βραχυτέραν ἔσεσθαι τὴν βοήθειαν, quae rursus illustrant locum I, 52. Ὁρῶντες σφίσι πολλὰ τὰ ἄπορα ξυμβεβηκότα, αἰχμαλώτων τε περὶ φυλακῆς, καὶ ἐπισκευὴν οὐκ οὖσαν τῶν νεῶν.

g) Tempora.

Praesens in imperfectum transit. VII, 44. Ἀγγέλλουσι τὴν ἔφοδον καὶ — ἔφραζον.

Praesens in aoristum et aoristus in praesens. II, 68. Αἴρουσιν Ἄργος καὶ τοὺς Ἀμπρακιώτας ἠνδραπόδισαν. Cf. II, 69. VI, 102. VIII, 84. 85. al. Itaque non spernenda codicum scriptura ὁρᾷ I, 63. Add. Cort. ad Sal. Catil. c. 12. et 21.

Praesens in futurum. II, 44. Τοὺς τῶνδε νῦν τοκέας — οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον ἢ παραμυθήσομαι. Vide ibi Interpretes, quanquam exemplorum, quae ab iis prolata sunt, pauca tantum apta iudicari possunt. IV, 10. Μενόντων ἡμῶν ξύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι δὲ, καίπερ χαλεπὸν ὄν, εὔπορον ἔσται. Cf. Dion. H. p. 801. V, 47. Ἐμμένω τῇ ξυμμαχίᾳ, καὶ οὐ παραβήσομαι, et cap. 38. Ἢ μὴν ἔν τε τῷ παρατυχόντι ἀμύνειν τῷ δεομένῳ καὶ μὴ πολεμήσειν τῳ. In utroque quidem loco si accentus mutaretur, futurum restitui posset, quod tamen vel ideo non fecerim, quia post ἢ μήν etiam apud alios scriptores frequenter infinitivus aoristi legitur (vid. Ind. ad Xenoph. Cyrop.), et in infinitivo coniunctio futuri et praesentis sive aoristi valde usitata est. Ad hanc igitur iam pervenimus.

Infinitivus futuri et praesentis sive aoristi coniuncti. VIII, 5. Τούς τε οὖν φόρους ἐνόμιζε κομιεῖσθαι — καὶ ἅμα βασιλεῖ ξυμμάχους Λακεδαιμονίους ποιήσειν, καὶ Ἀμόργην — ἢ ζῶντα ἄξειν ἢ ἀποκτείνειν. V, 55. (Λακεδαιμόνιοι ἔφασαν) Βοιωτοὺς πειράσεσθαι καὶ Κορινθίους ἐς τὰς σπονδὰς ἐραγαγεῖν, καὶ Πάναχτον ἀπολαβεῖν, καὶ Ἀθηναίων ὅσοι ἦσαν παρ' αὐτοῖς αἰχμάλωτοι, κομιεῖν (pro κομίσαι nam aeque ac praecedentes infinitivi ad πειράσεσθαι refertur). VI, 24. Νομίζων τοὺς Ἀθηναίους τῷ πλήθει τῶν πραγμάτων ἢ ἀποτρέψειν, ἢ, εἰ ἀναγκάζοιτο στρατεύεσθαι, μάλιστα οὕτως ἀσφαλῶς ἐκπλεῦσαι. Sequantur loci minus quidem certi, sed tamen e praestantissimorum librorum scriptura ipsi huc referendi. II, 84. Ἤλπιζε γὰρ αὐτῶν οὐ μενεῖν τὴν τάξιν, ὥσπερ ἐν γῇ πεζήν, ἀλλὰ ξυμπεσεῖσθαι πρὸς ἀλλήλας τὰς ναῦς, καὶ τὰ πλοῖα ταραχὴν παρέχειν, εἴ τ' ἐκπνεύσαι ἐκ τοῦ κόλπου τὸ πνεῦμα, — οὐδένα χρόνον ἡσυχάζειν (vel ἡσυχάσειν) αὐτούς. III, 46. Τίνα οἴεσθε ἥν τινα (πόλιν) οὐκ ἄμεινον μὲν ἢ νῦν παρασκευάσασθαι, πολιορκίᾳ τε παρατενεῖσθαι ἐς τοὔσχατον. III, 66. Τὰ ὅμοια οὐκ ἀνταπέδοτε ἡμῖν, μήτε νεωτερίσαι ἔργῳ, λόγοις τε πείσειν ὥστε ἐξελθεῖν. IV, 120. Οὐ πρὸς τὸ ἔλασσον νομίζων τρέψασθαι, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ναῦν, καὶ ἐν τούτῳ αὐτὸν διασώσειν. Cf. Xenoph. Cyrop. III, 1, 10.

Imperfectum et aoristus. VII, 44. post multa alia imperfecta leguntur haec, Καὶ τοῖς ἐρωτήμασι τοῦ ξυνθήματος πυκνοῖς χρώμενοι — σφίσι τε αὐτοῖς θόρυβον πολὺν παρεῖχον, ἅμα πάντες ἐρωτῶντες, καὶ τοῖς πολεμίοις σαφὲς αὐτὸ κατέστησαν. VII, 20. Οἱ Ἀθηναῖοι — περὶ Πελοπόννησον ναῦς τριάκοντα ἔστειλαν, καὶ Χαρικλέα. — Καὶ τὸν Δημοσθένην ἐς τὴν Σικελίαν — ἀπέστελλον.

b) Personae.

II, 36. Εἴ τι αὐτοὶ ἢ οἱ πατέρες ἡμῶν βάρβαρον ἢ Ἕλληνα πόλεμον ἐπιόντα προθύμως ἠμυνάμεθα, μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος, ἐάσω. ἀπὸ δὲ οἵας τε ἐπιτηδεύσεως ἦλθον ἐπ' αὐτά etc. III, 59. Τυχόντες μὲν — στερή-

σεσθε· σφαλέντες δὲ — ἕξομεν. (Ubi rem ingratam per κοίνωσιν emollire studet orator.) IV, 61. Ὅσοι δὲ, γιγνώσκοντες αὐτὰ, μὴ ὀρθῶς προσκοποῦμεν, μηδὲ τοῦτό τις πρεσβύτατον ἥκει κρίνας. V, 9. Ἄνδρες Πελοποννήσιοι, ἀπὸ μὲν οἵας χώρας ἥκομεν, ὅτι ἀεὶ διὰ τὸ εὔψυχον ἐλευθέρας, καὶ ὅτι Δωριῆς μέλλετε Ἴωσι μάχεσθαι. Cf. IV, 10. fin. VI, 18. Τὴν ἀρχὴν οὕτως ἐκτησάμεθα καὶ ἡμεῖς καὶ ὅσοι δὴ ἄλλων ἦρξαν — ἐπεὶ, εἴγε ἡσυχάζοιεν πάντες, — βραχὺ ἄν τι προσκτώμενοι αὐτῇ — κινδυνεύοιμεν.

η) Praepositiones.

Ex praepositione in praepositionem transitus. I, 38. Οὔτε πρὸς τοὺς ἄλλους, οὔτε ἐς ἡμᾶς τοιοίδε εἰσί. III, 54. Παρεχόμενοι ἃ ἔχομεν δίκαια πρός τε τὰ Θηβαίων διάφορα καὶ ἐς ὑμᾶς καὶ [ἐς] τοὺς ἄλλους Ἕλληνας. I, 1. Οὔτε κατά τε τὸν πόλεμον οὔτε ἐς τὰ ἄλλα. I, 35. Ἀπό τε τῶν ἐνσπόνδων πληροῦν τὰς ναῦς καὶ προσέτι καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, καὶ οὐχ ἥκιστα ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ξυμμάχων. Cf. IV, 61.

Ex praepositione in simplex nomen vel participium. I, 32. Μὴ μετὰ κακίας, δόξης δὲ ἁμαρτίᾳ. VII, 84. Ἅμα μὲν βιαζόμενοι ὑπὸ τῆς πανταχόθεν προσβολῆς ἔπιπέσων — ἅμα δὲ ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίας καὶ τοῦ πιεῖν ἐπιθυμίᾳ. IV, 88. Διά τε τὸ ἐπαγωγὰ εἰπεῖν καὶ — φόβῳ. VI, 17. Ἢ ἐκ τοῦ λέγων πείθειν οἴεται ἢ στασιάζων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ λαβὼν ἄλλην γῆν οἰκήσειν. Add. Cort. ad Salust. Catil. c. 33.

ι) Coniunctiones.

Τε — δέ. I, 11. Τῆς τροφῆς ἀπορίᾳ τόν τε στρατὸν ἐλάσσω ἦγαγον, καὶ ὅσον ἤλπιζον αὐτόθεν πολεμοῦντα βιοτεύειν· ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν etc. Ubi τε nisi traiectum iudicatur (cf. cap. XXIII), per locum, quem occupat, non potest ad καί referri. (Cf. ad III, 53. Xenoph. Cyrop. VI, 2, 4. et τε — ἔπειτα δὲ καὶ ibid. IV, 4, 3. Herm. ad Vig. p. 836.) Μὲν — τε. II, 70. Προσεδέξαντο,

ὁρῶντες μὲν τῆς στρατιᾶς τὴν ταλαιπωρίαν ἐν χωρίῳ χειμερινῷ, ἀναλωκυίας τε ἤδη τῆς πόλεως διςχιλια τάλαντα ἐς τὴν πολιορκίαν. III, 46. Τίνα οἴεσθε ἥντινα οὐκ ἄμεινον μὲν ἢ νῦν παρασκευάσασθαι, πολιορκίᾳ τε παρατενεῖσθαι ἐς τοὔσχατον; Cf. IV, 32. IV, 69. Ξυνέβησαν τοῖς Ἀθηναίοις, ἑητοῦ μὲν ἕκαστον ἀργυρίου ἀπολυθῆναι, τοῖς τε Λακεδαιμονίοις, τῷ τε ἄρχοντι καὶ εἴ τις ἄλλος ἐνῆν χρῆσθαι Ἀθηναίους ὅτι ἂν βούλωνται. Ubi perspicuitatis causa, quum statim sequatur τε — καί, sane praestet δέ. Etiam I, 144. Μεγαρέας μὲν ὅτι ἀσόμεν ἀγορᾷ καὶ λιμέσι χρῆσθαι, ἣν καὶ Λακεδαιμόνιοι ξενηλασίας μὴ ποιῶσι — τὰς δὲ πόλεις ὅτι αὐτονόμους ἀφήσομεν, εἰ καὶ αὐτονόμους ἔχοντες ἐσπεμψάμεθα, in optimis libris legitur τάς τε. Atque ita etiam VIII, 1. init. (Cf. Xenoph. Cyrop. VIII, 1, 3. et not. ad VII, 1, 45.)

l) Aliae formae.

I, 80. Ὥςτε μήτε ἀπειρίᾳ ἐπιθυμῆσαί τινα τοῦ ἔργου, μήτε ἀγαθὸν καὶ ἀσφαλὲς νομίσαντα. I, 107. Νομίσαντες δὲ ἀπορεῖν, ὅπη διέλθωσιν, ἐπεστράτευσαν αὐτοῖς, καί τι καὶ τοῦ δήμου καταλύσεως ὑποψίᾳ. — I, 120. Πολλὰ — κατωρθώθη, καὶ ἔτι πλέω, ἃ καλῶς δοκοῦντα βουλευθῆναι ἐς τοὐναντίον αἰσχρῶς περιέστη. — III, 48. fin. Ὅστις εὖ βουλεύεται πρὸς τοὺς ἐναντίους κρείσσων ἐστὶν ἢ μετ' ἔργων ἰσχύος ἀνοίᾳ ἐπιών. Cf. II, 61. fin.

Cap. XXII. Diversa historici sermonis genera distinguuntur, et Thucydides severo genere usus esse ostenditur, cui brevitas et sublimitas etiam cum asperitate quadam iuncta convenit. De brevitatis studio Thucydidis deinceps exponitur pluribus.

Hactenus de iis sermonis historici vel virtutibus vel licentiis diximus, quae omnium scriptorum historicorum

communes vel sunt vel esse possunt. Sed quum historiam rerum gestarum indolem et quasi colorem etiam sermone referre voluerimus, earum vero magna sit diversitas, nascuntur diversa historicae dictionis genera. Ac primum quidem res, quae narrantur, aut laetae sunt, aut tristes, aut mixtae ex utroque genere. Ut si populorum historia scribitur, aut de florente civitatis statu agitur, vel pace, vel etiam bello, si quidem hoc procul a patriae finibus contra exteros prospero successu geritur, quo tempore homines hilares sunt atque alacres, quae cogitant, aperte dicunt et multum inter se confabulantur: aut tristia sunt tempora, patria vel a barbaris vel a tyrannis oppressa seditionibusque et bellis civilibus perturbata, ubi omnes boni cives dolent, ubi libere dicere, quae sentias, non permissum est, et plerumque de rebus publicis plane tacent homines, metuentes, necubi lateat proditor, quoniam ne cognatorum quidem fides est; ubi porro res patrantur difficiles quidem atque arduae, et hac ex parte magnae et admiratione dignae, sed simul dirae et atroces, ita ut omnium hominum mores fiant asperi, et fere nihil iis nimis audax, novum atque insolitum videatur. Illa tempora extremis annis belli Persici et paulo post id, haec bello Peloponnesiaco Graecia vidit. Illorum igitur scriptores hilari et contentum animum mollemque sensum declarante (nostrates *gemüthlich* dicunt), horum severo sermone uti decebat. Praeter haec autem tempora alia describi possunt, quibus sedati et tranquilli sunt animi et quibus nescis dolore magis an laetitia afficiaris, vel quod minus ad nos pertinent vel alia quacunque de causa; his igitur simplex quoddam dicendi genus consentaneum. Addimus rudem sermonem, qui in primordiis historiae inveniri solet, et vel omnino incomptus et ieiunus est, vel a poesi et disciplinarum prius excultarum sermone non satis differt; denique sophisticum seu fucatum dicendi genus, in quo res

eloquentiae ostentandae causa narrantur, ideoque verborum lenocinia potissimum spectantur, quo fit, ut hoc genus historiae indoli repugnet.

Iam antiquissimorum Graecorum historicorum sermonem ignoramus, quum eorum libri ne Dionysii quidem temporibus adhuc superessent. Dion. p. 863. sq. Qui vero inter bellum Medicum et Peloponnesiacum scripserunt, usi plerumque dialecto Ionica ad poeticam proxime accedente, (*λύσαντες τὸ μέτρον, τἆλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικά* Strab. l. I. p. 54.) caeterum autem sermo eorum simplex (*ἀφελής*, apud Marcell. §. 38. *ψιλὴ διήγησις*) erat, deerantque ei teste Dionysio p. 865. *ὄψος, καλλιῤῥημοσύνη, σεμνολογία, μεγαλοπρέπεια, τόνος, βάρος, πάθος*. Consentit Cicero de Orat. II, 12. Cf. Creuzer. Ars histor. Graec. p. 184. sqq. Unus excipiendus Herodotus, qui hilare dicendi genus, plane ut eius temporibus conveniebat, excoluit. Videndus de eius sermone Creuzer. l. l. p. 195. sqq. Hunc excipiens Thucydides, quum interea tempora Graeciae prorsus mutata essent, mutavit etiam dicendi genus, et severo primus operam dedit. Hoc vero in quibus rebus maxime insit, iam examinemus. Existimamus igitur, in duabus rebus praecipue cerni, in arguta brevitate interdum obscuritatem, atque in sublimitate et granditate interdum asperitatem non fugiente. Dicatur primum de brevitate. Quae quidem quodammodo omni historico dicendi generi accommodata est. Nam cuiusvis magni historici animo tanta rerum gestarum obversatur copia, ut eum, quantum potest celerrime, ab una re ad alteram transire, et, quae minoris momenti esse videantur, innuere magis quam exponere omnino sit consentaneum. Is igitur rerum scriptor, qui inutilem verborum copiam et garrulitatem quandam sectatur, suspicionem movet, gravium rerum defectum inanium verborum strepitu a se occultari. Itaque etiam Vossius aliique brevitatem, sed eam perspicuam, inter

Nolumus tamen diutius generatim de illa Thucydidis breviloquentia disserere, sed iam exemplis eam confirmabimus.

---

1) Structura ἀπὸ κοινοῦ. (Cf. Bauer. Phil. Thuc. p. 182., qui hanc structuram appellat ellipsin relatam.)

„Hic priorem locum, qui paria supplere ex paribus neque multum remotis vel numeris, vel generibus, vel personis, modis ac temporibus docet, ut nimis facilem vulgaremque omittentes illum magis amplectimur, qui ex non iisdem plane, h. e. a) relatis, b) connexis, aut c) plane diversis ac disiunctis, aut d) valde remotis supplenda monstrat.“ BAUER.

a) Substantivum.

α) *ex substantivo cognato.* II, 47. de pestilentia quum positum sit nomen νόσος, sequenti capite de hoc morbo semper neutrum genus usurpatur, quasi νόσημα adfuerit, quod sequitur demum cap. 51. (Τότε μὲν — τὸ δύστηνον ἐκεῖνο δοξάριον προετίμων τοῦ βίου· νῦν δὲ συνίημι ἤδη, ὡς ἐκείνη, sc. ἡ δόξα, μὲν ἀνωφελής. Lucian. Dial. Mort. 15. Οὗτοι ἐγὼ ὑπερορῶ τὸ δαιμόνιον, ἀλλ' ἐκεῖνο μεγαλοπρεπέστερον ἡγοῦμαι. Codices ἐκεῖνον, sc. τὸν δαίμονα, τὸν θεόν. Xenoph. Memorab. I, 4, 10.) Ob significationem in verbis Ναύσταθμον πλοίων καὶ ἀγορᾶς III, 6. nomen latius patens quam ναύσταθμον ad ἀγορᾶς repetendum. I, 9. Τὴν στρατείαν οὐ χάριτι τὸ πλεῖον ἢ φόβῳ ξυναγαγὼν ποιήσασθαι, si στρατείαν legis, ad ξυναγαγών supplendum στρατιάν· sin στρατιάν, ad ποιήσασθαι subaudiendum στρατείαν.

β) *ex adiectivo.* II, 45. Γυναικείας ἀρετῆς, ὅσαι ἐν χηρείᾳ ἔσονται. I, 141. Χρόνιοι ξυνιόντες ἐν βραχεῖ μὲν μορίῳ (χρόνου) σκοποῦσί τι τῶν κοινῶν. („Tali forma Homerus,

ubi ἑπταετές, ὀγδοετές, ἐννεαετές posuit, subiicit ἑβδόμῳ, ἐνάτῃ, sc. ἔτει, ἡμέρᾳ." BAUER.)

γ) *e verbo.* I, 90. Ἧξίουν αὐτοὺς μὴ τειχίζειν, ἀλλὰ καὶ τῷν ἔξω Πελοποννήσου μᾶλλον, ὅσοις ξυνεισπήκει (τὰ τείχη), ξυγκαθελεῖν μετὰ σφῶν τοὺς περιβόλους. Cap. 91. Τειχίζεται τε καὶ ἤδη ὕψος καμβάνει (τὸ τεῖχος). V, 47. Τοῖς βοηθοῦσι πόλις ἡ μεταπεμψαμένη διδότω σῖτον, ἐπὴν ἔλθῃ (ἡ βοήθεια) ἐς τὴν πόλιν τὴν ἐπαγγείλασαν βοηθεῖν. VII, 28. Πρὸς τῇ ἐπάλξει τὴν μὲν ἡμέραν κατὰ διαδοχὴν οἱ Ἀθηναῖοι φυλάσσοντες, τὴν δὲ νύκτα καὶ ξύμπαντες, πλὴν τῶν ἱππέων, οἱ μὲν ἐφ' ὅπλοις ποιούμενοι (τὴν φυλακήν), οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους.

δ) *Casus. Accusativus e dativo.* I, 144. Τούτοις ἀποκρινόμενοι ἀποπέμψωμεν (αὐτούς). Ita rursus VIII, 86. I, 20. Τῷ Ἱππάρχῳ περιτυγόντες — διακοσμοῦντι, ἀπέκτειναν (αὐτόν). Cf. IV, 72. al.

b) *Adiectivum*, vide sub *Verbo uno bis cogitando.*

c) *Pronomen*

vel ibi frequenter omissum, ubi, quum paulo ante de aliis sermo fuerit, necessario tanquam subiectum orationis addendum putes. I, 13. Ἐπειδὴ οἱ Ἕλληνες μᾶλλον ἐπλώιζοντο, τὰς ναῦς κτησάμενοι, τὰ ληστικὸν ἀφῄρουν, ubi ἀφῄρουν non de Graecis universis, sed de Corinthiis, de quibus in antecedd. sermo fuit, intelligendum est, quod nolim adeo offensioni fuisset Eversio, ut οἱ Ἕλληνες eiici iuberet. De I, 51. fin. et similibus locis vid. supra cap. XV. II, 3. Φυλάξαντες ἔτι νύκτα καὶ αὐτὸ τὸ περίορθρον (οἱ Πλαταιῆς) ἐχώρουν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐπὶ αὐτοὺς (τοὺς Θηβαίους), ὅπως μὴ κατὰ φῶς θαρσαλεωτέροις εἶσι προσφέρωνται, καὶ σφίσιν ἐκ τοῦ ἴσου γίγνωνται (οἱ Θηβαῖοι). II, 79. Οἱ ἐκ τῆς Σπαρτώλου ψιλοὶ — ἐπιτίθενται αὖθις μετὰ τῶν Χαλκιδέων ἱππέων καὶ τῶν προσβοηθησάντων τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ἀναχωρούσιν (οἱ Ἀθηναῖοι) πρὸς τὰς δύο τάξεις, ἃς κατέλιπον παρὰ τοῖς σκευοφόροις. Ubi quidem de hoc usu dubitarunt Kistemakerus et Bredovius, quorum hic minore

interpunctione post *Ἀθηναίους* posita *ἀναχωροῦσιν* ad *οἱ ἐκ τῆς Σπαρτώλου* referri voluit, qui modo Athenienses adorti essent, modo denuo se recepissent. Sed hoc in sequentibus demum dicitur, neque ullo modo cogitari potest, duos ordines ad impedimenta relictos esse *τῶν ἐκ τῆς Σπαρτώλου*, qui quum ex urbe obsessa eruptionem facerent, si impedimenta in campum portari quam in urbe servari maluissent, stultissimi fuissent. Alia certa exempla qui desiderat, adeat III, 16. init. III, 52. init. IV, 47. init.

d) *Verbum,*

ex verbo

α) *eodem sensu eademque forma.* αα) *Simpliciter.* „I, 70. Athenienses negantur ipsi *ἔχειν ἡσυχίαν, μήτε τοὺς ἄλλους ἐᾶν*, sc. *ἔχειν ἡσ.* I, 124. *Τῶν μὲν ἄρχειν, τῶν δὲ διανοεῖσθαι*, sc. *ἄρχειν.*“ B. E sequentibus VIII, 15. *Τά τε χίλια τάλαντα, ὧν διὰ παντὸς τοῦ πολέμου ἐγλίχοντο μὴ ἅψασθαι, εὐθὺς ἔλυσαν τὰς ἐπικειμένας ζημίας τῷ εἰπόντι ἢ ἐπιψηφίσαντι* (sc. *κινεῖν*. cf. II, 24.), *ὑπὸ τῆς παρούσης ἐκπλήξεως, καὶ ἐψηφίσαντο κινεῖν.* VIII, 66. *Ἦν δὲ τοῦτο εὐπρεπὲς πρὸς τοὺς πλείους. ἐπεὶ ἔξειν γε τὴν πόλιν, οἵπερ καὶ μεθιστάναι ἔμελλον.* Ubi multa nugantur Interpretes.

bb) *Ita ut unum verbum deinceps bis cogitandum sit.* III. 2. *Τῶν λιμέναν τὴν χῶσιν καὶ τειχῶν οἰκοδόμησιν καὶ νεῶν ποίησιν ἐπέμενον τελεσθῆναι καὶ ὅσα ἐκ τοῦ Πάντου ἔδει ἀφικέσθαι* (*ἀφικέσθαι*, i. e. *καὶ ἀφικέσθαι, ὅσα ἐκ τοῦ Π. ἔδει ἀφικ.*). V, 115. *Ἐκήρυξαν δὲ, εἴ τις βούλεται παρὰ σφῶν Ἀθηναίους ληΐζεσθαι* (quod verbum et ad *βούλεται* et ad *ἐκήρυξαν* referendum, atque ita saepius post *ὁ βουλόμενος*. cf. IV, 68. al.). VIII, 27. *Ὅπου γὰρ ἔξεστιν ἐν ὑστέρῳ, σαφῶς εἰδότας, πρὸς ὁπόσας τε ναῦς πολεμίας, καὶ ὅσαις πρὸς αὐτὰς ταῖς σφετέραις, ἔσται ἀγωνίσασθαι, οὐδέποτε τῷ αἰσχρῷ ὀνείδει εἶξας ἀλόγως διακινδυνεύσειν.* Ubi *ἀγωνίσασθαι* non solum ad *ἔσται*, sed etiam ad *ἔξεστιν* pertinet. (Similem

loquendi usum Platoni restituit Wolfius Sympos. c. 9., eodemque modo cum Iacobsio explicuerim locum Phaedonis c. 62. s. p. 114. ed. Steph. *Οἱ δὲ δὴ ἂν δόξωσι διαφερόντως πρὸς τὸ ὁσίως βιῶναι*, ubi quod Heindorfius ex uno Theodoreto recepit *προσκεκρίσθαι*, id interpretamentum esse iure dixisse videtur Beckius. Cf. etiam Wyttenb. Ecll. historr. p. 364.) Minus iam dubitatione carent vv. II, 89. *Οὐκ ἂν ἡγοῦνται, μὴ μέλλοντάς τι ἄξιον τοῦ παραπολὺ πράξειν* (i. e. *μὴ μέλλοντάς τι πράξειν ἄξιον τοῦ παραπολὺ πράξειν* s. *πράττειν*), *ἀνθίστασθαι ἡμᾶς* (ubi fortasse *ἄξιόν του* scribi placeat, cl. VIII, 106.). Atque *adiectiva* si respicimus, in vv. VII, 71. *Ὁ τε φόβος ἦν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος οὐδενὶ ἐοικώς, καὶ διὰ τὸ ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψίαν τῆς ναυμαχίας ἐκ τῆς γῆς ἠναγκάζοντο ἔχειν*, ea interpretatio, quae *ἀνώμαλον* et ad *τὸ* et ad *ἔποψίαν* refert, posthabenda videtur alteri, quae *τό* pro *τοῦτο* dictum esse statuit. Contra perspicuus locus V, 22. *Αὐτῶν τοὺς μὴ δεξαμένους τὰς σπονδὰς ἐκέλευον οἱ Λακεδαιμόνιοι ποιεῖσθαι.*

cc) *Ita ut mutetur structura verborum inde pendentium.* I, 36. *Βραχυτάτῳ δ' ἂν κεφαλαίῳ τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον* (cf. cap. X. sub Dativo) *τῷδ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε· τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια τοῖς Ἕλλησι ναυτικά, τὸ παρ' ὑμῖν, καὶ τὸ ἡμέτερον, καὶ τὸ Κορινθίων. τούτων δ' εἰ περιόψεσθε τὰ δύο ἐς ταὐτὸν ἐλθεῖν, καὶ Κορίνθιοι ἡμᾶς προκαταλήψονται, Κερκυραίοις τε καὶ Πελοποννησίοις ἅμα ναυμαχήσετε.* In quibus participium *ὄντα* verbo finito destitutum ut explicarent, Portus, Gailius et Benedictus commate post *Κορινθίων* posito verba *τρία ὄντα ναυτικά* pro accusativis absolutis haberi voluerunt, cui rationi et ipse usus loquendi obstat, et particula *δέ* post *τούτων*. Repete igitur *ἂν μάθοιτε* s. *μάθετε*, sed, ne participium obstet, non discendi, verum cognoscendi s. reputandi notione (cf. Matth. Gr. Gr. p. 758.); vel etiam aliud verbum, in quo haec significatio inest (Plat. Apol. 52.

Ἀντιπαραβάλλοντι τὰ ἐμαυτοῦ πάθη πρὸς τὰ ἐκείνων, ὡς ἐγῷμαι οὐκ ἂν ἀηδὲς εἴη· καὶ δὴ καὶ τὸ μέγιστον, τοὺς ἐπεῖ ἐξετάζοντα καὶ ἐρευνῶντα, ὥςπερ τοὺς ἐνταῦθα, διάγειν, τίς αὐτῶν σοφός ἐστι, καὶ τίς οἴεται μὲν, ἔστι δ' οὔ, sc. *οὐκ ἂν ἀηδὲς εἴη.*)

dd) *Ita ut multa inserta sint.* I, 10. *Λακεδαιμονίων εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη, λειφθείη δὲ τά τε ἱερὰ καὶ τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη, πολλὴν ἂν οἶμαι ἀπιστίαν τῆς δυνάμεως προελθόντος πολλοῦ χρόνου τοῖς ἔπειτα πρὸς τὸ κλέος αὐτῶν εἶναι· καίτοι Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο [μοίρας] νέμονται, τῆς δὲ ξυμπάσης ἡγοῦνται, καὶ τῶν ἔξω ξυμμάχων πολλῶν· ὅμως δὲ, οὔτε ξυνοικισθείσης [πόλεως], οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένης, κατὰ κώμας δὲ τῷ παλαιῷ τῆς Ἑλλάδος τρόπῳ οἰκισθείσης, φαίνοιτ' ἂν ὑποδεεστέρα. Ἀθηναίων δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο παθόντων, διπλασίαν ἂν τὴν δύναμιν εἰκάζεσθαι ἀπὸ τῆς φανερᾶς ὄψεως τῆς πόλεως, ἣ ἔστιν.* Benedictus: „Ille infinitivus (*εἰκάζεσθαι*) h. l. non bene imperativi loco videbitur collocatus esse. Antecesserat optativus in verbis *εἰ — ἐρημωθείη, λειφθείη δέ.* Forte igitur etiam nostro loco excidit optativus *εἴη*, ut iam legatur *τὴν δύναμιν εἴη εἰκάζεσθαι, coniicere possis.*“ Quibus verbis se hanc periodum prorsus non intellexisse, significavit. Quod enim in superiori membro est *εἰ ἐρημωθείη, λειφθείη δέ*, in altero membro designatur verbis *τῶν Ἀθηναίων τὸ αὐτὸ τοῦτο παθόντων*, i. e. *εἰ οἱ Ἀθηναῖοι — πάθοιεν*, unde non est quod optativum desideres, multo minus in apodosi addas. *Εἰκάζεσθαι* enim, quem infinitivum qui pro imperativo usurpatum putaret nos quidem nescimus, pendet ex *οἶμαι*· et colo post *ὑποδεεστέρα* posito atque verbis *καίτοι — ὑποδεεστέρα* in parenthesi acceptis primariae periodi sententiae hae sunt: *Λακεδαιμονίων εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη, λειφθείη δὲ τά τε ἱερὰ καὶ τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη, πολλὴν ἂν οἶμαι ἀπιστίαν — εἶναι· Ἀθηναίων δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο παθόντων, διπλασίαν ἂν τὴν δύναμιν εἰκάζεσθαι.* Alius locus huc referendus legitur I, 35. *Τῶνδε οὐχ ὅπως*

κωλυταὶ ἐχθρῶν ὄντων καὶ ἐπιόντων γενήσεσθε, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς δύναμιν προσλαβεῖν περιόψεσθε, ἣν οὐ δίκαιον, ἀλλ' ἢ κἀκείνων κωλύειν τοὺς ἐκ τῆς ὑμετέρας μισθοφόρους, ἢ καὶ ἡμῖν πέμπειν. καθ' ὅ τι ἂν πεισθῆτε, ὠφέλειαν, μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς δεξαμένους βοηθεῖν. πολλὰ δὲ, ὥσπερ ἐν ἀρχῇ ὑπείπομεν, τὰ ξυμφέροντα ἀποδείκνυμεν, καὶ μέγιστον, ὅτι οἵ τε αὐτοὶ πολέμιοι ἡμῖν ἦσαν, ὅπερ σαφεστάτη πίστις, καὶ οὗτοι οὐκ ἀσθενεῖς, ἀλλ' ἱκανοὶ τοὺς μεταστάντας βλάψαι· καὶ ναυτικῆς καὶ οὐκ ἠπειρώτιδος τῆς ξυμμαχίας διδομένης, οὐχ ὁμοία ἡ ἀλλοτρίωσις. ἀλλὰ μάλιστα μὲν, εἰ δύνασθε, μηδένα ἄλλον ἐᾶν κεκτῆσθαι ναῦς· εἰ δὲ μή, ὅστις ἐχυρώτατος, τοῦτον φίλον ἔχειν. Ubi verba πολλὰ δὲ — ἀλλοτρίωσις non possunt parentheseos notis includi, ut factum est in Lipsiensi editione, repugnante particula ἀλλὰ ante μάλιστα, quae opposita est negationi in οὐχ ὁμοία ἡ ἀλλοτρίωσις. Neque infinitivos ἐᾶν et ἔχειν pro imperativis usurpatos esse dixerim, qui nimis abrupte inferrentur, sed δίκαιον Thucydidis menti diutius obversatum esse arbitror. Cf. II, 24. ubi χρῆσθαι pendet ex remoto verbo ἔδοξεν, et Plat. Symp. 5. Οὐ δεινὸν — ἠμέληται τοσοῦτος θεός, de quibus verbis vid. Wolf.

β) *diverso* aa) *genere.* „II, 11. Τὴν τῶν πέλας δῃοῦν μᾶλλον ἢ τὴν ἑαυτῶν ὁρᾶν, sc. δῃουμένην. Aliquanto durius VI, 79. Ὅταν ὑπ' ἄλλων, καὶ μὴ αὐτοὶ τοὺς πέλας ἀδικῶσι. *quum ab aliis, neque ipsi alios laedant.* Quid est *ab aliis?* Supple ἀδικῶνται, *laedantur*, ex activo ἀδικῶσι.

bb) *modo.* III, 63. Δῆλον ἐποιήσατε οὐδὲ τότε τῶν Ἑλλήνων ἕνεκα — οὐ μηδίσαντες, ἀλλ' ὅτι οὐδ' Ἀθηναῖοι (ἐμήδισαν)." Bauer. Cf. VI, 18. V, 8. Τὸ μὲν πρῶτον ἀντέχοντες, ἔπειτ' οὐ δυνάμενοι ἄνευ τῶν Ἀργείων (ἀντέχειν ἔτι). Durius I, 141. Αὐτόθεν δὴ διανοήθητε, ἢ ὑπακούειν πρίν τι βλαβῆναι, ἢ, εἰ πολεμήσομεν, — καὶ ἐπὶ μεγάλῃ καὶ ἐπὶ βραχεῖ ὁμοίως προφάσει μὴ εἴξοντες, μηδὲ ξὺν φόβῳ ἕξοντες ἃ κεκτήμεθα, si ibi participia non pro infinitivis posita sunt,

ut voluit Gottleberus, sed ex πολεμήσομεν supplendum πολεμεῖν. VIII, 87. Ἐπεὶ, εἴ γε ἐβουλήθη διαπολεμῆσαι, ἐπιφανὲς δήπου, οὐκ ἐνδοιαστῶς (διεπολέμησεν ἄν). V, 79. Αἱ δέ ποι στρατιᾶς δέη κοινᾶς, βουλεύεσθαι Λακεδαιμονίως καὶ Ἀργείως, ὅπα κα δικαιότατα κρίναντας (h. e. κρίναντας, ὅπα κα δικ. κρίνωντι, nisi cui hoc ipsum κρίνωντι reponere placet). V, 18. Εἰ δέ τι ἀμνημονοῦσιν ὁποτεροιοῦν, καὶ εἰ τοῦ πέρι (λόγοις δικαίοις χρῶνται), λόγοις δικαίοις χρωμένοις εὔορκον εἶναι ἀμφοτέροις ταύτῃ μεταθεῖναι, ὅφῃ ἂν δοκῇ ἀμφοτέροις.

cc) *tempore.* III, 56. Εἰ νῦν ὑμῖν ὠφέλιμοι δοκοῦσιν εἶναι, πολὺ καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες τότε (ὠφέλιμοι ἦμεν). I, 86. Ἡμεῖς ὅμοιοι καὶ τότε καὶ νῦν ἐσμέν. Ita tamen etiam alii. Cf. Schaef. ad Soph. I. p. 242. II. p. 301. 2.

γ) *Ex verbo aliud cognatae significationis verbum.* I, 142. Τὸ ναυτικὸν — οὐκ ἐνδέχεται, ὅταν τύχῃ, ἐκ παρέργου μελετᾶσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον μηδὲν ἐκείνῳ (δεῖ) πάρεργον ἄλλο γίγνεσθαι. II, 13. Ἄφησιν αὐτὰ δημόσια εἶναι, καὶ μηδεμίαν οἱ ὑποψίαν κατὰ ταῦτα (βούλεται s. κελεύει) γίγνεσθαι. Ita ex composito simplex IV, 76. Ὅπως μὴ ξυμβοηθήσωσιν ἐπὶ τὸ Δήλιον οἱ Βοιωτοὶ ἀθρόοι, ἀλλ' ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν ἕκαστοι (βοηθήσωσιν). Ex verbo modum actionis vel eventus significante generale verbum γίγνεσθαι, παθεῖν v. a. Vid. cap. XI. versus finem.

δ) *Verbum valde remotum alio modo repetendum.* VIII, 56. Ἤιτει γὰρ τοσαῦτα ὑπερβάλλων ὁ Ἀλκιβιάδης, λέγων αὐτὸς ὑπὲρ παρόντος τοῦ Τισσαφέρνους, ὥστε τῶν Ἀθηναίων, καίπερ ἐπιπολὺ, ὅ τι αἰτοίη, ξυγχωρούντων, ὅμως αἴτιον γενέσθαι. Ἰωνίαν τε γὰρ πᾶσαν ἠξίουν (vid. supra cap. VII.) δίδοσθαι, καὶ αὖθις νήσους τε τὰς ἐπικειμένας καὶ ἄλλα· οἷς οὐκ ἐναντιουμένων τῶν Ἀθηναίων, τέλος ἐν τῇ τρίτῃ ἤδη ξυνόδῳ — ναῦς ἠξίου ἐᾶν βασιλέα ποιεῖσθαι καὶ παραπλεῖν etc. Ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι [τι], ἀλλ' ἄπορα νομίσαντες οἱ Ἀθηναῖοι — ἀπελθόντες κομίζονται ἐς τὴν Σάμον. Ubi ad οὐκέτι deest ξυγχωρήσαντες

ἔαντες vel ξυνεχώρουν. Nisi forte quis ex opposito ἄπορα νομίσαντες repetere mavult ἀνασχετὸν ποιησάμενοι vel simile aliquid.

e) *Adverbium.*

Μᾶλλον e comparativo alio repetendum post ὅσῳ. Duk. ad VI, 89.

f) *Praepositio*

ex praepositione. Ne repetamus quae cap. XIV. d) dicta sunt, vide IV, 55. Ἐχώρησαν ἐς τὸ ἔσχατον ἔρυμα τῆς νήσου καὶ (πρὸς) τοὺς ἑαυτῶν φύλακας. Maxime memorabilis locus VI, 68. Οὐκ ἐν πατρίδι, ἐξ ἧς κρατεῖν δεῖ, ἢ μὴ ῥᾳδίως ἀποχωρεῖν. „*Non in patria*, i. e. in terra non patria, ἐν οὐ πατρίδι, in aliena (sc. erit certamen) *ex qua vincere oportet aut non facile abire.* Praepositio ἐκ non convenit cum κρατεῖν, sed cum ἀποχωρεῖν. Ad hoc retrahendum ἐκ, ut ex eo sumas ἐν ᾗ ad κρατεῖν." BAUER.

2) *Enunciationes* quoque *omissae*, quarum indices sunt particulae quaedam.

Nota res in γάρ, (Lamb. Bos. p. 809.) cuius ideo unum tantum exemplum proferimus, in quo res a nonnullis interpretibus non perspecta est. „I, 120. Χρὴ γὰρ τοὺς ἡγεμόνας — τὰ κοινὰ προσκοπεῖν· *oportet enim principes prae ceteris curam reip. gerere;* ex hac ratione supplebis, quod faciat, ut hoc cum superioribus cohaerescat. Praecessit: Lacedaemonios non iam culpare possimus, quasi aut bellum non decreverint, aut socios eius causa non convocarint; sequi debebat: „*Et hoc recte, s. hac re officio suo functi sunt:* hoc e subiecta causa erui potest ac debet." BAUER. Tales etiam ii sunt loci, in quibus γάρ per *alioqui* solent explicare, ut I, 11. 68. IV, 126. al. Minus notus similis usus particulae ὅμως, quam ita saepe in ὁμοίως et ὁμῶς mutaturi erant viri docti. III, 28. Οἱ δὲ πράξαντες πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους μάλιστα τῶν Μιτυληναίων,

περιδεεῖς ὄντες, ὡς ἡ στρατιὰ ἐςῆλθεν, οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ὅμως καθίζουσιν, ubi Bauerus recte subaudiri iubet: etsi fides data erat ab Atheniensibus incolumitatis, donec legati redissent. Cf. III, 80. Καί τινας αὐτῶν ἔπεισαν ἐς τὰς ναῦς ἐσβῆναι· ἐπλήρωσαν γὰρ ὅμως τριάκοντα, cum vulg. interpr. IV, 96. Τῇ ὑστεραίᾳ οἵ τε ἐκ τοῦ Ὡρωποῦ καὶ οἱ ἐκ τοῦ Δηλίου, φυλακὴν ἐγκαταλιπόντες, (εἶχον γὰρ αὐτὸ ὅμως ἔτι,) ἀπεκομίσθησαν κατὰ θάλασσαν ἐπ' οἴκου, cum Porti nota. Add. VII, 1. VIII, 97. Itaque etiam III, 49. Ῥηθεισῶν τῶν γνωμῶν τούτων μάλιστα ἀντιπάλων πρὸς ἀλλήλας, οἱ Ἀθηναῖοι ἦλθον μὲν ἐς ἀγῶνα ὅμως τῆς δόξης, καὶ ἐγένοντο ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἀγχώμαλα· ἐκράτησε δὲ ἡ Διοδότου nihil mutandum, sed omissa est sententia: „etsi eos decreti prius dati iam dudum poenituerat," qua de re non dubitabit, qui hoc caput cum cap. 36. arctissime cohaerere animadverterit, et quae ibi scripta sunt, perpenderit. Denique huc pertinet ellipsis ante εἰ δὲ μή etiam ab aliis scriptoribus ita admissa, ut in formula εἰ μὲν — εἰ δὲ μή desit prioris membri apodosis, καλῶς ἔχειν vel simile quid. Vide III, 3. et alibi. Add. Greg. Cor. p. 47. sqq. Lamb. Bos. p. 803. sqq. et ad Xenoph. Cyrop. IV, 5, 10.

3) Abruptior sermo.

In periodis longioribus Thucydides non utitur membris in se implicitis atque innexis, ut Isocrates, qui ideo verae periodi inventor putatur, sed dissolutis et coacervatis (τῇ διηρημένῃ λέξει, σεσωρευμένοις καὶ ἐπεῤῥιμμένοις κώλοις, vid. Creuzer. Ars histor. p. 188. sqq.). Itaque primarium verbum frequentissime non ad finem usque reiicit, sed in medio inserit. I, 2. Οὔτε μεγέθει πόλεων ἴσχυον, οὔτε τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ. 12: Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι καὶ νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ὤκισαν, Ἰταλίας δὲ καὶ Σικελίας τὸ πλεῖστον Πελοποννήσιοι, τῆς τε ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἃ χωρία. Cf. cap. 21. init. 25. 26. Nonnunquam etiam admodum breves habet enunciationes. Vide modo I, 102. Οἱ δὲ ἦλθον

Κίμωνος στρατηγοῦντος, πλήθει οὐκ ὀλίγῳ. μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐπεκαλέσαντο ὅτι τειχομαχεῖν ἐδόκουν δυνατοὶ εἶναι. τῆς δὲ πολιορκίας μακρᾶς καθεστηκυίας, τούτου ἐνδεᾶ ἐφαίνετο. βίᾳ γὰρ ἂν εἷλον τὸ χωρίον. καὶ διαφορὰ ἐκ ταύτης τῆς στρατείας πρῶτον Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις φανερὰ ἐγένετο. Quae brevia incisa librarii, ut solent ad talia proni esse (vid. Bornem. de gemina Xenoph. Cyrop. recens. p. 95. sq.) in periodum redigere frustra conati sunt I, 26. (*Κερκυραῖοι*) *πλεύσαντες ἐνθὺς πέντε καὶ εἴκοσι ναυσὶ καὶ ὕστερον ἑτέρῳ στόλῳ, τούς τε φεύγοντας ἐκέλευον κατ' ἐπήρειαν δέχεσθαι αὐτοὺς, τούς τε φρουροὺς, οὓς οἱ Κορίνθιοι ἔπεμψαν, καὶ τοὺς οἰκήτορας ἀποπέμπειν. οἱ δὲ Ἐπιδάμνιοι οὐδὲν αὐτῶν ὑπήκουσαν. ἀλλὰ στρατεύουσιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Κερκυραῖοι ναυσὶ τεσσαράκοντα.* Pro pronominibus autem relativis et talibus particulis, quae rationem nexus singulis in locis clare indicant, Thucydides usurpat eas, quae nonnisi copulandi vim habent. Itaque *δέ*, *καί*, *τέ* ibi infert, ubi etiam pronomini relativo aptus locus erat. III, 88. *Οἰκοῦσι δ' ἐν μιᾷ τῶν νήσων οὐ μεγάλῃ, καλεῖται δὲ Λιπάρα.* IV, 53. *Τὰ δὲ Κύθηρα νῆσός ἐστιν, ἐπίκειται δὲ τῇ Λακωνικῇ.* III, 52. fin. *Οἱ δ' ἔλεγον, αἰτησάμενοι μακρότερα εἰπεῖν, καὶ προπέμψαντες σφῶν αὐτῶν Ἀστύμαχον — καὶ Λάκωνα — καὶ ἐπελθόντες ἔλεγον τοιάδε.* (Ubi, qui postrema ad *οἱ δέ*, non ad oratores proxime nominatos referret cum Porto, pleonasmi plane damnandi, *οἱ δ' ἔλεγον καὶ ἔλεγον*, reum faceret Thucydidem. IV, 21. (*καὶ ἔπεισεν* etc.). Adde locum II, 4. supra cap. XVI. fin. commemoratum et Duk. ad VIII, 73. Eodem modo explicandum, sicubi *δέ* dicitur, ubi accuratior sermo *γάρ* requirit. Vid. I, 77. (*Ἐκεῖνος δέ* etc., ubi cf. schol.) 86. (*Οἱ δ' οὐκέτι* etc.) VIII, 69. (*Ἦσαν δ' Ἀθηναῖοι* etc.) Cf. Herm. ad Vig. p. 847. Atque tali sensu *δέ* etiam pro particula, qualis est *οὖν*, positum iudicari potest. Vid. Bauer. Philol. p. 155. sq. Ita *καί* et praecipue *τε*, ubi alius *δέ*, *οὗτος δέ* (*καὶ πλεύσας* etc. III, 25.), *ἔτι δέ*, *γάρ* scripsisset. Vid. I, 13. (*ἐπειδή τε* etc.) I, 30. (*Κορίνθιοι*

ἐστρατοπεδεύοντο ἐπὶ Ἀκτίῳ. — ἀντεστρατοπεδεύοντο δὲ καὶ οἱ Κερκυραῖοι ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ. — ἐπέπλεόν τε οὐδέτεροι ἀλλήλοις.) III, 11. (τό τε ναυτικόν etc., *quin etiam, praeterea vero.*)

4) Notionum arguta brevitas et densitas. (Cf. Bauer. Philol. p. 199. sqq. et p. 293. sq.)

De praepositionum et adverbiorum quodam usu ex attractione explicando iam supra dictum cap. XIV. d) item de substantivis ibid. a) cc). Hic consideramus primum praepositiones per additamentum quoddam adverbii vim accipientes. I, 78. Ἐν ἀδήλῳ κινδυνεύεται, *in obscuro tentatur*, i. e. ita ut obscurus s. incertus sit periculi exitus. III, 64. "Ἃ ἡ φύσις ἐβούλετο, ἐξηλέγχθη ἐς τὸ ἀληθές, *in verum probata sunt*, i. e. ita comperta sunt, ut vera voluntatis vestrae ratio appareret. VI, 34. Ἀγγελοίμεθα ἐπὶ τὸ πλεῖον, *in maius nunciemur*, i. e. ita nuncietur de nobis, ut maiores nostrae copiae dicantur et putentur." Ita ponuntur etiam adverbia ipsa. „I, 140. Ἐνδέχεται γὰρ τὰς ξυμφορὰς τῶν πραγμάτων οὐχ ἧσσον ἀμαθῶς χωρῆσαι, fieri potest, *ut casus fortuiti non minus imperite eveniant*, i. e. ita ut bellantes eorum imperiti sint, ea non praevideant, ut consiliis eorum eventus haud respondeat. II, 64. Φέρειν χρὴ τὰ δαιμόνια ἀναγκαίως, *oportet ferre casus immissos divinitus necessario*, i. e. velut necessaria nec evitanda." III, 40. Παρὰ τὸ εἰκὸς καὶ τούςδε ξυμφόρως δεῖ κολάζεσθαι. Schol. τοῦ συμφέροντος ἕνεκα. I, 21. Τὰ πολλὰ ὑπὸ χρόνου αὐτῶν ἀπίστως (*ita ut iam fides iis nulla habeatur*) ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκνενικηκότα. Cf. VI, 58. *Praegnans*, qui vocatur, *sensus*. I, 71. Μέχρι τοῦδε ὡρίσθω ὑμῶν ἡ βραδυτής, *hactenus progressa finem iam habeat vestra tarditas*. Similiter V, 1. Αἱ ἐνιαύσιοι σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι Πυθίων. VIII, 48. Καὶ ἐκινήθη πρότερον ἐν τῷ στρατοπέδῳ καὶ ἐς τὴν πόλιν ἐντεῦθεν ὕστερον (ἐκεχθὲν κἀνταῦθα ἐκινήθη). II, 1. Ἐπεμί-

γνυντο παρ' ἀλλήλους (φοιτῶντες, cf. fin. praeced. libri). II, 4. Συρακίῳ ἀποντίου χρησάμενος (καὶ αὐτὸ ἐμβαλὼν) ἐς τὸν μόχλον. II, 51. Ἐπεὶ καὶ τὰς ὀλοφύρσεις τῶν ἀπογιγνομένων τελευτῶντες καὶ οἱ οἰκεῖοι ἐξέκαμνον (ποιούμενοι). III, 83. Οἱ καταφρονοῦντες (h. e. διὰ καταφρόνησιν πεποιθότες, ut bene monet Heilm.) κἂν προαισθέσθαι καὶ ἔργῳ οὐδὲν σφᾶς δεῖν λαμβάνειν, ἃ γνώμῃ ἔξεστιν. II, 11. (Ἡ Ἑλλὰς) προσέχει τὴν γνώμην, εὔνοιαν ἔχουσα (δι' εὔνοιαν ἐλπίζουσα καὶ ἐπιθυμοῦσα) πρᾶξαι ἡμᾶς ἃ ἐπινοοῦμεν. V, 40. Πρότερον οὐ δεχόμενοι τὰς Λακεδαιμονίων σπονδὰς, ἀλλ' ἐν φρονήματι ὄντες (καὶ ἐλπίζοντες) τῆς Πελοποννήσου ἡγήσεσθαι. II, 76. Τπόνομον ἐκ τῆς πόλεως ὀρύξαντες καὶ ξυντειχημηράμενοι (schol. διὰ τειχισμοῦ τινὸς ἐρχόμενοι ὑπὸ τὸ χῶμα). V, 25. Ἐπ' οἴκου διεκρίθησαν (schol. ἐπέπλευσαν ἐπ' οἴκου διακριθεῖσα). VI, 17. Ταῦτα ἡ ἐμὴ νεότης — λόγοις πρέπουσιν ὡμίλησε (ὁμιλήσασα ἔπραξε). VI, 11. Ὅπερ οἱ Ἐγεσταῖοι μάλιστα ἡμᾶς ἐκφοβοῦσι (ἐκφοβοῦντες λέγουσι, vid. supra cap. XI. versus finem). V, 111. Λαθεῖσης αἱρέσεως πολέμου πέρι καὶ ἀσφαλείας, μὴ τὰ χείρω φιλονεικῆσαι (φιλονεικοῦντας ἑλέσθαι).

Breviloquentiae mixta quaedam exempla. V, 72. Ἔτρεψαν οὐδὲ ἐς χεῖρας (μέχρι τοῦ ἐς χεῖρας ἐλθεῖν) τοὺς πολλοὺς ὑπομείναντας. Atque simili modo scholiasta interpretatur verba IV, 43. Ἐπὶ τὴν Σολύγειαν κώμην πειράσειν, quae tamen potius cum nostro auf den Flecken einen Versuch machen comparare placet. Insigne breviloquentiae exemplum inest etiam in verbis III, 11. Μαρτυρίῳ ἐχρῶντο, μὴ ἂν τούς γε ἰσοψήφους ἄκοντας, εἰ μή τι ᾠδίκουν οἷς ἐπῆσαν, ξυστρατεύειν, de quibus vide not.

Sed plene breviloquentiam si illustrare vellemus, longae partes orationum huc transscribendae essent. Verum has praestat quemque in scriptore ipso legere et conferre cum iis Reiskii paraphrasin, in caeteris quidem laude nequaquam dignam, sed tamen Thucydidis breviloquentiam sua loquacitate illustrantem. De obscuritate

autem, quae brevitati interdum iuncta est, lectores remittimus ad Cap. XIX.

Cap. XXIII. De Thucydidis sublimitate et iuncta ei asperitate quadam. Subsistit oratio maxime in insolentioris verborum ordinis contemplatione.

Alterum, quod ad severum historici sermonis genus pertinere supra diximus, erat sublimitas, non fugiens omnem asperitatem. Nam temporibus, quibus Thucydides scribebat, et omnino temporibus conversionum rerum publicarum, seditionum et bellorum civilium eminent quidem multi viri fortes, ad quodvis audendum parati, ardua, alta, nova atque insolita spectantes. Simul vero saevit crudelitas, omnis generis flagitia et scelera committuntur, nihil nimis dirum atque asperum videtur, et si haec tempora diuturna sunt, cum moribus etiam dicendi ratio et ipsa lingua fit asperior. Quanquam enim quodque bellum terribile est, in eo tamen, quod contra barbaros geritur, quoties populares nostros fortiter et strenue certasse animadvertimus, de virtute eorum, de salute, quam patriae, de gloria, quam et sibi et nobis conciliarunt, laetamur. Sed in bello civili ne victoriae quidem animos virorum patriae amantium exhilarare possunt, quod de fratribus et consanguineis reportantur, et quum gentem nostram debilitent, exitium ei portendunt. Talium igitur temporum descriptionem vides quale deceat scribendi genus, et vere Cicero Orat. c. 12. Thucydidem ait incitatiorem ferri et de bellicis rebus canere etiam quodammodo bellicum. Subiungamus testimonia veterum de eius sublimitate et asperitate. Tribuit igitur Dionysius ei p. 776. τὸ δεινόν, p. 777. κάλλος φοβερόν, p. 795. τὸ τραχὺ τῆς ἁρμονίας, τὸ στρυφνὸν, καὶ τὸ πικρὸν, καὶ τὸ αὐστηρὸν, καὶ τὸ ἐμβριθὲς, καὶ τὸ δεινὸν, καὶ τὸ φοβερόν,

p. 881. μεγαληγορίαν, ideoque etiam τραγικώτερον appellat eius sermonem et ipsum dicit alicubi ἐπιτραγῳδεῖν (p. 885.). Auctor libri de Elocutione τὸ μεγαλοπρεπὲς eius memorat, eumque semper offendenti, similem dicit, quemadmodum qui per aspera incedant. (*Φεύγει τὸ λεῖαν καὶ ὁμαλὲς τῆς συνθέσεως, καὶ ἀεὶ μᾶλλόν τι προσκρούοντι ἔοικεν, ὥσπερ οἱ τὰς τραχείας ὁδοὺς πορευόμενοι.*) Secundum Hermogenem (περὶ Ἰδεῶν lib. II. fin.) cupidus maxime τοῦ μεγέθους, et σεμνόν esse vult sermonem suum, atque est talis sententiis (ταῖς ἐννοίαις), caeterum vero ἀγλευκὴς σχεδὸν διόλου, et incidit in τὸ τραχύτερον καὶ τὸ σκληρότερον. Marcellinus denique §. 59. eum monet elegisse sublime dicendi genus, quippe quod convenisse magnitudini tanti belli, et addit vere: *Ὧν γὰρ αἱ πράξεις μεγάλαι, καὶ τὸν περὶ αὐτῶν ἔπρεπε λόγον ἐοικέναι ταῖς πράξεσιν.* In qua sublimitate atque granditate (τῷ μεγαλοφυεῖ) Pindarum aemulatus esse Thucydides eidem Marcellino videtur §. 34. Add. §. 50. *Ἔχει δὲ χαρακτῆρα ὑπέρσεμνον καὶ μέγαν. τὸ δὲ τῆς συνθέσεως τραχύτητος μεστὸν καὶ ἐμβριθές.* §. 51. *Πικρὸς ἐν ταῖς αὐστηρότησιν.* §. 53. *Μέλει δὲ αὐτῷ καὶ ὄγκου τῶν ὀνομάτων καὶ δεινότητος τῶν ἐνθυμημάτων.*

Iam vero hoc dicendi genus Thucydidem non temere elegisse neque quod alio uti non didicerat, sed quod argumento suo aptissimum vere iudicabat, demonstrare facile possumus. Nam ubi tempora bellum Peloponnesiacum praecedentia depingit, si excipis proocmium, in quo minus narrat quam ab aliis narrata perpendit et damnat, simpliciore et mitiore sermone utitur (vide modo I, 89—118.), et quibusdam in locis, maxime ubi mythica attingit, vere suavis est et dulcis. Itaque Hermogenes l. l. delectatur narratione de Tereo Procnae marito II, 29., et alii admirantur suavitatem et perspicuitatem historiae Cylonis I, 126. ubi vid. Intpp. Sed hi loci sane per ipsius argumenti, quod Thucydides tractavit, naturam non multi esse poterant, unde in iis *leonem risisse*

Grammatici dicunt. (Schol. ad I, 126. *Τοῦ δηγήματος τοῦ κατὰ τὸν Κύλωνα τὴν σαφήνειάν τινες θαυμάσαντες, εἶπον, ὅτι Λέων ἐγέλασεν ἐνταῦθα λέγοντες περὶ Θουκυδίδου.* Cf. Valcken. ad Herodot. p. 407.) Sed etiamsi raro hilaris, simplex certe sermo ubique est in narratione rerum minus memorabilium. Altius assurgit et sublimior fit in alacri pugnarum descriptione. Maxime tamen in orationibus haec sublimitas perspicua. Ibi enim, ut vere scribit Hermogenes, *μειζόνως ἐστὶ τοιοῦτος, οἷον αὐτὸν ἐκφαντηρίζομεν· ἐπεὶ ἔν γε τῇ ἱστορίᾳ ἥττων ἐστὶ σκληρὸς καὶ τραχύς.* Et iure quidem; nam partim orationes iam per se flagitant sublimius dicendi genus, partim, ut claram imaginem illorum temporum nobis repraesentent, nosque fallentes ad ea quasi abducant, moribus loquentium sermonem congruere necesse est. Quam igitur Marcellinus §. 56. affert causam, cur quibusdam figuris abstinuerit Thucydides, dicens eas non convenisse Pericli, Archidamo, Brasidae aliisque viris magnanimis, generosis et heroica gloria ornatis, ea etiam docet, cur sublimitas cernatur maxime in orationibus. Atque etiam hae pro argumenti diversitate valde differunt inter se. Nam Plataeensium oratio, qua supplicium a se avertere student, simplex est et naturalis, ut decet viros in tali discrimine constitutos. Quod minus iam valet de Thebanorum oratione huic opposita, quippe in qua magis sophisticis artibus causa mala occultanda esset. Hinc Periclis oratio funebris, quae laudes Athenarum praedicat, sublimis; Niciae, qui ipse sedatioris animi erat, adhortationes ad milites incultos simpliciores; Atheniensium colloquium cum Meliis, quo iniusta petuntur et dira ostenduntur, asperum est. Compara Dionys. H. p. 920. sqq. cum Levesquii excursu in Thucyd. IV. p. 335. sq. Asperitas autem nusquam maior quam in descriptione discordiarum et seditionum, quae post tumultum Corcyraeorum perturbarunt Graeciam III, 82. Et nonne etiam hic summum artificem agnoscis?

Nam quid in bello Peloponnesiaco, quid in omni Graecorum historia magis horridum quam hae seditiones?

Vidimus igitur, cur et ubi sublimis et asper sit Thucydides; nunc vero examinandum, quibus in rebus insit haec sublimitas atque asperitas. (Cf. Heilmann. de serm. Thuc. p. 163.) Hic primum ipsa *dialectus* commemoranda est, quam elegit scriptor noster. Superiores enim scriptores vel omnes, vel si ob locum Dionysii p. 864. nonnullos iam Attice scripsisse putas, certe plurimi et optimi Ionica dialecto usi erant. Ea vero concursu vocalium mollis est et quasi extensa atque patens, ideoque teneritati, hilaritati et garrulitati apprime consentanea. Cf. Creuzer. Ars histor. Graec. p. 193. Sed Thucydides iure ei substituit Atticam dialectum, quae vocalium contractione compressi sermonis formam refert, et quatenus vetus Attica dialectus est, et eo modo, quo in Thucydide eam deprehendimus, ubi constanter ξύν, θαρσῶ, πράσσω et aliae supra positae formae reperiuntur, simul aliquantum asperitatis et granditatis habet.

Accedit deinde *vocabulorum electio*, in qua quanquam multa Thucydidi afficta esse cognovimus, hoc tamen verum est, substantiva saepe eum posuisse, ubi alii verbis utuntur, atque vocabula, quae alii scriptores (nisi qui, ut Dio Cassius, nostrum imitati sunt) plerumque evitarunt, ne aurea delicatas offenderent vel minus perspicui esse viderentur, in rem suam convertisse. Eodem modo Tacitus plurima verba vel aliunde plane non nota vel tantum ab antiquissimis scriptoribus usurpata, habet in libris suis. Quibus sublimitati consuli, vel per se patet, vel supra iam declaratum est.

Idem valet de *figurarum nonnullarum usu*, maxime metonymiae, prosopopoeiae et parium vel oppositorum membrorum, de quibus omnibus cap. XX. 3.) expositum, quibusque non multo minus delectatur Tacitus. Sequi-

tur *vocabulorum collocatio*, in qua, ubi non certis atque constantibus legibus constituta est, aut *pronunciatio* vocabulorum, quatenus syllabarum longarum et brevium, vocaliumi et consonantium similiumque rerum apta successione et vicissitudine nititur, aut *vis verborum sententiarumque perspicuitas* respici potest.

De priori iudicare hodie, verae Graecorum pronunciationis quum ignari simus, non satis licet. Laudat tamen Thucydidis numeros Dionysius p. 115, sqq. Ubi orationis funebris initium secundum membra, numeros atque pedes singulos pertractat, atque μεγαλοπρεπές, σεμνόν et εὐγενές vocat; tum vero hoc de omni paene huius scriptoris oratione dicendum esse significat his verbis: Τὰ πλεῖστα δέ ἐστι παρὰ Θουκυδίδῃ τοιαῦτα, μᾶλλον δ' ὀλίγα μὴ οὕτως ἔχοντα. ὥςτ' εἰκότως ὑψηλὸς εἶναι δοκεῖ καὶ καλλιεπὴς καὶ εὐγενὴς ὡς ἐκλέγων τοὺς ῥυθμούς. Eodem modo auctor libri de Elocutione, Σχεδὸν ὅλως, inquit, τὸ μεγαλοπρεπὲς ἐν πᾶσιν αὐτῷ ποιεῖ ἡ τοῦ ῥυθμοῦ μακρότης, καὶ κινδυνεύει τῷ ἀνδρὶ τούτῳ παντοδαποῦ ὄντος τοῦ μεγαλοπρεποῦς αὕτη ἡ σύνθεσις μόνη ἢ καὶ μάλιστα περιποιεῖν τὸ μέγιστον. Quibus iudiciis si quis forte similem vocabulorum exitum repugnare iudicet, de hoc iam dictum cap. XX, 5, b. Plura explicanda de eo verborum ordine, qui ipso sensu eorum regitur. Hic Thucydides non raro a consueta collocatione recedit, et turbata atque impedita utitur. Atque eo potissimum spectant crimina πεπλεγμένης, πολυπλόκου et σκολιᾶς λέξεως, quae ei movet Dionysius. Alii vero veteres Grammatici traiectionibus, ὑπερβατοῖς, eum gaudere annotant. Ita Theon in Progymnasm., Auctor libri περὶ ὕψους sect. XXII., Marcell. §. 56. 56. Exemplum hyperbati, quanquam levissimum, si quidem ullum, Dionysius proponit p. 891. Etiam haec vero sermonis conformatio consulto a Thucydide instituta, quia sermo sic insolentior, atque hac ipsa insolentia partim quidem obscurior, partim vero etiam sublimior videtur. Conspicitur

autem inversa verborum collocatio in iis potissimum rebus.

a) *Genitivus a nomine, ex quo pendet, aliis verbis separatus.* I, 53. *Γνώσεσθαι δὲ ὑμῖν παθοῦσιν καλὴ ἡ ξυντυχία κατὰ πολλὰ τῆς ἡμετέρας χρείας.* Ubi non est cur *ὑμετέρας* coniiciat cum Bauero, quo efficeretur, ut *ξυντυχία* nimis nude positum esset; sed iungendum *ἡ ξυντ. τῆς ἡμ. χρείας.* V, 91. *Ἐπὶ σωτηρίᾳ νῦν τοὺς λόγους ἐροῦμεν τῆς ὑμετέρας πόλεως*, pro *ἐπὶ σωτ. τ. ὑ. π.* VII, 37. *Προσῆγε τῷ τείχει τῶν Ἀθηναίων, καθόσον πρὸς τὴν πόλιν αὐτοῦ ἑώρα*, i. e. *καθόσον αὐτοῦ* etc. Ibid. *Αἱ δὲ νῆες μετὰ τοῦτο εὐθὺς ἐξέπλεον τῶν Συρακοσίων καὶ ξυμμάχων.* Etiam I, 74., si codicum scriptura ibi genuina est, *Αὐτὸν διὰ τοῦτο δὴ μάλιστα ἐτιμήσατε ἄνδρα ξένον τῶν ὡς ὑμᾶς ἐλθόντων.* Add. Hudson. ad VIII, 64.

b) *Appositio ab eo vocabulo, ad quod pertinet, aliis separata.* I, 47. *Ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ αὐτοῖς τῷ ἀκρωτηρίῳ ὁ πεζὸς ἦν.* III, 35. *Σάλαιθον λαβὼν εὐθὺς ἐν τῇ πόλει τὸν Λακεδαιμόνιον κεκρυμμένον.* V, 30. *Οἱ δὲ ἐς τὸν ὕστερον ξύλλογον αὐτοῖς τὸν παρὰ σφίσι προεῖπον ἦκειν.* VII, 37. *Τὸν μὲν πεζὸν ὀλίγῳ πρότερον τῶν ἐκ τῆς πόλεως Γύλιππος προὐξαγαγών.*

c) *Participium, ubi adverbio, praepositione cum casu eius, et aliis additamentis accuratius definitum, post nomen articulo instructum traiectionem patitur.* I, 11. *Ὁ νῦν περὶ αὐτῶν διὰ τοὺς ποιητὰς λόγος κατεσχηκώς*, pro *κατεσχηκὼς λόγος.* II, 15. *Ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν.* IV, 114. *Τοῖς μετὰ τῶν Ἀθηναίων Τορωναίοις καταπεφευγόσι κήρυγμα ἐποιήσατο.* Add. III, 54. 56. V, 34. VII, 23. 50. al. (Sophocl. Electr. 694. *Ὀρέστης τοῦ τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος Ἀγαμέμνονος στράτευμ' ἀγείροντός ποτε.*)

Etiam vocabula ipsa, quae participii sensum definiunt, traiiciuntur. VII, 70. *Ἐκράτουν τῶν τεταγμένων νεῶν πρὸς αὐτῷ.* IV, 107. *Τὴν παροῦσαν ἄκραν ἀπὸ τοῦ τεί-*

χους λαβών. VII, 62. Πρὸς τὸν μίλλοντα ὄχλον τῶν νεῶν ἔσεσθαι. (Herodian. I, 5. Εἰς τὸ εἰωθὸς πεδίον αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι.)

Participium etiam aliis modis traiicitur. I, 9. Πλήθει χρημάτων, ἃ ἠλθεν ἐκ τῆς Ἀσίας ἔχων ἐς ἀνθρώπους ἀπόρους. Eodem modo ἔχων collocatum I, 11. VIII, 8. 33. al.

d) „*In partitionibus disiunctionibusque et comparationibus Synchysin amat scriptor noster.* I, 38. Καλὸν ἦν, τοῖσδε μὲν, εἶξαι· — ἡμῖν δὲ αἰσχρὸν, βιάσασθαι κ. τ. λ. Quum incipiat καλὸν ἦν τοῖσδε μέν, sequi debebat ἡμῖν δέ repetito καλὸν ἦν, quod et ad μέν et ad δέ pertinet eo, quem obtinet, positu. Nunc suggerit, ἡμῖν δὲ αἰσχρόν· ergo ante debebat, τοῖς μὲν καλὸν ἦν. III, 45. ἥσσω — ἔχουσα τὴν παρασκευήν, ἢ οἰκείαν, ἢ ἄλλων ξυμμαχίαν. Quum praemittat παρασκευήν, apparatum, subiecta divisione eius, ἢ οἰκείαν, sequi debebat, *aut alium* seu *socialem*, apparatum scil. Nunc, quum plane aliud suggeratur, ἢ — ξυμμαχίαν, turbatum intellige pro ἢ οἰκείαν παρασκευήν, ἢ ἄλλων ξυμμαχίαν.“ Bauer. (Philol. p. 287. sq.) In posteriore tamen loco praestat cum codicibus ξυμμαχίᾳ scribere. Caeterum adde not. ad VI, 39. fin.

e) *Quod frequentissimum post particulam* τε. „III, 56. Τῷ αὐτίκα χρησίμῳ ὑμῶν τε καὶ ἐκείνων πολεμίῳ, *e praesenti utilitate tum vestra tum illorum odio. Tum vestra utilitate*; sequi *aliorum* debebat utilitas; at sequitur *illorum odio*; transpositum ergo τε, sic ordinandum, τῷ τε αὐτίκα χρησίμῳ ὑμῶν.“ Bauer l. l. IV, 118. Οἱ λοιποὶ χωρήσαντες δρόμῳ ἐπί τε τοὺς φεύγοντας τῶν Μακεδόνων, οἷς ἐντύχοιεν, ἔκτεινον, καὶ τὴν ἐσβολὴν — φθάσαντες προκατέλαβον. Pro quibus si scriptum esset ἐπὶ τὲ τοὺς φεύγοντας χωρήσαντες, plana essent omnia; nunc certe τε quasi post χωρήσαντες positum cogita. (Bauer. not. ad h. l.) V, 32. Δηλίους κατήγαγον πάλιν ἐς Δῆλον, ἐνθυμούμενοι τάς τε ἐν ταῖς μάχαις ξυμφορὰς καὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς θεοῦ χρήσαντος. V, 44.

Οἱ Ἀργεῖοι ἀκούσαντες τῆς τε ἀγγελίας καὶ ἐπαυδὴ ἔγνωσαν etc. Sic *τε* hyperbaton facit etiam VI, 6. (*Ἐγεσταίων τε* etc.) 96. (*τούς τε ἀγροὺς* etc.) 98. (init.) VII, 4. et saepius. Item *οὔτε*. IV, 86. *Οὔπουν ἀξιῶ οὔτ' αὐτὸς ὑποπτεύεσθαι — οὔτε τιμωρὸς ἀδύνατος νομισθῆναι.*

f) *Etiam aliae particulae et adverbia hyperbaton faciunt*, ut *καί*. I, 44. *Ἀκούσαντες ἀμφοτέρων, γενομένης καὶ δὶς ἐκκλησίας*. Cf. V, 116. Notione *etiam* I, 37. *Κερκυραίων τῶνδε οὐ μόνον περὶ τοῦ δέξασθαι σφᾶς τὸν λόγον ποιησαμένων, ἀλλ' ὡς καὶ* (pro *ἀλλὰ καὶ ὡς*) *ἡμεῖς τε ἀδικούμεν καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰκότως πολεμοῦνται*. (Pind. Olymp. I, 51. *Λέγοντι δ' ἐν καὶ θαλάσσᾳ.*) I, 12. *Ἦν δὲ αὐτῶν καὶ ἀπόδασμος ἐν τῇ γῇ ταύτῃ πρότερον*, ubi tamen non satis certa scriptura verborum. *Νῦν*. I, 6. *Ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις ἔστιν οἷς νῦν καὶ μάλιστα τοῖς Ἀσιανοῖς*, pro *ἔτι δὲ καὶ νῦν ἐν* etc. *Ἀεί*. I, 18. *Ἀπὸ τῶν Μηδικῶν ἐς τόνδε ἀεὶ τὸν πόλεμον τὰ μὲν σπενδόμενοι, τὰ δὲ πολεμοῦντες, εὖ παρεσκευάσαντο τὰ πολέμια*, ubi *ἀεί* proxime ante *τὰ μέν* collocandum erat. *Ἔπειτα*. „*Τῆς ἔπειτα προσόδου, δι' ἣν ἰσχύομεν, στερήσεσθε*, pro *ἔπειτα στερήσ. τῆς προς.*, *in posterum privabimini vectigali*. Nam *ἡ ἔπειτα πρόσοδος* esset futurum vectigal, quod non capturi essent, *στερησόμεθα* quomodo ergo per illud dici possint *ἰσχύειν*, pollere opibus?“ Bauer. Philol. p. 284. *Μόνον*. I, 19. *Οἱ Λακεδαιμόνιοι οὐχ ὑποτελεῖς ἔχοντες φόρου τοὺς ξυμμάχους ἡγοῦντο, κατ' ὀλιγαρχίαν δὲ σφίσιν αὐτοῖς μόνον ὅπως πολιτεύσωσι θεραπεύοντες*, ubi *μόνον* pertinet ad *θεραπεύοντες*, ut docent ea, quae mox de Atheniensibus his opponuntur. *Πολύ*. I, 35. *Πολὺ δὲ ἐν πλείονι αἰτίᾳ* pro *ἐν δὲ πολὺ πλείονι αἰτίᾳ*. Cf. VI, 86. (Postremum ut *πάνυ* e Platone et Xenophonte notum. Vid. ad Cyrop. I, 6, 39. et Heindorf. ad Hipp. mai. §. 5. et ad Phaedon. §. 156.) *Ὅτι* et *ὡς*. I, 63. *Ξυναγαγόντι τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ὡς ἐς ἐλάχιστον χωρίον*. III, 46. *Ὅτι ἐν βραχυτάτῳ τὴν ἁμαρτίαν καταλῦσαι*. (Xenoph. Cyrop. I, 6, 26. *Ταῦτα πειρώμεθα ὡς ἐν ἐμπρακτοτάτῳ ποιεῖσθαι.*) In his etiam

praepositio trajecta iudicari potest, ut V, 37. Σπένδεσθαι καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους. — καὶ εἴ τινα πρὸς ἄλλον δέοι, et I, 8. ἀντίπαλον ἐς ἓν ὄνομα, si haec verba cum Eustathio interpretaris. Vid. not.

g) Huc refer etiam coniunctiones δέ, τε, γάρ, μέν *tertio, quarto et adeo quinto loco collocatas*, sed ibi solum, ubi praecedentia vocabula arctissime cohaerent, et uno excepto vel articulus, vel praepositio, vel negandi particulae sunt. I, 6. ἐν τοῖς πρῶτοι δέ. II, 94. τῷ πεζῷ δέ. (Bene igitur codd. I, 70. τῇ γνώμῃ δέ, quanquam statim sequenti capite τῇ δὲ γνώμῃ exstat.) III, 11. ἐν τῷ αὐτῷ δέ. (Sic aliquot libri τῇ αὐτῇ δέ I, 29.) III, 21. διὰ δέκα δέ. IV, 92. codd. τοῦ πλείονος δέ. IV, 114. ἐν ταύταις δέ. III, 4. οὐκ ἐξακουόντων δέ. — III, 64. τὴν τελευταίαν τε. III, 81. ἐς τὸ Ἡραῖόν τε. VII, 84. ἐς τὰ ἐπὶ θάτερά τε, si in his verbis genuina vulgata scriptura. — III, 58. οὐκ ἐχθροὺς γάρ. — III, 22. ἀνὰ τὸ σκοτεινὸν μέν. IV, 114. οἱ Τεγεάται μέν. — Longe maior hac in re poetarum licentia. Aesch. Pers. 719. Πεζὸς ἦ ναύτης δὲ πεῖραν τήνδ' ἐμώρανεν τάλας. Cf. ibi v. 729. Agam. 664. Ἐν νυκτὶ δυσκύμαντα δ' ὠρώρει κακά. Add. Eumen. 281. Soph. Ant. 141. ed. Erf. min. et Schaef. Melett. critt. p. 76. Sed talia in prosa sermone ferri nequeunt. Nam verba VII, 29. (fin.) Καὶ ξυμφορὰ τῇ πόλει πάσῃ οὐδεμιᾶς ἧσσων μᾶλλον ἑτέρας ἀδόκητός τε, quorum ne scriptura quidem omnibus dubitationibus caret, duas admittunt interpretationes (vid. not.), et quod olim II, 4. legebatur ὁρῶντες αὐτοὺς δὲ οἱ Πλαταιῆς ἀπειλημμένους, e libris correximus.

h) Imprimis memoratu dignae *negandi particulae*. I, 71. Καὶ ὄλεσθε τὴν ἡσυχίαν σὺ τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖστον ἄρκεῖν, οἳ ἂν τῇ μὲν παρασκευῇ δίκαια πράσσωσι, τῇ δὲ γνώμῃ, ἢν ἀδικῶνται, δῆλοι ὦσι μὴ ἐπιτρέψαντες· ἀλλ' ἐπὶ τῷ μὴ λυπεῖν τε ἄλλους, καὶ αὐτοὶ ἀμυνόμενοι μὴ βλάπτεσθαι, τὸ ἴσον νέμετε. Ubi oratio sic debebat procedere, ἀλλ' οἳ

ἂν — νέμωσι. Quam quum variaverit et ad ipsos Lacedaemonios transtulerit scriptor, factum, ut οὐ ante οἴεσθε collocandum fuisse videatur. V, 49. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ὑπελάμβανον οὐ χρεὼν εἶναι αὐτοὺς ἐπαγγεῖλαι ἔτι ἐς Λακεδαίμονα, εἰ ἀδικεῖν γε ἤδη ἐνόμιζον αὐτοὺς, ἀλλ' οὐχ ὡς νομίζοντας τοῦτο δρᾶσαι· id est, ἀλλ' ὡς οὐ νομίζοντας τοῦτο δρᾶσαι, *sed quod non credidissent* (Elei), ipsos (Lacedaemonios) iam iniuste egisse, hoc eos (Eleos) fecisse (indixisse foedera). Ita evanescit obscuritas, de qua ibi queritur Dukerus. Valde inusitatum quod VI, 18. legimus Οὐ μόνον — ἐπιόντα — ἀμύνεται, ἀλλὰ καὶ μὴ ὅπως ἔπεισι, προκαταλαμβάνει, ubi μὴ ὅπως pro ὅπως μή dictum. (Non minus mire μή collocatum Aeschyl. Agam. 485. Εἰ δ' ἐτητύμως, τίς οἶδεν; ἤτοι θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος, pro ἤτοι μὴ θεῖόν ἐστι ψύθος, quae tamen codicum scriptura a Schützio mutata est.) „VI, 68. Ὅτι οὐκ ἐν πατρίδι (ἔσται ὁ ἀγὼν, ἐξ ἧς κρατεῖν δεῖ, ἢ μὴ ῥᾳδίως ἀποχωρεῖν, *non in patria certamen erit, qua aut potiundum sit aut cum periculo inde discedendum.* [Cf. cap. XXII, 1, f.] Intellige ἐν οὐ πατρίδι, in terra *non patria*, i. e. aliena, ex qua rel. — I, 141. Πολεμεῖν μὴ πρὸς ὁμοίαν ἀντιπαρασκευὴν ἀδύνατοι, pro πρὸς ἀντιπ. μὴ ὁμ." Bauer. Cf. I, 91. Οὐ γὰρ οἷόν τε εἶναι, μὴ ἀπὸ ἀντιπάλου παρασκευῆς ὅμοιόν τι ἢ ἴσον ἐς τὸ κοινὸν βουλεύεσθαι. III, 57. Εἰ περὶ ἡμῶν γνώσεσθε μὴ τὰ εἰκότα. III, 67. Ἃς χρὴ τοῖς μὲν ἀδικουμένοις ἐπικούρους εἶναι, τοῖς δὲ αἰσχρόν τι δρῶσι διπλασίας ζημίας, ὅτι οὐκ ἐκ προσηκόντων ἁμαρτάνουσιν.

ὑ) "Οτι *a verbo, ex quo pendet, avulsum.* I, 144. Νῦν δὲ τούτοις ἀποκρινάμενοι ἀποπέμψωμεν, Μεγαρέας μὲν ὅτι ἐάσομεν etc., pro Νῦν δὲ ἀποπέμψωμεν τούτους ἀποκρινάμενοι ὅτι etc. Ubi Stephanus laudat locum II, 12. Τοσόνδε εἰπὼν ἐπορεύετο, ὅτι ἤδε ἡ ἡμέρα — ἄρξει. Similiora etiam verba VIII, 86. Ἀποκρινάμενος αὐτοῖς ἀπέπεμπεν, ὅτι etc.

l) *Articulus traiectus.* I, 42. *Τὸ μὴ ἀδικεῖν τοὺς ὁμοίους ἰσχυροτέρα δύναμις ἢ τῷ αὐτίκα φανερῷ ἐπαρθέντας διὰ κινδύνων τὸ πλέον ἔχειν*, pro *ἢ τὸ τῷ — διὰ κινδ. πλέον ἔχειν*, cuius pronunciatio ingrata fuisset. Sed de verbis I, 9. *Λέγουσι δὲ καὶ οἱ τὰ σαφέστατα Πελοποννησίων μνήμῃ παρὰ τῶν πρότερον δεδεγμένοι*, quae per articuli traiectionem interpretatur scholiasta, vid. not.

m) *Mixta quaedam, in quibus ordo plane turbatus est.* II, 85. *Ὅπως μὴ ξυμβοηθῶσιν οἱ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω Ἀκαρνᾶνες* i. e. *ὅπως μὴ ἄνω ξυμβοηθ. οἱ ἀπὸ θαλάσσης Ἀκ.* cf. c. 80. III, 24. *Νομίζοντες ἥκιστα σφᾶς ταύτην αὐτοὺς ὑποτοπῆσαι τραπέσθαι* (*ἥκ. αὐτ. ὑποτ. σφ. ταύτ. τραπ.*) III, 39. *Ἐζήτησαν μετὰ τῶν πολεμιωτάτων ἡμᾶς στάντες διαφθεῖραι.* III, 90. *Ἐξελθόντων οἱ Μεσσήνιοι τῶν τε Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων προεχώρησαν καὶ αὐτοί.* III, 103. *Ἀποστάντες αὐτοῖς ἀπὸ Συρακοσίων ξυνεπολέμουν.* IV, 154. *Ἀπεπείρασε τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος καὶ ὁ Βρασίδας τελευτῶντος καὶ πρὸς ἦρ ἤδη Ποτιδαίας.* V, 55. *Ἐδόκει τὴν Ἐπίδαυρον τῷ τε Ἀλκιβιάδῃ καὶ τοῖς Ἀργείοις προλαβεῖν.* VI, 6. *Τὴν γενομένην ἐπὶ Λάχητος καὶ τοῦ προτέρου πολέμου Λεοντίνων οἱ Ἐγεσταῖοι ξυμμαχίαν ἀναμιμνήσκοντες τοὺς Ἀθηναίους ἐδέοντο.* V, 47. *Σπονδὰς ἐποιήσαντο ἑκατὸν Ἀθηναῖοι ἔτη καὶ Ἀργεῖοι.* VI, 82. *Οὓς ξυγγενεῖς φασὶν ὄντας ἡμᾶς Συρακόσιοι δεδουλῶσθαι.* Sed IV, 119. vulgatam scripturam *Ταῦτα ξυνέθεντο Λακεδαιμόνιοι καὶ ὡμολόγησαν καὶ οἱ ξύμμαχοι Ἀθηναίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις* e libris correximus.

In verborum collocatione denique non praetereundae *parentheses.* His saepe utitur Thucydides (vid. II, 61. IV, 92. VI, 21. al.), suntque eae saepe partim longiores (quod tamen ubi est, protaseos prima sententia nonnunquam inverso quodam modo repetitur, ut I, 18. *Ἐπειδὴ δὲ οἵ τε Ἀθηναίων τύραννοι καὶ οἱ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος — κατελύθησαν — — μετὰ δὲ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν* etc.) partim tales, quas Graeci signis non distinguentes diffi-

difficilius cognoscerent necesse erat (ut I, 143. *Χρὴ — πολλῷ πλείοσι μὴ διαμάχεσθαι. κρατήσαντές τε γὰρ αὖθις οὐκ ἐλάσσοσι μαχούμεθα, καὶ ἢν σφαλῶμεν, τὰ τῶν ξυμμάχων, ὅθεν ἰσχύομεν, προσαπόλλυται. οὐ γὰρ ἡσυχάσουσι μὴ ἐπ' αὐτοὺς στρατεύειν. τήν τε ὑλόφυρσιν μὴ οἰκιῶν καὶ γῆς ποιεῖσθαι* etc.) Sed maxime memorabile

α) *si parenthesis non suo loco legitur.* V, 17. *Ψηφισαμένων, πλὴν Βοιωτῶν καὶ Κορινθίων καὶ Ἠλείων καὶ Μεγαρέων τῶν ἄλλων, ὥστε καταλύεσθαι (τούτοις δὲ οὐκ ἤρκεσε τὰ πρασσόμενα) ποιοῦνται τὴν ξύμβασιν.* Ubi parenthesis post *Μεγαρέων* collocanda erat. VI, 104. *Ἁρπασθεὶς ὑπ' ἀνέμου κατὰ τὸν Τεριναῖον κόλπον, ὃς ἐκπνεῖ ταύτῃ μέγας κατὰ Βορέαν ἑστηκώς, ἀποφέρεται ἐς τὸ πέλαγος.* Schol. *οὐχ ὁ κόλπος, ἀλλ' ὁ ἄνεμος.* VIII, 48. *Πολλὰς ἐλπίδας εἶχον, αὐτοί τε αὐτοῖς, οἱ δυνατοὶ τῶν πολιτῶν, τὰ πράγματα, οἵπερ καὶ ταλαιπωροῦνται μάλιστα, ἐς ἑαυτοὺς περιποιήσειν, καὶ τῶν πολεμίων ἐπικρατήσειν.* Cf. ad Xenoph. Cyrop. I, 2, 9.

Tacemus autem hic notissimum Herodoti loquendi modum, secundum quem sententiam causam alius reddentem huic per *γάρ* praemittit. Vid. Matth. Gr. Gr. p. 906. Quod quidem saepe facit etiam Thucydides. Vid. I, 31. 104. 135. 137. III, 70. IV, 67.

β) *Si admixta habet, quae extra eam erant ponenda.* Huc referri possunt loci I, 115. et VIII, 50. cap. X. init. tractati. Add. VII, 48. *Καὶ ἦν γάρ τι καὶ ἐν ταῖς Συρακούσαις βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα ἐνδοῦναι, ἐπεκηρυκεύετο ὡς αὐτόν,* pro *καί τι καὶ — βουλόμενον — ἐνδοῦναι (ἦν γὰρ ἐνταῦθα) ἐπεκήρυκ.* Denique eodem modo explicandus infinitivus *φεύγειν* V, 72. de quo iam monitum.

γ) *Si post parenthesin oratio paulo alia ratione continuatur atque coepta est.* IV, 73. *Οἱ γὰρ Μεγαρῆς, ὡς οἱ Ἀθηναῖοι ἐτάξαντο μὲν παρὰ τὰ μακρὰ τείχη ἐξελθόντες, ἡσύχαζον δὲ καὶ αὐτοὶ μὴ ἐπιόντων, λογιζόμενοι καὶ οἱ ἐκείνων στρατηγοὶ, μὴ ἀντίπαλον εἶναι σφίσι τὸν κίνδυνον· — — χρό-*

νον δὲ ἐπισχόντες καὶ ὡς οὐδὲν ἀφ' ἑκατέρων ἐπεχειρεῖτο, ἀπῆλθον πρότερον οἱ Ἀθηναῖοι ἐς τὴν Νίσαιαν — · οὕτω δὴ τῷ μὲν Βρασίδᾳ αὐτῷ καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν πόλεων ἄρχουσιν οἱ τῶν φευγόντων φίλοι Μεγαρῆς etc. Hic *οἱ γὰρ Μεγαρῆς* cohaeret cum ultimis.

δ) *Si scriptor coeptam structuram plane turbat et anacoluthon admittit addens particulas δέ* et *καί*. IV, 132. *Περιτειχιζομένης δὲ τῆς Σκιώνης, Περδίκκας, τοῖς τῶν Ἀθηναίων στρατηγοῖς ἐπικηρυκευσάμενος, ὁμολογίαν ποιεῖται πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, διὰ τὴν τοῦ Βρασίδου ἔχθραν περὶ τῆς ἐκ τῆς Λύγκου ἀναχωρήσεως, εὐθὺς τότε ἀρξάμενος πράσσειν. καὶ ἐτύγχανε γὰρ τότε Ἰσχαγόρας ὁ Λακεδαιμόνιος στρατιὰν μέλλων πεζῇ πορεύσειν · ὡς Βρασίδαν. ὁ δὲ Περδίκκας, ἅμα μὲν κελεύοντος τοῦ Νικίου, ἐπειδὴ ξυνεβεβήκει, ἐνδηλόν τι ποιεῖν τοῖς Ἀθηναίοις βεβαιότητος πέρι, ἅμα δ' αὐτὸς οὐκέτι βουλόμενος Πελοποννησίους ἐς τὴν αὑτοῦ ἀφικνεῖσθαι, παρασκευάσας τοὺς ἐν Θεσσαλίᾳ ξένους, χρώμενος ἀεὶ τοῖς πρώτοις, διεκώλυσε τὸ στράτευμα καὶ τὴν παρασκευήν, ὥστε μηδὲ πειρᾶσθαι Θεσσαλῶν.* In his verba, *καὶ ἐτύγχανε γὰρ — ὡς Βρασίδαν* extra parenthesin spectata, si sensum consideramus, nexum sententiarum male interrumpunt, neque idoneam explicationem admittunt; sin usum particularum *καὶ γάρ*, magnam offensionem habent eo, quod *γάρ* a *καί* alia voce interposita separatum est. Quod Hudsonus frustra excusare studet laudato Aristophanis loco *Ἀλλὰ ποῖ γὰρ οἴχεται*; Nam quod in *ἀλλὰ γάρ* frequentissimum est, atque idoneam habet rationem e natura sententiarum, quibus hae particulae praefiguntur, repetendam; id in *καὶ γάρ*, ubi hae voces arctissime cohaerent, atque *etenim* significant, nunquam sibi permisit Thucydides. (Noli enim contra nos abuti aut verbis *καὶ ἐλασσούμενοι γάρ* I, 77., ubi *καί* non cum *γάρ* coniungendum est, sed ad aliud *καί* refertur; aut etiam locis aliorum scriptorum, in quibus *καὶ — γάρ nam — quoque* denotat.) Quodsi particula *δέ* in *ὁ δὲ Περδίκκας* abesset, nemo, qui scriptoris nostri loquendi

usum perspectum haberet, dubitaret, quin verbis ἐτύγχανε γὰρ — Βρασίδαν in parenthesin redactis coniungenda essent haec καὶ ὁ Περδίκκας διεκώλυσε τὸ στράτευμα. Ita enim hic locus similis esset ei, qui IV, 67. legitur καὶ πρῶτον μὲν οἱ περὶ τὸν Δημοσθένην Πλαταιῆς τε καὶ περίπολοι ἐξεύραμον, οὗ νῦν τὸ τροπαῖον ἔστι, καὶ εὐθὺς ἐντὸς τῶν πυλῶν (ἦσθοντο γὰρ οἱ ἐγγύτατα Πελοποννήσιοι) μαχόμενοι τοὺς προσβοηθοῦντας οἱ Πλαταιῆς ἐπράτησαν. Iam addita quidem particula δέ hanc rationem labefactare videtur; sed videtur tantum; non vere subvertit. Rem enim conficit locus III, 107. Ἡμέρας μὲν πέντε ἡσύχαζον, τῇ δ' ἕκτῃ ἐτάσσοντο ἀμφότεροι ὡς ἐς μάχην. καὶ — μεῖζον γὰρ ἐγένετο, καὶ περιέσχε τῶν Πελοποννησίων στρατόπεδον· ὁ δὲ Δημοσθένης, δείσας, μὴ κυκλωθῇ, λοχίζει etc. Ubi δέ quum in optimis codicibus desit, a Bauero deletum est, sed male, ut duo alii loci docent, in quorum altero praeter δέ etiam καί post parenthesin abundat. VIII, 29. Ἑρμοκράτους δὲ ἀντειπόντος, τοῦ Συρακοσίου στρατηγοῦ — (ὁ γὰρ Θηραμένης, οὐ ναύαρχος ὤν, ἀλλ' Ἀστυόχῳ παραδοῦναι τὰς ναῦς ξυμπλέων, μαλακὸς ἦν περὶ τοῦ μισθοῦ). — ὅμως δὲ etc. VIII, 79. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ταῖς ἐκ Σάμου ναυσὶ δυοῖν καὶ ὀγδοήκοντα, αἳ ἔτυχον ἐν Γλαύκῃ τῆς Μυκάλης ὁρμοῦσαι — διέχει δὲ ὀλίγον ταύτῃ ἡ Σάμος νῆς ἠπείρου πρὸς τὴν Μυκάλην· — καὶ ὡς εἶδον τὰς τῶν Πελοποννησίων ναῦς ἐπιπλεούσας, ὑπεχώρησαν ἐς τὴν Σάμον, οὐ νομίσαντες τῷ πλήθει διακινδυνεῦσαι περὶ τοῦ παντὸς ἱκανοὶ εἶναι. καὶ ἅμα — προῄσθοντο γὰρ αὐτοὺς ἐκ τῆς Μιλήτου ναυμαχησείοντας· — προσεδέχοντο δὲ καὶ τὸν Στρομβιχίδην etc. Denique I, 72. Τῶν δὲ Ἀθηναίων — ἔτυχε γὰρ πρεσβεία πρότερον ἐν τῇ Λακεδαίμονι περὶ ἄλλων παροῦσα, καὶ ὡς ἤσθοντο τῶν λόγων, ἔδοξεν αὐτοῖς παρίστηέα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶναι. Ubi si καί deesset, structura plane eadem esset, ut in locis cap. X. init. tractatis. Add. Matth. Gr. p. 806. In quibus parentheseos signa utrum addas, an omittas melius, haud facile quidem dixeris, neque multum refert; quodsi tamen cogitas scriptorem hic sui oblitum esse,

quod non faceret is, cui eiusmodi signa usitata essent, rectius videntur omittenda, nisi forte perspicuitatem adiuvandam credis lineolae, vel unius vel duarum usu.

Haec iam sufficiant de verborum collocatione, quam quum postremo loco consideraverimus, toti de Thucydidis sermoni disputationi iam finis imponendus. Eam vero non melius poterimus absolvere, quam si, ut uno conspectu omnia contemplemur, quae prius dicta sunt, atque veram egregii scriptoris imaginem animo nostro imprimamus, hoc eius addimus a Wyttenbachio (Ecll. historr. Praefat. p. 11.) scriptum praeconium:

„Secundus est (post Herodotum) Thucydides, et ipse palmarius, sed diversa ratione. Nam et argumentum habet brevius, res Graecorum, maxime belli Peloponnesii: nec omnia narrat, quae vidit et audivit: sed ea fere, quae memoratu digna, et, exploratis testibus subductisque rationibus, vera iudicavit: raro regrediens a proposito, nec umquam nisi ipso postulante proposito: eidem brevitati studens in oratione, cum verbis, quae singula fere totidem habent sententias, tum compositione, qua sententiae magis comprimuntur quam explicantur, subinde magis obscurantur, quam illustrantur. Sed in hac coarctione ac brevitate mirabile est dictu quam sit sensibus magnificus et sublimis: quam gravis sententiis: quam certus virtutum vitiorumque aestimator: quam solers et verus explicator caussarum, eventuum, prudentiae tum civilis tum bellicae: quam item sagax consiliorum et intimorum humani animi recessuum indagator: quam denique efficax rerum gestarum narrator, in quas medias legentis animus abreptus et armorum strepitum audire, et caedes certaminaque praesens cernere videtur, et variis deinceps commotionibus agitatur et versatur."

ADDITAMENTA.

I. GRAECAE VITAE THUCYDIDIS.

[a] ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΒΙΟΥ

ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΔΕΑΣ ΑΥΤΟΥ

[b] ἀπὸ τῆς ὅλης ξυγγραφῆς παρεκβολή.

(Notae subiectae ubi uncis carent, sunt Hudsoni, ubi uncis inclusae sunt, Beckii, nisi si quid vel e cod. Pal. enotatum est, quem pro nobis benevole contulit V. D. Guil. Frommel, vel literam P. additam habet.)

Τῶν Δημοσθένους μύστας γεγενημένους θείων λόγων τε καὶ ἀγώνων, συμβουλευτικῶν τε καὶ δικανικῶν νοημάτων μεστοὺς γενομένους, καὶ ἱκανῶς ἐμφορηθέντας, ὥρα λοιπὸν καὶ τῶν Θουκυδίδου τελετῶν ἐντὸς [c] καταστῆναι. πολὺς γὰρ [d] ἀνὴρ τέχναις, καὶ πάλλει λόγων, καὶ ἀκριβείᾳ πραγμάτων, καὶ στρα-

---

[a De *Marcellino* ipso vide supra cap. II. init. P.]

b Crediderim hanc dissertationem operis longioris fuisse fragmentum, quo videtur complexus fuisse vitas praestantiorum quorundam oratorum et historicorum. Primus eam in lucem protulit, annexque *Thucydidis* editioni praemisit *Aldus*: latinitate donavit *Isaacus Casaubonus*: et postea recognovit, plurimisque in locis illustravit *Aemil. Portus*.

[c Καταστῆσαι scripturus erat *Valcken.* ad *Eurip. Hippol.* p. 163. At γεγενημένους subiecti infinitivus esse potest. P.]

[d Vulgo ἀνήρ. *Casaub.* ὁ ἀνὴρ legendum coniiciebat. Statim pro στρατηγίᾳ e *Suidae* Vit. *Thuc.* et Pal. cod. exhibuimus στρατηγίαις. P.]

τηγίαις, [e] καὶ συμβουλαῖς, καὶ πανηγυρικαῖς ὑποθέσεσιν. ἀναγκαῖον δὲ πρῶτον εἰπεῖν τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ γένος καὶ [f] τὸν βίον. πρὸ γὰρ τῶν λόγων ταῦτα ἐξεταστέον τοῖς φρονοῦσι καλῶς. Θουκυδίδης τοίνυν ὁ συγγραφεὺς [g] Ὀλόρου μὲν προῆλθε πατρὸς, τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντος ἀπὸ Ὀλόρου τοῦ Θρᾳκῶν βασιλέως, καὶ μητρὸς Ἡγησιπύλης· ἀπόγονος δὲ τῶν εὐδοκιμωτάτων στρατηγῶν, λέγω δὴ τῶν περὶ Μιλτιάδην καὶ Κίμωνα. ᾠκείωτο [h] γὰρ ἐκ παλαιοῦ τῷ γένει πρὸς Μιλτιάδην τὸν στρατηγόν· τῷ δὲ Μιλτιάδῃ, πρὸς [i] Αἰακὸν τὸν Διός. οὕτως αὐχεῖ τὸ γένος ὁ συγγραφεὺς ἄνωθεν, καὶ τούτοις [k] Δίδυμος μαρτυρεῖ, [l] Φερεκύδην ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν φάσκων οὕτω λέγειν· „[m] Φιλαίας δὲ ὁ Αἴαντος οἰκεῖ ἐν

---

e Καὶ συμβουλευτικαῖς mallem cum *Casaub.* [At vid. *Suidae* vit. *Thucyd.* P.]

f Articulum om. Pal.

g Ὀλόρου semper cod. Pal.

h Γάρ. Ita Pal. Vulgo δέ.

i Ita de Miltiade *Herodotus* l. 6. c. 35. Adi *Ruigersium* in Varr. Lectt. l. 1, c. 9. p. 29.

k Incertum, utrum hic *Didymus* is sit, qui Iulii Dictatoris et Triumvirorum temporibus vixit, et Χαλκέντερος appellatur ab *Ammiano Marcellino* aliisque, an *Didymus* cognomento *Claudius*, qui (teste *Suida*) de *Thucydidis* in analogia erratis scripsit. Vide *Vossium* de Historicis Gr. l. 1. c. 24.

l *Pherecydae* duo, [Syrius et Lerius sive Atheniensis,] aut plures fuerunt. Nullus dubito quin *Pherecydes*, cuius fragmentum citat *Marcellinus*, idem sit ac ille cuius meminit *Strabo* lib. 2., et quem admodum antiquum esse ostendit *Dionys. Halicarn.* l. 1. Antiq. ubi inquit: ἔνδοξα τῶν ἀρχαίων συγγραφέων Φερεκύδην τῶν Ἀθηναίων γενεαλόγων εὐθὺς δεύτερον. Vide *Salmasium* ad Solinum, p. 690. *Vossium* de Historicis Gr. l. 4. c. 4. et *Menagium* in Diogenem Laërtium, p. 68. [Vid. omnino Sturzium in Pherecydis fragmentis, Gerae 1789. edidit p. 89. ss.]

m Aliis est Φιλαῖος. (*Stephanus* in marg. Ed. 2. γρ. Φιλαῖος.) Apud *Tzetzem* Φίλιος pro Φιλαῖος legitur, exiguo quidem mendo, sed tamen quod *Reinecsium* alioseque nonnullos eousque decepit, ut Philium quendam diversum a Philaeo inter Aiacis liberos ponerent.

[n] [ταῖς] Ἀθήναις. ἐκ τούτου δὲ γίνεται [o] Δάϊκλος· τοῦδε, Ἐπίδυκος· τοῦδε, Ἀκέστωρ· τοῦδε, Ἀγήνωρ· τοῦδε, Ὅλιος· τοῦδε, Λύκης· τοῦδε, Τίφων· τοῦδε, Λάϊος· τοῦδε, [oo] Ἀγαμήστωρ· τοῦδε, Τίσανδρος, ἐφ' οὗ ἄρχοντος ἐν Ἀθήναις [p] τοῦδε, Μιλτιάδης· τοῦδε, Ἱππόκλείδης, [q] ἐφ' οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη. [r] τοῦδε, Μιλτιάδης, ὃς [s] ὤπισε Χερρόνησον." μαρτυρεῖ τούτοις καὶ [t] Ἑλλάνικος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀσωπίδι. ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποι τις, τί αὐτῷ πρὸς Θουκυδίδην;

Hic tum aliis aliquot inter Veteres, tum et *Pausaniae* in Atticis, non Aiacis, sed Eurysacis filius, Aiacis nepos dicitur. *Herodotus* tamen lib. 6. c. 35. Aiacis filium facit. [cf. Wess. ad Herod. p. 453.] *Plutarcho* in Solone et Philaeus et Eurysaces Aiacis filii dicuntur.

n Artic. om. Pal., ex quo paulo ante οὗτος pro οὕτως, et statim γίνεται pro γίγνεται. Idem Τόφων.

o Forsan Αἴϊλος. *Casaub.*

oo De hoc, ut de reliquis nihil memorabile proditur, nisi quod hunc (cum in privata fortuna vixerint caeteri) Athenis Archonta fuisse aiunt. *Rutgersius.* Vide *Meursium* de Archont. Ath. l. 1. c. 1.

p Vel cum *Casaubono* dicendum, quaedam hic desiderari, [ut docent etiam manca verba ἐφ οὗ ἄρχοντος,] vel cum *Rutgersio* legendum τοῦδε Ἱππόκλείδης, τοῦδε Μιλτιάδης etc. Nam *Herodotus* libro sexto ponit Hippoclidem Tisandri filium inter procos, qui Sicyonem Agaristae causa vencrant. Vide *Rutgersium*, p. 30.

„Ad imitationes autem quod attinet eorum, quae „sunt τῆς διανοίας, quamvis multa eius exempla suppe„tant, duobus tamen contentus ero, quum alio properan„dum sit, et quaedam meus Schediasmatum liber sit sup„peditaturus. Quum igitur dixissent apud Thucydidem „Corinthiorum legati Lacedaemoniis, de Atheniens. lo„quentes, [I, 70.] οἱ μὲν καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ „γνώμην κινδυνευταί, quidam apud Dionysium, necessita„tem duarum, quae hic proponuntur, rerum effectricem „esse docens, scribit, δι' ἣν καὶ παρὰ γνώμην τολμηταὶ γί„νονταί τινες καὶ ὑπὲρ δύναμιν μαχηταί [lib. VI. cap. 19.]. „Ubi observa, quomodo, quum Thucydides iunxisset „vocem τολμηταί cum illis παρὰ δύναμιν, hic dicere malue„rit παρὰ γνώμην τολμηταί, at cum his ὑπὲρ δύναμιν, iun„gere μαχηταί. Qua mutatione considerandum est, plus „dici a Dionysio, quum duo illa Thucydidea τολμηταί et „κινδυνευταί dici de iisdem possint. Caeterum eadem illa „verba ὑπὲρ δύναμιν μαχηταί, alii loco adaptavit scribens, „ἀγαθοὶ μαχηταὶ καὶ ὑπὲρ δύναμιν ἐφάνησαν. Quam porro „hic necessitati dat laudem, eandem aliis illi verbis tri„buit: veluti ubi scribit, δεινὴ γὰρ ἀνάγκη καὶ ὁ περὶ τῶν „ἐσχάτων κίνδυνος ἱκανὸς θάρσος ἐνθεῖναί τινι καὶ μὴ προϋπάρ„χον φύσει. Eodemque pertinet, quod libro IX. scribit, „ἵνα τοῖς βλεπεύουσι καὶ ἀποδειλιῶσιν ἐκ τοῦ ἀναγκαίου παρα„στῇ τὸ εὔψυχον (ita enim scribendum, non ἔμψυχον), vo„cans τὸ ἀναγκαῖον, quod alibi ἀνάγκην appellat."

„[Thuc. I, 140. Θῆς εἰ ξυγχωρήσετε, καὶ ἄλλο τι μεῖζον „εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε, ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούσαντες. Dion.

„p. 1180. *Ὥστ', εἰ τὰ πρῶτα συγχωρήσετε, ἕτερόν τι χεῖρον εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε, ὡς φόβῳ ὑπακούσαντες καὶ τὰ πρῶτα.* „Atque ita etiam quae sequuntur, ut *πρὶν βλαβῆναί τι*, et „*οἷς οὔτ' ἰδίᾳ οὔτ' ἐν κοινῷ χρήματά ἐστιν.* Leviter immutata „verba Thucydidis *αἱ περιουσίαι τοὺς πολέμους μᾶλλον ἀνέχουσι*, pro quibus Dionysius dicit, *οἱ πόλεμοι ταῖς περιουσίαις τῶν χρημάτων ὡς τὰ πολλὰ ἀντέχουσιν.* Idem p. 1210. 11. „plura ex fine orationis Plataeensium, III. cap. 57 — 59., „repetiit, atque etiam p. 1238. famem vocat *τὸν κάκιστον τῶν μόρων*, ut Thucydides III, 59. *τὸν αἴσχιστον ὄλεθρον.* „Vid. Casaub. ad Dion. l. l. Alia suppeditat descriptio „pestilentiae quae Romam vastavit IX, 42. X, 55. Vid. „not. ad Thuc. II, 47. 51. al.]"

Tertio loco commemorandus Dio Cassius, qui pariter ac Dionysius sexcentis in locis Thucydidem imitatus est. Non quidem in argumenti tractatione — in ea enim quantum distat ab illo! — neque in universo sermonis colore, sed singulis in verbis, dictionibus, constructionibus, sententiis, descriptionibus. Ac verba quidem quam multa usurpaverit, quae Thucydidi quidem probata, sed ab aliis scriptoribus evitata sunt, ex iis, quae cap. XIX. et XX. disputavimus, satis superque patuit. Dictiones autem atque vocabulorum quorundam consociationes hic aliquot e multis enotemus. Et primum quidem plane easdem. *Ὅπη παρείκοι* Thuc. III, 1. Dio XLVI, 36. Cf. supra cap. XIX. *Κολυμβηταὶ ὕφυδροι* Thuc. IV, 26. et Dio aliquoties. (Utrumque etiam Arrianus habet. Vid. infra.) Vid. Ind. Dion. *Κατὰ πύστιν* Thuc. I, 136. Dio XLII, 6. (Idem apud Appianum reperitur.) *Λόγῳ παράγεσθαι* Thuc. I, 91. Dio XXXVIII, 58. 46. *Ὅσον ἀποβῆν* Thuc. I, 2. Dio LXXIII, 3. *Νεύμασι ἀφανεῖ* Thuc. I, 134. Dio LXXVI, 9. *Τὸ ἰσχυρὸν καθαιρεῖν* Thuc. I, 4. Dio LXXVI, 10. (Add. Lobeck. ad Phrynich. p. 242.) *Πρίν τι βλαβῆναι* Thuc. I, 141. Dio XXXVIII, 42. *Ἀπροφασίστως ἐπικουρεῖν* Thuc. I, 49. Dio XXXVIII, 39. *Ἄρχειν*

ἐγκρατῶς Thuc. I, 76. Dio XXXVIII, 39. *Σύστασις τῆς γνώμης* Thuc. VII, 71. Dio XLIX, 9. *Ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς* Thuc. VII, 71. Dio XLIX, 10. *Ἐκ πολλοῦ (eminus) ἔχοντες ἀλκήν* Thuc. IV, 32. *ἡ ἐκ πολλοῦ ἀλκή* Dio L, 32. *Τῷ πλήθει πιθανώτατος* Thuc. IV, 21. Dio XL, 60. *Δείξας τι χωρίον* et *ἐπὶ θάτερα* Thuc. I, 87. Dio XLVI, 36. *Ἓν οὐδέν* Thuc. II, 51. Dio LXV, 16. *Τφεῖλκον τὸν χοῦν* Thuc. II, 76. Dio LXVI, 4. (ubi etiam alia similia sunt). — *Χρημάτων διαφανῶς ἀδωρότατος* Thuc. II, 65. Dio LXXII, 8. *Τὴν ἱκετείαν οὐκ ἐδέξαντο (ἐδέξατο)* Thuc. I, 24. Dio XLII, 43. *Οὐκέτι (οὐκ) ἐν καταλήψει ἐφαίνετο (ἐφαίνοντο)* Thuc. III, 33. Dio LI, 1. *Γιγνόμενα μὲν καὶ ἀεὶ ἐσόμενα, ἕως ἂν ἡ αὐτὴ φύσις ἀνθρώπων ᾖ* Thuc. III, 3. *Οὐ γὰρ ἔστιν ὅτε ταῦτ' οὐκ ἐγένετο, οὐδ' ἂν παύσαιτό ποτε, ἕως ἂν ἡ αὐτὴ φύσις ἀνθρώπων ᾖ* Dio XXXVI, 5. Ita igitur paene integros versus furatus est!

Alibi mutavit quidem plus minusve dictiones, quas e Thucydide repetiit, sed ita tamen ut fons earum facile agnoscatur. Dio LXXIV, 9. *Ἧς ἐς ἀΐδιον μνήμη καταλείψεται.* Thuc. II, 64. reliqua perinde, sed *καταλελείψεται* (quod fortassis etiam Dioni restituendum). Dio XXXIX, 43. *Τὰ σκάφη — ἀναδυόμενα* (lege *ἀναδούμενα*) — *εἵλκοντο.* Thuc. I, 50. *Τὰ σκάφη οὐχ εἵλκον ἀναδούμενοι.* — Dio XXXIX, 45. *Ἐν ταῖς ἀπειλαῖς πᾶν τὸ φοβερὸν διακενῆς ἐπικομποῦσιν.* Thuc. IV, 126. *Ἀπειλαῖς τὸ ἀνδρεῖον μελλήσει ἐπικομπούσιν* (ubi etiam *διακενῆς* paulo ante adfuit). — Dio XL, 1. *Πλοῖμα ἐγένετο (navigatio exerceri coepta est).* Thuc. I, 8. *Πλοιμώτερα ἐγένετο.* — Dio XL, 23. *Ταῖς τῶν παραστατῶν ἀσπίσι τὰς γυμνάσεις σφῶν προστέλλειν.* Thuc. V, 71. *Προστέλλειν τὰ γυμνὰ τῇ τοῦ παρατεταγμένου ἀσπίδι.* — Dio XLIV, 38. *Γνῶναι πᾶν τὸ δέον ὀξύτατα καὶ ἑρμηνεῦσαι πιθανώτατα.* (Cf. etiam LI, 15.) Thuc. II, 60. *γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι.* — Dio XXXVI, 36. *Ἐκεῖνον ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ ἐποιήσατο.* Thuc. III, 34. *Ἐκεῖνον ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ εἶχεν.* (Imitatus etiam accuratius Arrianus.) — Dio XLVI,

1. *Διαβόλως μνημονεύειν τινός.* Thuc. VI, 15. *Διαβόλως μνησθῆναί τινος.* — Dio LVI, 9. *Πάντα ἐκ τοῦ ἴσου παραβαλλόμενοι.* Thuc. II, 44. *Παῖδας ἐκ τοῦ ὁμοίου παραβαλλόμενοι.* Atque ita alibi in verbo *παραβάλλεσθαι.* Cf. Dion. XXXVIII, 37. Thuc. III, 65. — Dio LVI, 35. *Μὴ τῷ ὑπερβάλλοντι ὑμεῖς τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ φθονήσητε.* Thuc. II, 35. *Τῷ δ' ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες.* — Dio LXVI, 17. *Ἐν ἀκμῇ τῆς δόξης ἀπέθανεν.* Thuc. II, 49. *Ἅμα ἀκμῇ τῆς δόξης ἀπηλλάγησαν.* — Dio LXXI, 24. *Ἀπόστασις, μᾶλλον δὲ ἐπανάστασις γέγονε.* Thuc. III, 39. *Ἐπανέστησαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν.* — Dio XXXVI, 10. *Ἅπερ που σπανιώτατα ἂν τῷ αὐτῷ ἀνδρὶ ξυμβαίη.* Thuc. I, 33. *Ἃ ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ὀλίγοις δὴ ἅμα ξυνέβη,* (ubi iam praecessit *τίς εὐπραξία σπανιωτέρα*). — Dio XXXVII, 53. *Τῷ ῥοθίῳ σφᾶς τοῦ πρόσπλου ἐξεφόβησε.* Thuc. IV, 10. *Θόβῳ ῥοθίου καὶ νεῶν δεινότητος κατάπλου.* — Dio XXXVIII, 44. *Ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ τότε καὶ νῦν τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχω καὶ οὐ μεταβάλλομαι.* Thuc. II, 61. *Ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἐξίσταμαι· ὑμεῖς δὲ μεταβάλλετε (μεταβάλλεσθε?).* Add. ad I, 140. — Alia invenies in not. ad II, 8.

Sequantur tertio loco insolentiores structurae seu constructiones verborum utrique scriptori communes. Thuc. I, 23. *Τὰς αἰτίας προέγραψα τοῦ μή τινα (τινας) ζητῆσαι.* Dio LXVI, 17. *ἔγραψα τοῦτο τοῦ μή τινας ἀπατηθῆναι.* — Thuc. V, 71: *Ἔτρεψαν οὐδὲ ἐς χεῖρας τοὺς πολλοὺς ὑπομείναντας* (vid. supra cap. XXII.). Dio XLVIII, 39. *Μηδὲ ἐς χεῖράς οἱ ὑπομείναντα εὐθὺς ἐξέωσε.* — *Τούτου ἐπέσχον* (alibi etiam *τοῦτο ἐπέσχον*, vid. Duk. ad VII, 33.) Thuc. VIII, 31. Dio XLIX, 9. — *Μεγίστη τῶν πρὸ αὐτῆς* Thuc. I, 10. et saepius (cf. supra p. 172.), Dio L, 6. — *Διασκοπεῖν* cum genitivo, *de aliqua re cogitare*, auf etwas bedacht seyn, apud utrumque scriptorem aliquoties. Vid. not. ad Thuc. I, 52. — Thuc. III, 39. *Χρῆν Μυτιληναίους καὶ πάλαι μηδὲν διαφέροντας* (codd. nonnulli *διαφερόντως*) *τῶν ἄλλων ὑφ' ἡμῶν τετιμῆσθαι.* Dio XXXVIII, 39. *Ἀπὸ πρώτης ἐχρῆν μηδὲν διαφερόντως ἡμᾶς τῶν ἄλλων ηὐξῆσθαι.* — *Πολὺς* (*acriter*)

ἐνέπιπτο Thuc. IV, 22. Dio XXXVII, 50. XXXVIII, 16. (Cf. pag. 168. Imitatur etiam Salustius. Vid. cap. sequ.) — Thuc. IV, 77. Ἡτοιμάζετο ὡς ἐπὶ τὰς Σίφας ἀπαντησόμενος. Dio XXXVI, 28. Ὡς ἐπὶ τὴν Κρήτην πλευσόμενος ἡτοιμάζετο.

Sententias aeque plurimas e Thucydide Dio desumpsit, in quibus saepe etiam verba simillima retinet. Dio XXXVIII, 11. Τοῦ μή τινα προαισθανόμενον προφυλάξασθαι, ἢ καὶ προποιῆσαί τι δεινὸν αὐτὸν, πρὶν παθεῖν, ἐπιχειρῆσαι. Compositum e Thuc. III, 12. 13. VI, 38. — XXXVIII, 16. Δεῖ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἰδίοις δραστηρίους εἶναι· τὸ γὰρ ἐπιεικὲς οὐκ ἐθέλει μὴ καὶ ἐκ τούτου σώζεσθαι. οὐ μὴν ἀλλὰ ἀνὴρ μὲν, ὅστις ἀπραγμονέστατός ἐστι, καὶ ἀσφαλέστατος εἶναι δοκεῖ· πόλις δὲ, ἄλλως τε καὶ ἀρχὴν ἔχουσα, τάχιστα ἂν ὑπὸ τοῦ τοιούτου καταλυθείη. Thuc. II, 65. Τάχιστ' ἂν πόλιν οἱ τοιοῦτοι ἀπολέσειαν. τὸ γὰρ ἀπραγμον οὐ σώζεται, μὴ μετὰ τοῦ δραστηρίου τεταγμένον. οὐδὲ ἐν ἀρχούσῃ πόλει (pro qua ἀρχὴν ἐχούσῃ cap. 65.) ξυμφέρει — ἀσφαλῶς δουλεύειν. — XXXVIII, 36. Ἰδίᾳ μὲν γὰρ οὐδ' ἂν εἷς οὕτως εὖ πράξειεν, ὥστε μὴ οὐ τῷ κοινῷ πταίσαντι συναπολέσθαι· τὸ δὲ δημόσιον εὐτυχοῦν πάσας καὶ τὰς ἑκάστου συμφορὰς ἀναφέρει. Thuc. II, 60. Καλῶς μὲν γὰρ φερόμενος ἀνὴρ τὸ καθ' ἑαυτὸν, διαφθειρομένης τῆς πατρίδος, οὐδὲν ἧσσον ξυναπόλλυται· κακοτυχῶν δὲ ἐν εὐτυχούσῃ, πολλῷ μᾶλλον διασώζεται. ὁπότε οὖν πόλις μὲν τὰς ἰδίας ξυμφορὰς οἷα τε φέρειν, εἷς δὲ ἕκαστος τὰς ἐκείνης ἀδύνατος etc. — XXXVIII, 37. Μήτε εὐδαιμονίαν ἄλλο τι ἢ τὸ τὰ δέοντα πράττειν νομίζοντες, μήτε δυστυχίαν ἄλλο τι ἢ τὸ μετὰ εὐπραξίας (Oddeyus bene ἀπραξίας) ἡσυχάζειν. Thuc. I, 70. Μήτε ἐορτὴν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι, ξυμφορὰν τε οὐχ ἧσσον ἡσυχίαν ἀπράγμονα. Et plura ibidem, ut Dio cap. 38., ubi etiam Thuc. II, 36. ei obversatur. — Dio XLII, 1. Ὅταν τι ἄπρος δοκήτως καὶ μετὰ πλείστου παραλόγου προσπέσῃ, τὸ φρόνημα αὐτοῦ ταπεινοῖ. Thuc. II, 61. Δουλοῖ τὸ φρόνημα τὸ ἄπρος-

δόκητον καὶ τὸ πλείστῳ παραλόγῳ ξυμβαῖνον. — Dio XLIV, 27. Οὔτε τὸ πλεονεκτούμενον ἔν τινι πάντως εὐτυχεῖ (ita libri, male editum ἀτυχεῖ), διότι καὶ ἀδικεῖται· οὔτε τὸ δυνάμει προὔχον πάντως κατορθοῖ, διότι καὶ πρόηπες (ita libri, quod mutarunt in προήκει, male, ut docent Thucydidis verba; facilius scripseris προπετές). Thuc. IV, 62. Τιμωρία γὰρ οὐκ εὐτυχεῖ δικαίως, ὅτι καὶ ἀδικεῖται, οὐδὲ ἰσχὺς βέβαιον, διότι καὶ εὔελπι. Adde plura illic in Antonii oratione in funere Caesaris. — Dio XLVII, 44. Οὐδ' ἀποθανεῖσθαί ποτε ὑπὸ τῆς αὐτίκα περιχαρίας ἤλπιζε. Thuc. II, 51. Τῷ παραχρῆμα περιχαρεῖ καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον ἐλπίδος τι εἶχον κούφης μηδ' ἂν ὑπ' ἄλλου νοσήματός ποτε ἔτι διαφθαρῆναι. — Dio L, 18. Τὰ δὲ δὴ πολλὰ τῶν ἄμεινον παρεσκευασμένων καὶ αἱ νῖκαι γίγνονται. Thuc. II, 87. Τὰ δὲ πολλὰ τῶν πλεόνων καὶ ἄμεινον παρεσκευασμένων τὸ κράτος ἐστί. — Dio L, 29. Μήτε διεκπλεῖν μήτε περιπλεῖν, ἅπερ ναυμαχίας ἔργα ἐστί. Thuc. II, 89. Διέκπλοί τε οὐκ εἰσὶν οὐδὲ ἀναστροφαί, ἅπερ νεῶν ἄμεινον πλευσουμένων ἔργα ἐστί. — Dio LXVI, 17. Τὴν ἐξαρίθμησιν (Thuc. ἀπαρίθμησιν) τοῦ χρόνου πρὸς τοὺς τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντας ποιουμένους — πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τοῦ χρόνου λογίζεσθαι. Vid. Thuc. V, 20. Add. quae de tempore lunae defectus annotavit Thucyd. II, 29. et Dio LX, 26.

Ad descriptiones longiores, in quibus Dio Thucydidem imitatur, praeter eos locos qui iam indicati sunt, pertinet explicatio situs Actii L, 12., quae fusius exponit breviorem Thucydidis sermonem I, 29.; locus, in quo de pestifero morbo in exercitu Galli agitur LIII, 29. non sine respectu ad pestem Atticam; receptus Cornificii et ultima Sexti pugna in Sicilia Dio XLIX, 7. sqq., ubi memor fuit Atheniensium ultimi certaminis et Niciae atque Demosthenis receptus in eadem insula l. VII.; solis defectus LX, 26. et Thuc. II, 28.; oratio Bunduicae LXII, 4. et multa in oratione Hermocratis IV, 64.

Quar-

Quartus Graecorum historicus puerilitер Thucydidem imitatus esse videtur. Est is Creperius Calpurnianus, de quo vid. Lucian. de conscrib. histor. §. 15., nam inde solum de hac eius imitatione iudicium facere hodie licet.

Reliqui autem rerum scriptores inter Graecos, de quibus aliquid nobis innotuit, aut nihil aut certe parum Thucydidis exemplar sunt secuti. Etenim Polybius, quanquam in veri amore et in studio rerum causas explicandi et hominum mores depingendi nostro par, tamen et in reliqua expositionis conformatione et in sermone a belli Peloponnesiaci scriptore prorsus recedit. Diodorus etiam ibi solum, ubi de eodem bello agit, hic illic in verbis cum Attico illo historico conspirat, quod melius ibi notae declarabunt. Idem de Plutarcho dicendum. Magis autem Arrianus se Thucydidis libros lectitasse probat. Quod quidem demonstrant iam nonnulla ex illis dicendi generibus, quae Dionysium et Dionem e Thucydide hausisse modo intelleximus, et quae pariter in Arriano reperiuntur, ut ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ εἶχεν Anab. Alex. II, 15., ἐς ἀλκὴν τρέπεσθαι III, 21., ὅπη παρείκοι VI, 9. (pro quo II, 23. scribitur ᾗ παρείκοι et ὅποι παρείκοι, sed posterius certe corrigendum). Sed alia quoque, ex parte adeo magis perspicua, facile possunt monstrari. Ut διαμώμενοι τὸν κάχληκα Arrian. VI, 23. Thucyd. IV, 26. ἐν καλύβαις πνιγηραῖς Arrian. VI, 23. Thuc. II, 52. ἱκανὸς τεκμηριῶσαι Ὁμηρος Arr. V, 6. Ὁμηρος — εἴ τῳ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι Thuc. I, 9. δίψει ἀπαύστῳ συνεχόμενοι (quod perperam e codice, quem optimum vocant, sed qui hoc nomine nequaquam dignus est, in ἐχόμενοι mutarunt viri docti) Arr. VI, 24. τῇ δίψῃ ἀπαύστῳ ξυνεχόμενοι Thuc. II, 49. (De δίψα et δίψος cf. not. ad VII, 87.) κατὰ ἔχθος τὸ — Arr. II, 15. et saepissime in Thucydide. Vid. Ind. verb. Inprimis autem plurima ex Plataearum obsidione in suos libros transtulit Arrianus. Προκαλύμματα δὲ δέρρεις

καὶ διφθέραι αὐτοῖς ἦσαν — μήτε πυρφόροις βέλεσι βάλλεσθαι Arr. II, 18. Καὶ προκαλύμματα εἶχε δέρρεις καὶ διφθέρας — μήτε πυρφόροις ὀϊστοῖς (hoc quoque Arr. cap. 21.) βάλλεσθαι Thuc. II, 75. — Κατέσεισε τοῦ τείχους ἐπὶ μέγα Arr. II, 23. τοῦ μεγάλου οἰκοδομήματος ἐπὶ μέγα κατέσεισε Thuc. II, 76. — ὑφιζάνον κατὰ τὸ κενούμενον Arr. II, 27. ἱζάνοντος ἐπὶ τὸ κενούμενον Thuc. II, 76. Add. not. ad Thuc. III, 22. — Alia leviter immutata sunt, ut quum Thucydidis κολυμβηταῖς ὑφύδροις substituti sunt ὕφαλοι κολυμβηταί Arr. II, 21. Add. not. ad Thuc. II, 8. IV, 8. et 32. — Hinc verisimile est, etiam in aliis quibusdam dicendi generibus, in quibus, nisi alibi manifestiora Thucydidis imitationis vestigia exstarent, nemo de ea cogitaret, verba eius saltem obscure animo Arriani obversata esse. Cuius generis sunt verba: Τὰ δὲ πραχθέντα ἐπ' αὐτῷ ἄλλοι ἄλλα (ἀνέγραψαν), ὡς ἕκαστος ἢ εὐνοίας πρὸς Ἡφαιστίωνα ἢ φθόνου εἶχε Arr. VII, 14. comparanda cum Thuc. I, 22. —

Sed etiam Appianus non solum formulas quasdam, ut κατὰ πύστιν Civ. I, 62. Thuc. I, 136., τοῦ πολέμου ὁ παράλογος not. ad Thuc. I, 78., ἀμφίβολον γίγνεσθαι *utrimque telis peti* not. ad Thuc. IV, 32., sed etiam dimidios versus e Thucydide duxit. Cuius generis sunt ἐς τὸν μέλλοντα καὶ ὅσον οὔπω παρόντα πόλεμον Civ. III, 32. Thuc. I, 36., et imprimis multa e Plataeensium historia repetita, quae in scholis rhetorum lectitata esse videtur. Huc refer ἵνα ἀντὶ τείχους ᾖ VIII, 25. Thuc. II, 3., ὁ ποταμὸς ἐῤῥύη μέγας VII, 7. Thuc. II, 5., et, ubi de duplice muro contra obsessas urbes exstructo agitur, εἴ τις ἔξωθεν ἐπίοι Civ. V, 33. Thuc. III, 21. De aliis ad notas amandamus lectorem, quae consulendae I, 23. II, 8. 76. VII, 77. et passim alibi, ut docebit Index scriptorum s. v. Appian. Idem Index suppeditabit locos, in quibus Herodianus et Pausanias sua ex Thucydide hausisse videri possunt; horum tamen numerus non ita magnus est, ut inter imitatores eius referri possint.

Ad oratores autem Graecos ut nos convertamus, Demosthenes quanquam Thucydidis libros in deliciis habuisse et sua manu aliquoties descripsisse dicitur, tamen, ut solent magna ingenia suum dicendi genus ipsi fingere neque ex aliorum auctoritate pendere, non sententias formulasque loquendi e Thucydide desumpsit, sed solum vim gravitatem et sublimitatem orationis lectione eius sibi comparavit. Cf. Wolf. Prolegom. in Lept. p. LI. Non magis seriores oratores seu, si mavis, declamatores ii, quorum inspiciendorum nobis facultas erat, Libanius, Themistius, Maximus Tyrius, Herodes Atticus, Polemo et in Leptinea Aristides, eum imitati sunt, quanquam lectum ab iis esse inde apparet, quod Libanius unius declamationis argumentum (*Κορινθίων λόγος. Οἱ Ποτιδαιᾶται ἀλλήλων ἐγένσαντο πολιορκούμενοι ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων· καὶ πρέσβονται Ἀθηναῖοι ὑπὸ Κορινθίων ἀσεβείας* t. I. p. 489, edit. Paris. Morell.) inde (Thuc. II, 70.) duxit, et Themistius atque Maximus aliquoties (ut bis in oratione de pace ad Valentem) ad eum alludunt. (Vid. Ind. script.) Omnes autem hi cum Cicerone (Orat. cap. 9.) iudicasse videntur: „Thucydides res gestas et bella narrat et proelia graviter sane et probe, sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publicum. — Quis porro unquam Graecorum rhetorum a Thucydide quidquam duxit? At laudatus est ab omnibus. Fateor; sed ut rerum explicator prudens, sincerus, gravis; non ut in iudiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret. Itaque nunquam est numeratus orator.“

Lucianus subinde locos nostri scriptoris laudat aut ad eos respicit (vid. Ind.), non tamen orationem ad eum conformavit. In epistolarum scriptoribus, Aristaeneto et Alciphrone, et in fabulis Longi et Charitonis paene nulla Thucydidis imitationis reperiuntur vestigia.

B. Thucydidis imitatores inter Romanos, Salustius et Tacitus. Inserta est Rothii comparatio Thucydidis et Taciti.

Apud Romanos quanquam non dubium est Thucydidem a pluribus scriptoribus lectum esse (ut in Livio et Ammiano Marcellino reperiuntur sententiae quaedam, quae e Thucydide expressae videri queant), duo tamen reperiuntur, qui eum magnopere admirati atque imitati sunt, eosque constat esse Salustium et Tacitum. Neque tamen eadem utriusque ratio imitandi. Tacitus enim, ut exspectari poterat a tanto viro, universam modo orationis conformationem seu colorem, quatenus in brevitate maxime atque sublimitate et vigore inest, ex Attico illo repetiit; Salustius autem exemplar suum non solum in his, sed etiam in multis grammaticis rebus singulisque dicendi generibus atque sententiis secutus est. Ab his singulis incipiamus. Patet autem primo, quanquam Latini fere omnes furore quodam Graeca loquendi genera in patriam linguam inferendi abrepti sunt, in verborum quidem consociatione (non autem in electione) vix ullum propius ad Graecos se applicuisse quam Salustium. Unus fortasse excipiendus Tacitus, qui nonnulla ex hoc genere ausus est, quae vel Salustius reformidavit, ut *adipisci alicuius rei*, *τυχεῖν τινος*, et similia. (Cf. Ioa. Buhle de Taciti stilo p. 51. sqq.) Salustii autem morem declarent haec exempla, in quibus lectorem accuratius in nonnulla inquirere cupientem comparare iubemus Cortii librum, doctarum animadversionum plenum et ex illis temporibus praestantissimum in his literis Germaniae decus. Dicimus autem exempla huiuscemodi. *Plebi militia volenti putabatur* Iug. 84. cf. 100. Matth. Gr. Gr. p. 524. *Aliis omnibus, quae ira fieri amat* Iug. 34. Neutrum plurale cum verbo singulari, quod non meminimus alibi nos legere apud Latinos, sed hic etiam eo excusatur,

quod ipsum *amat* e Graeco φιλεῖ factum est. *Loca nuda gignentium* Iug. 79. cf. 93. ubi *gignere*, ut Graecorum φύειν in quibusdam temporibus, intransitivam notionem habet. *Supplicia in post futuros* (ἐς τοὺς ἔπειτα γεγησομένους) *composuit* Fragm. lib. I. *Sed antea item coniuravere pauci contra rempublicam, in quibus Catilina: de qua quam verissime potero dicam.* Ubi ad *qua* ex *coniuravere* repetendum *coniuratione.* Matth. p. 603. Aliud exemplum Graecae structurae vide supra p. 110. Tum quae minus rara: *Nisi forte quem lubido tenet potentiae paucorum — gratificari* Iug. 3. (Quod tamen noli confundere cum locis a Cortio ad Iug. 89. appositis, in quorum multis, ut in notissimo illo *tempus est*, infinitivus, quippe non e substantivo solo, sed ex integra formula pendens, est paene necessarius.) *Proditionem, quam vitare posse celeritate putabat* Iug. 76. *Bocchus cum peditibus invadunt* Iug. 101. Vide supra p. 96. Alibi etiam verbum praedicato accommodatum. Cat. 25. Cf. supra p. 99. — *Vobis eadem mihi* (ταὐτὰ ἐμοί) *bona malaque intellexi* Cat. 20. *Magis id laborare, ut illi* (pro *ipsi s. sibi*) *quam plurimi deberent* Iug. 96. Cf. supra cap. XV. et Voss. Aristarch. de construct. cap. LVI. Etiam perfectum (Graecorum aoristus) pro plusquamperfecto post particulas temporis usitatissimus. Vid. Lange ad Cat. 55. Deinde *fugam facere* pro *fugere* (ut ποιεῖσθαι cum substantivis iunctum) Iug. 53. *bellum sumere* Iug. 43. (αἴρεσθαι Thuc.). Quae quanquam etiam ex aliis scriptoribus Graecis duci poterant, tamen, quum et frequententur a Thucydide, et aliis, quorum origo non potest dubia esse, sustineantur, eodem referenda videntur. Iis autem, quae Thucydidem auctorem clarius monstrant, annumeramus *in incerto habuere* Cat. 41., ἐν ἀπόρῳ εἶχοντο Thuc. I, 25. *in maius celebrare* Iug. 75. ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμῆσαι Thuc. I, 10. 21. — *multus instare* Iug. 84., πολὺς ἐνέκειτο IV, 22. Cf. cap. praec. — *Quarum*

rerum ego maxima documenta haec habeo, quod Cat. 9., ut apud Thucydidem in praefatione aliquoties, τεκμήριον δέ, παράδειγμα δέ, sequ. γάρ. — *Posteaquam* (*post, quam, quum, si*) et in apodosi *tum demum, tum vero* Cat. 2. Iug. 106., et toties apud Thucydidem τότε δή, ἐνταῦθα δή, οὕτω δή post ἐπεί similesque particulas. Vid. I, 49. 58. II, 12. 18. 70. Etiam post participia, ut *confecto proelio, tum vero cerneres* Cat. 61., ἐπελθὼν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἐνταῦθα δὴ φανερῶς εἶπε I, 91. II, 58. — Tum, ut Thucydides (vid. supra p. 106.), ita Salustius amat usum pronominum, adiectivorum et participiorum neutrius generis post substantiva masculina et feminina, ubi rei indefinitae vel generis solum notio spectatur. Cat. 1. *Sed nostra omnis vis in animo et corpore sita* (est): *animi imperio, corporis servitio magis utimur: alterum nobis cum dis, alterum cum belluis commune est.* Cat. 31. *Ex summa laetitia atque lascivia, quae diuturna quies pepererat.* Cat. 5. *Inopia rei familiaris et conscientia scelerum, quae utraque his artibus auxerat* (ut ἐν οἷς ἀμφοτέροις in verbis p. 106. e Thucydide laudatis). Iug. 41. *Abundantia earum rerum, quae prima mortales ducunt.* Iug. 38. *Nox atque praeda hostes remorata sunt.* Cf. Cat. 20. Huc pertinet etiam usus singularis pro plurali in his: *Servitia repudiabat, cuius initio ad eum magnae copiae concurrebant* (ut χρήμασιν, ᾧ e Thucydide supra p. 92.). Neque evitavit Salustius usum adverbiorum pro adiectivis cum verbo *esse* (supra cap. XIV.), qui locum habet non solum in adverbiis, e quibus adiectiva non sunt derivata, ut *frustra* (*ea res frustra fuit*) Iug. 73., *abunde* Cat. 58., sed etiam in aliis. Iug. 14. *Ut ubivis tutius quam in meo regno essem.* 87. *Romanos laxius licentiusque futuros.* 94. *Uti prospectus nisusque per saxa facilius foret.* (ut ῥᾳδίως apud Thucydidem IV, 10. Cf. p. 169. Ita Tacit. Ann. I, 72. *Facta arguebantur, dicta impune erant.*

Et plura apud eundem.) Neutrum etiam adiectivorum saepe substantivi naturam induit, et genitivum regit, ut *humi aridum* Iug. 48. (Quod tamen longe frequentius apud Tacitum, ut *obstantia silvarum* Ann. I, 50., *in prominenti littoris* 53., *humidum paludum* 61., *plena urbis* 76.) Verum etiam omnis indoles Salustii orationis, eadem quae apud Thucydidem. Pertinet huc toties confusum tempus praesens atque praeterita. (Cf. supra cap. XXI.) Cat. 54. *Si quid ab Senatu petere vellent, ab armis discedant.* Vid. ibi Lange et Corte ad cap. 58. Tum confusio duorum loquendi generum et structura ad sensum (πρὸς τὸ σημαινόμενον). Iug. 100. *Non tam diffidentia futuri quae imperavisset.* Deinde oratio varista. Ita Cat. 16. *Incerta pro certis, bellum quam pacem malebant.* Iug. 7. *neque per vim, neque insidiis* (cf. Tacit. Ann. I, 56.), Iug. 14. *prohibere iniuriam neque cuiusquam regnum per iniuriam cresceret.* Iug. 25. *Quod in invidia res erat, simul et ab Numidis obsecrati.* (Quae omnia frequentissima in Tacito, e quo unum exemplum sufficiat: *Sed quod largiendis pecuniis favorem militum quaesivisset, bellica quoque Germanici gloria, angebatur* Ann. I, 52.) Huc pertinet transitus a *civitate* ad *cives*, a *plebe* ad *plebeios* et similia. Vid. Cort. ad Cat. 5. (quem locum tamen male intellexit) et 39. atque supra p. 102. sq. Item ab activo in passivum Cat. 51. Iug. 92. a praesente in infinitivum historicum, perfectum, imperfectum Cat. 54. Non rara etiam particularum commutatio, ut *ponderis gratia simul, et offensa quo levius streperent* Iug. 94. Sequitur brevitas Salustii, pariter atque apud Thucydidem saepe male intellecta. Non inest enim in omissione verborum ad sensum non plane necessariorum, quum ne verbositatem quidem fugiat scriptor noster. (Cuius haec sint exempla: *secordia atque desidia* Cat. 4. *dolis atque fallaciis* 11. *flagitiorum atque facinorum* 14. *gaudium atque laetitia* 48. *fusi fu-*

gatique Iug. 52. *pulsi fugatique* 74.) Etiam explicationes ipse subiungit. (*Utrumque per se indigens alterum alterius auxilio eget* Cat. 1. Quae temere sollicitarunt.) A pleonasmis usitatis non abhorret. (*equidem ego* Cat. 51. et saepe, *tametsi-tamen* Cat. 3. et alibi.) Ellipses autem non admittit alias, quam quae apud plurimos scriptores reperiuntur, verbi substantivi (quanquam hoc a Cortio permultis in locis male ciectum est), verbi *facere* atque *fieri* post *solet* (Iug. 96. *Neque interim, quod prava ambitio solet, consulis aut ciiusquam boni famam laedere.* Cat. 50. *Simul, id quod in tali re solet, alii portenta atque prodigia nunciabant.* Cf. supra p. 135.), verbi *dixit*, et paucorum similium, fortassis etiam verbi *proficiscitur* (Cort. ad Iug. 100.) et substantivi *aedem* (*circum Concordiae* Cat. 49.), quanquam in his iam a Cortio recedunt idonei iudices. Alia in Indice Cortii laudata non erant inter ellipses referenda. (Quemadmodum nihil *deest* in ablativo absoluto *comperto, audito* Fragm. V., cuius usum valde extendit Tacitus, *iuxta periculose* Ann. I, 7., *libero* III, 60., quanquam non sine Graecorum exemplo. Matth. p. 820. sq.) Quaerenda igitur illa Salustii brevitas partim in sententiis nervosis vigoreque excellentibus, ut quum Seneca Thucydidem (Demosthenem dicere debebat) a Salustio brevitate victum scribit in his: *Secundae res mire sunt vitiis obtentui* Fragm. I., partim in narratione historica interdum simpliciter quid, non quomodo factum sit, enarrante Cort. ad Cat. 28. Iug. 12. 79. fin.; partim etiam in periodorum earumque membrorum connexione, saepe levi ob omissas copulas, unde Asyndeton propriam Crispo figuram appellat Corte in Ind. s. h. v. Subiungimus sublimitatem Salustii, quae primum cernitur in retentis vocabulis antiquis, quae iam obsolescere incipiebant. Ex his multa tantum huc pertinent propter singulas literas (*neglegere. intellegere. voltus. colos.* terminatio accusativorum in *is*, superlativorum in

umus), alia propter flexionem, et substantiva (*Vulcanaliorum* Fragm. IV. *senati*, etiam extra formulam *senati consulto* seu *decreto*, Cat. 37. *tumulti* 59. dat. *luxu* Iug. 6. cf. Schneid. Gr. Lat. p. II. vol. I. p. 352. gen. *die* Iug. 51., *requie*, *acie* Fragm. I. *diu noctuque* Iug. 70.), et adiectiva (*inermus* Iug. 94. *sublimus* Fragm. III. atque alia terminationis us pro is; vicissim *decoris* pro *decorus* Fragm. VI.; deinde *paucus* Iug. 98., *plerusque* 54., *caeterus* 92. et *singulus* in singulari), pronomina (*nulli* in genit., *nullo* in dat. Cat. 29. Iug. 97.) atque verba (*nequitur* Iug. 31. *comperior* 45. *soluerat* Fragm. II. *occanuerunt* Fragm. I. *abnuituros* Fragm. I.); qualia non ausus est Thucydides. In syntaxi et multa e Graeca lingua in Latinam recepit, ut iam supra audivimus, et in aliis morem veterum poetarum secutus est. (Ut quum *scilicet* infinitivo coniunxit Iug. 102., quanquam hoc factum negat Lange; sed vid. Cort. ad 113. et Voss. Arist. de Constr. cap. LXII., et compara Graecum εἰκότως κακῆς γυναικὸς ἄνδρα γίγνεσθαι κακόν Eurip. Orest. 727. non dissimile iis quae ab Herm. ad Vig. p. 745. illustrata sunt. Etiam verbis activis nonnullis neutralem seu reflexivam notionem tribuit, vid. Cort. Excurs. VI. ad Iug. Sed hoc quoque faciunt Graeci.) Verum etiam significationes insolentiores vocabulis tribuit. Huius generis sunt *exitium vitae* Cat. 55. *popularis coniurationis* 24. *conventio* pro *conventu* 23. *mons praeceptus a Lusitanis* Fragm. I. et notiora illa: *cernere* pro *certare* (si vera coniectura) 59., *tempestas* de *tempore* Iug. 73. (cf. Günther de Taciti stili proprietatibus, in Athenaeo vol. II. fasc. 2. p. 262.) *prudens omnium quae senatus censuerat.* (Quales genitivos adiectivis addere, secundum morem a Graecis derivatum sed latius extensum, amat maxime Tacitus, dicens *vetus operis* Ann. I, 20., *formidolosus hostium* 62., *ingens animi* 69. et alia.) Sed vocabula etiam multa habet, quae tantum apud antiquos et apud Tacitum alios-

que huius aetatis scriptores, qui pristina revocarunt, reperiuntur, ideoque si, quales Thucydides, tales Salustius criticos invenisset, obsoletorum aut poeticorum nomine notarentur. Ut pauca e plurimis commemoremus, refer huc *discordiosus* 66., *inquies* Fragm. I. (Tac.); *tumulosus* Iug. 91., *calvere* Fragm. III., *desenescere* Fragm. I., *ductare* aliquoties (Tac.), *defensare* Iug. 26. (Tac.) (Quorum tamen numerus longe maior apud Tacitum, qui ob veteris sermonis studium etiam multa simplicia habet, quorum composita solum apud alios in usu. Qualis quidem generis sunt *curate* Ann. II, 27., *propinquare* I, 24., *paratus* III, 55., *vanescere* II, 40. Add. Günther l. l. p. 265. Quanquam nonnulla ex his ne Salustius quidem sprevit.) Maxime autem substantiva usurpantur, quibus orationi gravitas quaedam atque brevitas conciliatur, ut iam supra (p. 166.) monitum. Senties hoc ipse contemplatus haec substantiva, quae ubi reperiantur, in Lexicis notatum vide: *dehonestamentum, hortamentum, turbamentum, gnaritas, obsequela.* (Aliqua ex his et plurima in or et io habet etiam Tacitus. Vid. Günther l. l. p. 268. sqq.) Ad figuras autem orationis ut perveniamus, quemadmodum Thucydides (vide supra cap. XX.) et Tacitus (vid. Ioa. Buhle de Taciti stilo p. 46. sq.), ita etiam Salustius admodum delectatur membris accurate oppositis. *Corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum* Cat. 6. *Laudis avidi, pecuniae liberales erant; gloriam ingentem, divitias honestas volebant* 7. *Concordia maxuma, minima avaritia erat* 9. *Reges magni bello domiti, nationes ferae et populi ingentes vi subacti* 10. *Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promtum* ibid. *Imperium ex iustissimo atque optimo crudele intolerandumque factum* ibid. Cui simile, *Ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur*, 51. Male igitur fecerunt qui cap. 5. in verbis *ex pulcherrima et optuma pessuma ac flagitiosissuma facta* illud

et optuma expunxerunt. Huic autem per opposita membra loquendi studio interdum etiam nimis indulget Sallustius, ut quum dixit, *avaritia neque copia neque inopia minuitur* 11., ubi inopia eam non posse minui per se patebat.

Haec de Sallustii orationis indole dicta sunto. Quae si, ut speramus, eam Thucydidis simillimam satis demonstrant, restat, ut eandem similitudinem etiam in sententiis ipsis indagemus. Proferamus igitur aliquot sententias a Sallustio e Thucydide translatas. Cat. 1. *Nam et prius, quam incipias, consulto, et ubi consulueris, mature facto opus est.* Thuc. I, 70. *Μόνοι γὰρ ἔχουσι — ἃ ἂν ἐπινοήσωσι, διὰ τὸ ταχεῖαν τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖσθαι ὧν ἂν γνῶσι.* II, 40. *Καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα, οὐ τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις βλάβην ἡγούμενοι, ἀλλὰ μὴ προδιδαχθῆναι μᾶλλον λόγῳ πρότερον ἢ ἐπὶ ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν.* Cat. 3. *In primis arduum videtur res gestas scribere: primum quod facta dictis sunt exaequanda: dehinc quia plerique, quae delicta reprehenderis, malivolentia et invidia putant: ubi de magna virtute et gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit: supra ea, veluti ficta, pro falsis ducit.* Thuc. II, 35. *Χαλεπὸν τὸ μετρίως εἰπεῖν. ὅ τε γὰρ ξυνειδὼς καὶ εὔνους ἀκροατὴς τάχ' ἄν τι ἐνδεεστέρως πρὸς ἃ βούλεταί τε καὶ ἐπίσταται, νομίσειε δηλοῦσθαι. ὅ τε ἄπειρος, ἔστιν ἃ πλεονάζεσθαι διὰ φθόνον, εἴ τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀκούοι. μέχρι γὰρ τοῦδε ἀνεκτοὶ οἱ ἔπαινοί εἰσι περὶ ἑτέρων λεγόμενοι, ἐς ὅσον ἄν καὶ αὐτὸς ἕκαστος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαί τι ὧν ἤκουσε· τῷ δ' ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσιν.* Cat. 6. *Magis dandis quam accipiundis beneficiis amicitias parabant.* Thuc. II, 40. *Οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες, κτώμεθα τοὺς φίλους.* Cat. 12. *Paupertas probro haberi.* Contra Thuc. II, 40. apud Athenienses *τὸ πένεσθαι οὐχ ὁμολογεῖν*

τινι αἰσχρόν. Cat. 38. *Honestis nominibus, alii, sicuti populi iura defenderent, pars, quo senati auctoritas maxuma foret, bonum publicum simulantes, pro sua quisque potentia certabant.* (Quod in Fragmentis brevius dictum, *sub honesto patrum aut plebis nomine dominationes adfectabant.*) Thuc. III, 82. Μετὰ ὀνόματος ἑκάτεροι εὐπρεποῦς, πλήθους τε ἰσονομίας πολιτικῆς καὶ ἀριστοκρατίας σώφρονος προτιμήσει, τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ θεραπεύοντες etc. Cat. 52. *Vera rerum vocabula amisimus, quia — malarum rerum audacia fortitudo vocatur.* Thuc. III, 82. Τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων ἀντήλλαξαν· τόλμα γὰρ ἀλόγιστος ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη. Iug. 7. *Et proelio strenuus erat et bonus consilio, quorum alterum ex providentia timorem; alterum ex audacia temeritatem adferre plerumque solet.* Thuc. II, 40. Διαφερόντως γὰρ δὴ καὶ τόδε ἔχομεν, ὥστε τολμᾶν τε οἱ αὐτοὶ μάλιστα, καὶ περὶ ὧν ἐπιχειρήσομεν ἐκλογίζεσθαι· ὃ τοῖς ἄλλοις — ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. Iug. 42. *Alteri alteros vincere quovis modo et victor acerbius ulcisci volunt.* Thuc. III, 82. Παντὶ τρόπῳ ἀγωνιζόμενοι ἀλλήλων περιγίγνεσθαι — τὰς τιμωρίας ἔτι μείζους — προτιθέντες. Quae omnia ex oratione funebri Periclis et descriptione seditionum in Graecis civitatibus repetita sunt. Non tamen alias Thucydidis partes a Salustio neglectas videbis. Imo oratio Caesaris in senatu Cat. 51. in multis similis orationi Diotimi Thuc. lib. III., et uterque poenam capitalem reorum non ita deprecatur, ut a culpa eos liberare conetur; sed si supplicium sumatur, ipsis iudicibus aliquando noxium, et poenam qualemcunque crimini, de quo agebatur, non aequalem neque ad id in posterum prohibendum satis validam fore, conantur demonstrare. Pariter Iugurthae adhortatio ad milites cap. 49. cum Phormionis oratione Thuc. II, 89. comparari potest. Quid? quod ipsam illam degressionem de primis Romanorum rebus, Cat. cap. 6. sqq., quae, utcunque defensa a viris doctis, nobis non-

dum satis apta videtur, Thucydidis exordio originem debere suspiceris.

Sed haec hactenus; nam liceret quidem hanc comparationem ita augere, ut etiam de historicis Salustii virtutibus loqueremur, eumque et veritatis et pragmaticae historiae studio Thucydidis similem ostenderemus; liceret etiam demonstrare, unde haec similitudo orta est, et Salustium Thucydidis aemulum factum esse, non solum ob huius praestantiam, sed quod eius vita, pariter ut Thucydidis, in tempora bellorum civilium et collabentis libertatis et virtutis Romanorum incidit: sed haec nimis nos retinerent; iam enim tempus est ad Tacitum progredi. De quo tamen nolumus eadem ratione disputare, quod ita repetitiones non possent evitari. Accedit quod, quae maximi momenti in eius stilo videbantur, iam, ubi de Salustio verba fecimus, indicata sunt. De aliis nonnullis addi possunt quae Günther in libello iam aliquoties a nobis laudato docte et utiliter disputavit. Nunc autem constituimus magis ipsius historiae conformationem, vitam atque ingenium huius scriptoris, quatenus cum Thucydide comparari possunt, spectare ideoque hic subiicere egregiam

Thucydidis et Taciti comparationem

quam conscripsit V. D. *Fridericus Rothius* Bavarus, et praelegit primum die, quo regis Bavarorum nominis memoria Monachii a. 1812. publice colebatur, mox vernaculo sermone typis exscribendam curavit, nunc autem ut latine conversa huic libro insereretur, precibus nostris humanissime concessit. Quo facto interpretandi laborem suscepit optimae spei iuvenis Guil. Fittbogen Lusatus, e cuius interpretatione Rothius ita fere sermonem instituit.

Thucydides et Tacitus commune inter se habent, quod, dum a longe plerisque, quibus unquam convenie-

bat iudicium, primi historicorum et Graecorum et Romanorum agnoscebantur, huic admirationi apud multos sinistra quaedam se dubitatio immiscebat, atque adeo alienatio, quae non semper magni nominis reverentia coercita, subinde palam quin etiam vehementer prodita est. Quae famae similitudo alte innititur morum similitudini, imprimis virtutum maxime conspicuarum. Sed vel in iis, quae apud utrumque fato magis quam propriae voluntati debentur multis cum discrepantiis multa sunt congruentia.

Iuventus Graeci historici incidit in ultimam partem prosperrimi et gloriosissimi patriae eius aevi, cuius luculentissimum est monumentum funebris oratio Periclis. Vir autem atque senex vidit Graeciae devastationem per bellum eius tricennarium, defectionem nobilissimarum virium, quae non alias ullum apud populum ita efflorue-runt; depravationem rerum publicarum et principia mox accrescentis barbarorum auctoritatis.

Tacitus iuvenis conspexit in ruinis immensae Romanorum reipublicae rapidas illas rerum immutationes, quas postea historiis suis descripsit. Virilis ei aetas acta est maximam partem inter dirum silentium quindecim annorum imperii Domitiani (Agric. 3.). Hinc, non multum provectus aetate, celebravit quidem Traianum, ut imperatorem optimum, luxit tamen vergentia iam ac ne maximis quidem ingeniis sustinenda fata senescentis imperii (Germ. 33.), ut quod non amplius cives, sed subactos tantum ac stipendiarios complecteretur.

Uterque igitur historicus temporibus vixit rerum iam evidenter labantium. Graeci tamen prospectus multo fuit illustrior liberiorque. Praeterea hic ab Aristophane, Xenophonte et Platone illuminatur, Romanus non nisi a Seneca, Suetonio et Plinio.

Memorabilis porro est similitudo amborum fati privati. Praediti quibuscunque ad res gerendas accedendi

ius paratur virtutibus, a praevalente fortuna iniqua coacti sunt segnem quietem agere. Rei publicae praeesse Thucydides aegre ferebat coriarium, Tacitus libertos et spadones. Ille e vita publica in privatam repulsus, viginti annos procul a patria turbulenta in exilio degit; hic inter splendida quidem sed vana magistratuum vocabula (Ann. I, 3.) consenuit. At priori in possessionibus eius in Thraciae ora sitis, tanquam hodie colonis in remotis terrae partibus, vita etiamsi non iucunda, tamen nemini obnoxia, comparata erat; alter per omne tempus vincula sensit societatis status praeposteri, in quo de semiferis septentrionis incolis, maioribus nostris, non sine favore et desiderio quodam loquitur.

Quare non deesse poterat utriusque animo indignatio illa, quam cum conscientia maximae virtutis invictum impedimentum prodeundi in publicum gignit. Sed non hebetatum, declinatum modo omne animi eorum robur, directum est in componenda scripta, sempiterna ingenii eorum monumenta. Quum gloriose potuissent imperii insignia tenere, historiae stilum ducebant; et quantavis egregia eorum facta in summo civitatis fastigio exspectanda fuerint, tamen laetandum est posteritati, quod facultas agendi denegata iis erat, qua ademta historici facti sunt.

Opus aggressi sunt ambo longam post praeparationem, iis demum annis, qui alias susceptioni rerum magnarum impares aestimantur; certi roboris inexhausti, tuti a iuventutis illecebris.

Quamvis diversa materia scriptorum eorum, in eo tamen convenit quodammodo, quod uterque tempora et res exponit, quae degenerationem, dissolutionem et ruinam (*πᾶσαν ἰδέαν κακοτροπίας* Thuc. III, 85.) annuntiabant vel adducebant.

Affluentia et transgressio, hic libertatis, illic servitutis; effrenatio, hic populi, illic imperii; unitas hic plane

deficiens, illic omnia devorans. Sed Graecorum bellum civile, iuxta ingentem perniciem, monstrosis primorum imperatorum factis carebat; et quamquam arcto terrae ambitu contentum, multo est alacrius, quam historia imperii orbis terrarum; quare Graecus laborem suum ut ingentem et gravissimum eadem ratione praedicat (I, 21. 23.), qua Romanus suum ut arctum et inglorium (Ann. IV, 32.) incusat. Illud clarius factum est per Thucydidem, ut per Homerum bellum Troianum, alterum iucundum per Tacitum, ut haud raro res horrendae artificiosa expositione.

Perfecta rerum causarumque cognitio utrique fuit difficilis comparatu, difficilior tamen Romano quam Graeco. Etiam huic depravationes arrogantiae vel partium studii amoliendae erant; sed ad manum simul liberiora et uberiora eorum, qui rebus interfuerant ipsi, iudicia; praeterea omnium, quae scripsit, nisi testis, aequalis tamen fuit, Romanus minorem tantum partem. Quin etiam plurima patebant Graeco, quum proprium adhuc maneret saeculo eius, quod res publicae publice tractabantur; Romano tempore eo quo de rebus gravissimis occulte et per epistolas consultabatur, in arcana cubiculorum atque in fastidiosam ambiguitatem scriptorum publicorum, iam tum innumerabilium, penetrandum erat. Quapropter illi plus certi quam huic contigit; illi semper exponendum tantum, huic saepe develandum prius: illique rumores iam aboliti non, ut huic reservati, molesti sunt.

Aeque autem severi sunt ambo et in examinatione et in probatione. Veritatis amantes, vehementissime coarguunt miracula, quibus lectores alii allexerant (Thuc. I, 21. Tac. Ann. IV, 11.) et falsas opiniones, quae de momentis insignibus divulgatae erant (Thuc. I, 21. V, 54. Tac. Hist. II, 57.). Inaccessi fallaciis animi benevoli, demon-

monstrant omnia, non ut boni cupiunt, sed ut acriter discernentibus obversantur.

Haud obscurum apud utrumque consilium et persuasio docendi, non res tantum, etiam rationes rerum et causas; eo autem futura saecula instruendi. Considerant enim historias, quas scribunt, tanquam exempla omnium earum, quae in futurum, sub eadem conditione, eventurae sint (solum τοῖς εἰδόσι διηλλαγμέναι Thuc. III, 82.). Priorum explicatione putant has se inducere; demonstratione magni rerum contextus unius civitatis simul omnium fata praedicere, et sua observatione aliis instar propriae experientiae esse. In eo ponunt pretium laboris sui; oblectare nolunt; utili omne eorum studium addictum est. (Thuc. I, 22. Tac. Ann. IV, 33.) Quo eventu, non demonstrandum neque perspiciendum, experiendum tantum et sentiendum. Ostendi vero sane potest, quapropter ambobus viris, secundum sensum eorum, qui in familiaritatem iis se insinuaverunt, sublime destinatum longe praeclarius, quam ceteris omnibus, qui idem susceperunt, successerit. Causa videtur maxime sita esse in praestantia ingenii eorum, simul in temperantia, per quam illa agit; deinde in prospero studio, quo imagines suas ad artificia excoluerunt; sive, ut paucioribus absolvamus, in veritate eorum et venustate.

Plane compotes materiae suae, nunquam abrepti ab ea, servant in medio motuum, quos describunt, quique haud alieni sunt ab ipsis, integrum ac liberum animum. Thucydidi quidem obiectum est, quasi mala popularis imperii, a quo ipse laesus erat, consulto peiora quam erant depinxisset. At res gestae saltem, quas tradit, non in dubium vocandae, in maius ab eo auctas, non existimandum, consideres modo tum quam ingenue legum turbationem etiam partium contrariarum commemorat; tum quam placide etiam de Cleone loquitur, virtutes, quae huic quoque populi duci esse poterant, non detractat,

fortunam ei immeritam non invidet, et quum temeritas tandem eum in exitium traxit, contentus est adiectis verbis: fortuna bona utentem credidisse eum sapere aliquid (*εὐτυχήσας ἐπίστευσέ τι φρονεῖν* Thuc. V, 7.).

Acrius etiam Tacitus a multis incusatur, tanquam libertatis caritate novum imperium nimis atrox induxerit. Tum monstrosa, mire horrifica in multis eius narrationibus, quae praecipue innocenti imperitiae et incuriosae inscitiae in incredibile accipiuntur, tum saepe effusus sensus acerbissimae indignationis, facile suscitare potuerunt hanc suspicionem. Accedit quod ipse, ut pravis dictis factisque a posteritate et infamia metus sit, praecipuum munus suum declarat (Ann. III, 65.), quod fidelissime implevit, quippe Tiberio per eum immortali facto, alio sane modo, quam ille simulaverat quidem se sperare (Ann. IV, 38.). Attamen crimen allatum vanum est. Rerum primariarum testibus Tacitus nititur et aequalibus sibi et paulo serioribus scriptoribus omnibus, nemo est, qui contradicat ei. Ad scripta vero eius aliquid contulisse principatus odium, non credibile de scriptore eo, qui ne Claudium quidem imperatorem omni laude privat (Ann. VI, 46. Bonarum artium cupiens); qui de ultimis rei publicae temporibus eodem cum odio atque de primis principatus loquitur (Ann. I, 4. III, 27. 28.), qui saeculum suum minime capax aestimat libertatis, qui denique animum aequissimum mitissimumque multis in locis non modo testatur, sed in nonnullis etiam libere profitetur. (Ann. IV, 20. Agric. 42. Ann. III, 55.)

Honesta historicorum amborum fiducia, quam liberalitas ingenii eorum lectori indit, gliscit firmissima de profunda eorum sapientia persuasione. Clio, ut appareret, una est dearum, quae secundum poetas ubique adsunt atque omnia noverunt (Il. II, 485.). In factorum serie non membrum ullum, non iunctura desideratur. Omnes cordis humani recessus patefacti sunt, omnes li-

bidines detectae, omnes tamen ad unam, imperii cupidinem, reductae (Thuc. III, 82. Hist. II, 38.). Contra uterque campum obscurum naturae animo solo intelligendae nunquam ingreditur, obiter vix perstringit: causa suprema sancta caligine involuta manet (Thuc. II, 54. VII, 86. Tac. Ann. XVI, 13. 33. Hist. I, 3.). Notabilior ceterum in Romano philosophia quam in Graeco, ut parta peregre bona magis etiam plerumque elucent quam domestica.

